SC.SUP.34.

32
7 G
21

Digitized by Google

Digitized by Google

STATUTORUM GENERALIUM COMPILATIO:

PRO FAMILIA CISMONTANA REGULARIS OBSERVANTIÆ SERAPHICI P. N. SANCTI FRANCISCI.

A REVERENDISSIMO P. FR. IOSEPH
Ximenez Samaniego, olim Generali Miniſtro,
authoritate Capituli Generalis Romani,
de anno 1676. facta.

ET NUNC

VT REVIDEATVR, ET APPROBETVR,
imprimi iuſſa, per Reverendiſsimos Superiores
Generales.

INTERIM AUTEM

(Quoad ea ſolùm, quæ aliàs ſunt recepta, & approbata) &
executionem habitura.

SVPERIORVM PERMISSV.

Matriti. Ex Typographia Regia apud Ioſephum Rodriguez.
Anno Dñi. M.DCC.IV.

Digitized by Google

Digitized by Google

EDITIONIS DIRECTOR ad Lectorem.

NEMO eſt qui neſciat, quot ab annis inerat Familiæ noſtræ Ciſmontanæ Patrum animis, eiuſdemque Provinciarum omnium Proceribus ardens inditum deſiderium, vt ſcilicèt Conſtitutionum omnium Generalium, Ordinationum, declarationum, decretorum, nec non & Sanctionum Apoſtolicarum, à condita Segovienſi Compilatione anno Domini 1621. ad vltimum vſque Capitulum Generale Toleti celebratum anno noviſsimè elapſo 1682. pro fœlici diſciplinæ regularis reſtauratione, & conſervatione, pro Regulæ noſtræ faciliori obſervantia, ac pro rectiori Fratrum regimine editorum, digeſta fieret in vnum collectio, & veluti manualis adunatio.

In Comitijs enim Generalibus Romæ coactis anno 1651. hoc deſiderium ſuum patefecerant cuncti Familiæ Vocales, quod iterùm promentes in Capitulo Generali Vallisoletano anno 1670. atque iterùm in Toletana Congregatione anni 1673. tandem Romæ anno 1676. vnanimi conſenſu, maturo præcedente Conſilio, omnes promptiorem, facilioremque optati operis executionem anhelantes; Reverendiſsimo Patri Fratri Ioſeph Ximenez Samaniego tunc Generali Miniſtro, nunc verò Placentiæ Epiſcopo, viriſque ſcientia, zelo & prudentia conſpicuis, ab ipſo ſeligendis, vices ſuas commiſere, in eum ſic compromittentes, vt deſideratam congeriem, digeſtamque collectionem ederet prædictorum.

Et quidem, quanta eſſet huius operis neceſsitas, futuraque vtilitas, omnibus ſatis ſuperque perſpectum erat, & propatulum: tot enim à prædicti congreſſus Segovien. tempore anni 1621. ſuccedentibus in Comitijs Generalibus, inevitabili rerum viciſſitudine, caſuum occurrentium diverſitate, officiorum multiplicatione, geniorum varietate, particularium quoque nonnunquàm privato intereſſe, tot, inquam, diverſæ emanarant leges, tot con-

trariæ emerſerant declarationes,tot impracticabiles ordinationes; tot denique contraria,& ad invicem diſſonantia edita fuerant decreta, eaque diverſis in carthulis, aut diſsitis contenta codicibus, quorum alij hic, alibi verò alteri, cæteri etiam nullibi inveniebantur, vt iam frequenter contingeret, quamlibet difficultatem, quæ aut regimen politicum, aut conſcientiæ quietem tangeret, in ancipitem partem explicari, reſolvi, definiri; non quidem ſine confuſione, regularitatis diſpendio, pacis perturbatione, & quandoque ſæcularium ſcandalo.

Hæc, inter alia, erant deſiderandi operis incentiva; & licèt quantæ difficultatis foret eius confectio, meliùs cunctis atque perſpicaciùs proſpexiſſet ipſe Reverendiſsimus P. Generalis Miniſter, cui demandabatur; labore tamen prævîſo non territus,nec immenſis miniſterij ſui occupationibus obrutus, aut victus, manum ad opus mittens, ingenti labore,vigilijs plurimis, ip ſique ſoli cognitis faſtidijs, hanc quam intueris congeriem, ea, quæ deſiderabatur, forma, methodo claram, contradictionibus expertem, antiquatis purgatam, & in duodecim capita digeſtam compilationem in lucem edidit,eamque Toleti in Capitulo Generali anno 1682. approbandam,acceptandam, promulgandam, & ab omnibus Familiæ Provincijs executioni conſignandam, protulit. At qua ſorte,quovè fato, tanti laboris impenſi, ſuſpenſi manſerint fructus, tamque laudandi operis dilata fuerit confirmatio, approbatio, & receptio, primam eius frontem, authoris ſcilicèt præfationem,intuenti patebit.

Verumenimverò ægrè ferens Diffinitorium Generale tot labores caſum iri, lucernamque hanc accenſam ſub modio reponi non patiens, Matriti die 3. Iunij ann. 1682. legitimè congregatum declaravit,ſupradictum compromiſſum (vtpotè Generalis officio, non perſonæ annexum) tranſijſſe in *Reverendiſsimum Patrem N. Petrum Marinum*, eiuſdem Generalis ſucceſſorem immediatum, quatenùs ſua authoritate compilationem eiuſmodi perfici, & ad vltimum complementum perduci,ſua vigilantia ſatageret: cui propterea viſum fuit, nonnulla eius exemplaria prælo mandari oportere, vt faciliùs ſcilicet, atque promptiùs Pro-

Digitized by Google

vincijs ſingulis,ad quas ſpectat (ſi viſum foret expedire) aut peritis ſaltèm Patribus à ſua Reverendiſsima Paternitate deſignandis, communicata, ab eiſdem reviſa, purgataque mendis (ſi quæ ſint) in proximè futura Congregatione, aut in ſequenti Capitulo Generali approbetur, recipiatur, promulgetur; ſicque deinceps omnibus Familiæ noſtræ Provincijs vna ſit gubernij ratio, legum vniformitas, & par interiùs, exteriùſque converſandi modus.

Quem tamen finem ex impreſsione iſta ſperatum, etſi (prævaleſcente inimici dolo) Familia noſtra conſequi non permittatur, ſaltèm hoc in vno volumine collectas, & veluti in promptuario digeſtas habebit ad manum cunctas Conſtitutiones, declarationes, decreta omnia, ac ſanctiones Pontificias, quæ aut ad Religionis noſtræ perficiendum ſtatum, aut ad regularem diſciplinam conſervandam, aut ad morum directionem, delictorum correctionem, electionum, & viſitationum formam, & denique ad interiùs ſive exteriùs converſandi modum præſcribendum, ab initio Ordinis emanavere, & in vigore ſuo vſque nunc perſeverant: quæ omnia, etſi, vt in libro hoc contenta, vim, & authoritatem non habeant, vſquequo recepta, & promulgata evaſerit compilatio iſta; vigent tamen, & ligant ea, quæ in præteritis, à dicto congreſſu Segovienſi, ſancita ſunt Capitulis, & à Summis ordinata Pontificibus ad margines allegantur.

COM.

COMPILATIO STATUTORUM GENERALIUM Familiæ Ciſmontaniæ Ordinis Fratrum Minorum Regularis Obſervantiæ per Reverendiſsimum P. Fr. Ioſephum Ximenium Samaniego totius Ordinis S. P. N. Franciſci Miniſtrum Generalem facta.

CUM per compromiſſum Capituli Generalis Romani anni 1676. in quo in Miniſtrum Generalem electus fui, mihi commiſſum fuerit, vt cum Patribus à me deputandis, compilationem Statutorum Generalium à Segovienſibus incluſivè vſque ad illa Romana facerem, & poſt confirmationem Apoſtolicam Conſtitutionum præfati Capituli Generalis Romani obtentam, commiſſo operi ſedulò incumberem; comperi, non poſſe compilationem, vt Ordini neceſſaria erat ad ſtabile eius, & opportunum gubernium fierit, niſi limites præfati compromiſsi aliquantulùm tranſilirentur. Oportebat enim aliqua ex antiquis Conſtitutionibus Ordinis in Segovienſibus omiſſa, immò ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, contraria fortè conſuetudine abrogatis, omninò neceſſaria, denuò aut ſtabilire, aut recipere. Quare ne contra Ordinis voluntatem in re adeò gravi, & ad omnes pertinente quid fieret, conſultum mihi, immò neceſſarium viſum fuit, vt in Capitulo Generali Toletano de anno 1682. facta compilatio revideretur, vt aut prædicta in ea contenta probarentur, aut abijcerentur. Accedebat, quòd de ſtatutis Generalibus nationes extra Hiſpaniam concernentibus ſpecialiter, nihil egeram; conſenſum, & dictamen Patrum earum, ad quos pertinent, expectando.

Præfatum autem Capitulum Generale Toletanum plurimos compromiſſarios, præcipuè pro ſtatutis ad Nationes pertinentibus inſtituit. Ex quibus aliqui infecta re abierunt; inter alios autem diſſenſio facta eſt, atque adeò nihil concluſum. Hinc factam compilationem ad Provinciam Burgenſem, cuius bona for-

ſorte ſum filius, traſportavi, in eius Archivio cuſtodiendam, vt ſi aliquando Familiæ viſum fuerit meo labore non leviſactis ac diſpoſitis vti, hinc educere, ac aſſumere poſsit.

Moneo tamen Patres compilationem hanc viſuros, aut qui ea vti velint, vt advertant, in ea aliquas Conſtitutiones Apoſtolicas, vel antiquatas, vel ſorte deſuetudine, aut contraria conſuetudine abrogatas, induci, & quaſi innovari, citatis in margine Conſtitutionibus Apoſtolicis, ex quibus deſumuntur; vt videant, & examinent, an prædicta accipienda ſint, vt Conſtitutiones Apoſtolicæ, in quibus Prælati Generales regulariter diſpenſare non poſſunt: an vt ſtatuta Ordinis præcisè; quandoquidem, vt Apoſtolica, iam non ſint vſu recepta, aut contrario vſu ſint abrogata, & modo non à Sancta Sede, ſed præcisè ab Ordine quaſi de novo ſtatuantur: niſi forte Conſtitutio Apoſtolica, vſu per tempus ad præſcribendum contra eam abrogata, de novo recepta vt Apoſtolica, vim Apoſtolicæ Conſtitutionis reſumat. Præcipuè hoc conſiderandum eſt circa Conſtitutiones Clementis VIII. pro omnibus Religionibus vbique terrarum editas, ex quibus aliquæ in Conſtitutionibus Segovienſibus inducuntur, aliæ omittuntur, cùm Pontifex, vt in Conſtitutionibus cuiuſvis Ordinis inſerantur omnia illa, præcipiat. De alijs ſimilia præmiſſa ſeriò conſideranda ſunt, & maturè reſolvenda; ne in facienda compilatione error committatur, aut indebitum aliquod, & graviſsimæ, ac oculatiſsimæ Religioni minùs decens fiat.

Fr. Ioſeph. Ximenez Samaniego,
Ex-Miniſter Generalis.

INDEX

Digitized by Google

INDEX CAPITULORUM, omniumque titulorum, qui in hoc volumine continentur.

CAP. I.

De Novitiorum receptione, & eorum inſtitutione. Pag. 1.

§. I. De facultate recipiendi ad Ordinem. Ibidem.

§. II. De qualitatibus recipiendorum. P. 2.

§. III. De examine perſonali præmittendo. P. 5.

§. IV. De inquiſitione facienda circa qualitates. Ibidem.

§. V. De examine faciendo in Conventu, in quo Novitius recipitur. P. 9.

§. VI De diſpenſatione cũ Novitijs, & eorum abſolutione. P. 10.

§. VII. De Novitiorum induitione, & habitu. P. 11.

§. VIII. De Conventibus, in quibus Novitij ſunt recipiendi. P. 13.

§. IX. De Magiſtris Novitiorum. P. 14.

§. X. De Novitiorum educatione. P. 15.

§. XI. De Novitiorum libertate. P. 16.

§. XII. De approbatione Novitiorum. P. 17.

§. XIII. De examine ad Profeſsionem. P. 19.

§. XIV. De ſolemni profeſsione. P. 20.

§. XV. De Iuvenibus profeſsis. P. 22.

§. XVI. De promotione ad Ordines. P. 24.

§. XVII. De Laicis. P. 27.

§. XVIII. De Donatis. P. 29.

CAP. II.

De obſervatione Regulæ. Pag. 30.

§. I. De Regula ſine diſpenſatione obſervanda. Ibidem.

§. II. De Obedientia. P. 33.

§. III. De Caſtitate. P. 35.

§. IV. De Paupertate in communi. Ibidem.

§. V. De pecunia non recipienda. P. 37.

§.

Digitized by Google

§. VI. De Syndico Apoſtolico. P. 41.
§. VII. De eleemoſynis perpetuis. P. 45.
§. VIII. De eleemoſynis pro Miſsis. P. 48.
§. IX. De Conventibus non inducendis in debita onerofa. P. 50.
§. X. De depoſitis non admittendis. P. 51.
§. XI. De ſæcularibus non vexandis ob debita. P. 52.
§. XII. De moderato rerum vſu. ibid.
§. XIII. De largitione munerûm. P. 54.
§. XIV. De veſtimentis Fratrum. P. 56.
§. XV. De non portandis calceamentis. P. 60.
§. XVI. De Fratrum neceſsitatibus per Prælatos providẽdo. P. 61.
§. XVII. De infirmorum cura. P. 63.
§. XVIII. De cæteris Regulæ præceptis. P. 67.

CAP. III.

De Cultu Divino, & alijs exercitijs vitæ regularis.

§. I. De Choro. Pag. 68.
§. II. De Chori Vicario. P. 69.
§. III. De celebratione Divini Officij. P. 70.
§. IV. De Miſſa Conventuali. P. 73.
§. V. De Sacriſtia, & eius Præfecto. P. 74.
§. VI. De Miniſtris ad Divinum cultum. P. 75.
§. VII. De conformitate cum Clericis Sæcularibus in Sacris. P. 76.
§. VIII. De Oratione mentali. P. 77.
§. IX. De Oratione Vocali. P. 78.
§. X. De Suffragijs pro Defunctis. P. 81.
§. XI. De Sacramentorum Euchariſtiæ, & Pœnitentiæ frequentatione. P. 85.
§. XII. De Confeſſarijs Fratrum. P. 87.
§. XIII. De caſibus reſervatis. P. 88.
§. XIV. De abſolutione à reſervatis in Ordine. P. 91.
§. XV. De abſolutione, & diſpenſatione Fratrum à cenſuris, & pœnis. P. 93.
§. XVI. De ſilentio. P. 94.
§. XVII. De communi Refectorio. P. 96.

b §.

Digitized by Google

§. XVIII. De Ieiunio. P. 97.
§. XIX. De diſciplina. Pag. 98.
§. XX. De Capitulo Conventus. Pag. 99.

CAP. IV.

De modo interiùs converſandi.

§. I. De Conventibus, & eorum ædificijs. Pag. 101.
§. II. De Hortis Conventuum. P. 103.
§. III. De numerum Fratrum. P. 104.
§. IV. De Incorporatione. P. 105.
§. V. De Hoſpitibus. P. 106.
§. VI. De adminiſtratione temporali Conventus. P. 107.
§. VII. De adminiſtratione temporali Provinciæ. P. 110.
§. VIII. De Præcedentia, Pag. 112.
§. IX. De Titulis. Pag. 120.
§. X. De vita communi ſequenda. Pag. 121.
§. XI. De otio, & ludo excludendis. Pag. 124.
§. XII. De evitandis repræſentationibus, & veſtimentis extraneis. Pag. 126.
§. XIII. De ingreſſu mulierum in noſtros Conventus. P. 127.

CAP. V.

De ſtudio, & alijs pertinentibus ad ornatum Religionis.

§. I. De Conventibus pro ſtudijs aſsignandis. Pag. 128.
§. II. De ſtudentibus. Pag. 130.
§. III. De Lectoribus Philoſophiæ. Pag. 132.
§. IV. De Lectoribus Sacræ Theologiæ. Pag. 134.
§. V. De exercitijs Litterarijs. P. 136.
§. VI. De Doctrina legenda. Pag. 137.
§. VII. De Lectoribus Iubilatis. P. 138.
§. VIII. De Lectoribus Bis-Iubilatis, & Scriptoribus. P. 142.
§. IX. De Lectoribus Theologiæ Moralis. P. 144.
§. X. De Libris vſui Fratrum concedendis. Pag. 145.
§. XI. De Bibliothecis communibus. P. 147.

§.

Digitized by Google

§. XII. De Archivijs Generalibus Ordinis. P. 150.
§. XIII. De Archivijs Provinciarum, & Conventuum. P. 155.
§. XIV. De obſervantia in Sacrũ Ordinem Prædicatorũ. P. 157.

CAP. VI.

De modo exteriùs converſandi.

§. I. De Diſcurſibus. Pag. 160.
§. II. De non equitando. P. 163.
§. III. De tranſmigratione in alienas Provincias. P. 165.
§. IV. De mutatione, ſeu translatione à Conventu in Conventum. P. 167.
§. V. De egreſſu extra propriam Guardianiam. P. 168.
§. VI. De quæſtibus tempore Meſsis. P. 169.
§. VII. De egreſſu à Conventu. P. 170.
§. VIII. De acceſſu ad Monaſteria Monialium. Pag. 172.
§. IX. De ingreſſu in Monialium Clauſuram. P. 175.
§. X. De cura Prælatorum erga Moniales. P. 179.
§. XI. De Confeſſarijs ordinarijs Monialium. P. 182.
§. XII. De Confeſſarijs extraordinarijs Monialibus concedendis. Pag. 184.
§. XIII. De conſervatione, & promotione tertij Ordinis. P. 186.
§. XIV. De Prædicatoribus. Pag. 187.
§. XV. De doctrina à noſtris prædicanda. P. 190.
§. XVI. De Confeſſarijs Sæcularium. P. 191.
§. XVII. De Fratribus ſeculariũ negotijs non ſe implicãdis. P. 194.

CAP. VII.

De correctione delinquentium.

§. I. De Viſitatione. P. 196.
§. II. De correctionibus ordinarijs. P. 199.
§. III. De modo iuridicè procedendi. P. 200.
§. IV. De appellatione. P. 204.
§. V. De iudicibus à quibus formandi ſunt proceſſus, & ferendæ ſententiæ. P. 208.
§. VI. De cauſis criminalibus nõ iterandis, aut perpetuãdis. P. 211.

Digitized by Google

§. VII. De generibus pœnarum. P. 212.
§. VIII. De excōmunicatione, & pœnis ipſofacto impoſitis. P. 227.
§. IX. De pœnis in ambitioſos. P. 219.
§. X. De pœnis contra ſecreta revelantes. P. 222.
§. XI. De pœnis contra indebitè obloquentes. P. 223.
§. XII. De pœnis in falſificatores. P. 225.
§. XIII. De pœnis contra caſtitatis tranſgreſſores, ibid.
§. XIV. De pœnis contra percuſſores, & minantes, p. 227.
§. XV. De pœnis contra apoſtatas. P. 228.
§. XVI. De pœnis incorrigibilium, & capitaliter delinquentium. Pag. 232.
§. XVII. De pœna imponenda, & impoſita non revocanda. Pag. 236.

CAP. VIII.

De officijs quibus ordo regitur.

§. I. De diſtributione Ordinis in Familias, Nationes, & Provincias. Pag. 238.
§. II. De Miniſtro Generali totius Ordinis. P. 239.
§. III. De Vicario Generali Ordinis. P. 243.
§. IV. De Commiſſario Generali Familiæ. P. 244.
§. V. De Vice-Commiſſario Generali Familiæ. Pag. 246.
§. VI. De Commiſſario Generali Indiarum, & earum Vice-Commiſſario. Pag. 247.
§. VII. De Commiſſarijs Generalibus Delegatis, ibid.
§. VIII. De Commiſſarijs Nationalibus, pag. 249.
§. IX. De Procuratore Generali Ordinis, & Curiæ Romanæ Commiſſario, pag. 251.
§. X. De Procuratoribus, ſeu Commiſſarijs in Curijs Regum reſidentibus, pag. 257.
§. XI. De Commiſſarijs Generalibus Terræ Sanctæ, pag. 260.
§. XII. De Diffinitoribus Generalibus, pag. 261.
§. XIII. De Diſcretis Ordinis, & Familiæ, pag. 264.
§. XIV. De Miniſtris Provincialibus, pag. 266.
§. XV. De Vicarijs Provincialibus, pag. 268.
§. XVI. De Commiſſarijs Provinciarum, pag. 269.

Digitized by Google

§. XVII. De Viſitatoribus Provinciarum, pag. 270.
§. XVIII. De Patribus Provinciæ habẽtibus ius ſuffragãdi, p. 275
§. XIX. De Patribus Provinciæ cum iure ſubrogandi, p. 278.
§. XX. De Patribus Prov. non habentibus ius ſubrogandi, p. 279.
§. XXI. De Cuſtodibus, pag. 281.
§. XXII. De Pro-Miniſtris ad Capitulum Generale, pag. 286.
§. XXIII. De Diffinitoribus Provinciarum, pag. 287.
§. XXIV. De Diſcretis Provinciarum, pag. 288.
§. XXV. De Guardianis, pag. 290.
§. XXVI. De Præſidentibus Conventuum, pag. 292.
§. XXVII. De Vicarijs Conventuum, pag. 294.
§. XXVIII. De Diſcretis Conventuum, pag. 295.
§. XXIX. De recta officiorum adminiſtratione, pag. 297.

CAP. IX.

De electionibus, & inſtitutionibus officiorum.

§. I. De forma electionum in communi, pag. 298.
§. II. De forma ſervanda in electionibus à toto Capitulo faciendis, pag. 300.
§. III. De forma ſervanda in electionibus à ſolo Diffinitorio, vel extra Capitulum, faciendis, pag. 303.
§. IV. De electionum libertate, pag. 305.
§. V. De qualitatibus eligendorum, ibid.
§. VI. De incompatibilitate officiorum, p. 311.
§. VII. De vacantijs officiorum, p. 313.
§. VIII. De loco, & tempore faciendi electiones, p. 315.
§. IX. De electionibus à ſolo Generali faciendis, p. 317.
§. X. De renunciationibus, & earum acceptatione, p. 319.
§. XI. De electione Vicarij Generalis Ordinis, quacumque ex cauſa Miniſteriatu vacante, p. 321.
§. XII. De electione Vicarij General. propter mortẽ Miniſtri, p. 324.
§. XIII. De electione Vicarij Generalis ob promotionem, vel renunciationem Miniſtri, p. 328.
§. XIV. De electione Vice-Commiſſarij Generalis, p. 330.
§. XV. De electione Vicarij Provincialis, p. 331.
§. XVI. De alijs electionibus extra tẽpus capitulare faciẽdis, p. 333.

§.

Digitized by Google

§. XII. De ſubrogationibus, & ſubſtitutionibus, pag. 335.

CAP. X.

De Capitulis celebrandis.

§. I. De indictione Capituli Generalis totius Ordinis. P. 339.
§. II. De his, qui ad Capitulum Generale tenentur aut valent accedere, & de eorum acceſſu, pag. 341.
§. III. De ſolemnitatibus Capituli Generalis, pag. 343.
§. IV. De ordine conſeſſus Vocalium in Capitulo Generali, pag. 346.
Ordo, & ſeries Provinciarum, ad vnam, & alteram Familiam pertinentium, pag. 347.
Provinciæ, quæ ad Ciſmontanam Familiam pertinent, ibid.
Provinciæ Tertij Ordinis ad Ciſmontanam Familiam pertinentes, pag. 350.
Provinciæ, quæ ad Familiam Ultramontanam ſpectant, pag. 351.
In Natione Hiſpanica, ad Regna extra Luſitaniam pertinent Provinciæ Obſervantiæ ſequentes, pag. 354.
In eadem Natione, & Regnis, Provinciæ Diſcalceatorum, pag. 355.
In eadem Natione ad Coronam Luſitaniæ pertinentes Provinciæ, ibid.
In Natione Gallica Provinciæ magnæ, pag. 356.
In eadem Natione Provinciæ Obſervantes, ibid.
In eadem Natione Provinciæ Recollectorum, ibid.
Ad Nationem Germano-Belgicam pertinentes Provinciæ, ibid.
Ex Provincijs Tertij Ordinis, ad Nationem Hiſpanicam pertinentes, pag. 357.
Ad Nationem Gallicam pertinentes Provinciæ, ibid.
§. V. De agendis in Capitulo Generali ante electiones, ibid.
§. VI. De electionibus in Capitulo Generali celebrandis, p. 360.
Forma abſolutionis in omnibus Capitulis, tam Generalibus, quàm Provincialibus ante electionem celebrandam, pag. 361.

§. VII. De peragendis in Capitulo Generali vſque ad eius diſſolutionem, pag. 366.
§. VIII. De Patronis Comitiorum Generalium, pag. 370.
§. IX. De Congregatione Generali intermedia, pag. 374.
§. X. De Capitulo Provinciali, pag. 376.
§. XI. De Capitulo intermedio, ſeu Congregatione Capitulari. pag. 381.

CAP. XI.

De Conſtitutionibus in genere.

§. I. De facultate condendi ſtatuta. Pag. 384.
§. II. De legibus nõ multiplicandis, nec antiquis abrogãdis, p. 386.
§. III. De declarationibus ſtatutorum, p. 387.
§. IV. De obſervatione horum ſtatutorum, p. 388.
§. V. De diſpenſatione in ſtatutis, p. 391.
§. VI. De qualitate horum ſtatutorum, p. 393.

CAP. XII.

De ſtatutis ſpecialibus.

§. I. De ſtatutis pro Natione Hiſpanica, Pag. 395.
§. II. De ſtatutis Diſcalceatorum Nationis Hiſpanicæ, p. 398.
§. III. De ſtatutis pro Natione Gallica, pag. 402.
Appendix ſtatutorum pro Provincijs Indiarũ Occidentaliũ, p. 403.
§. I. De Commiſſario Generali Indiarum in Curia Regis Catholici reſidenti, ibid.
§. II. De præeminentijs P. Commiſſarij Generalis Indiarũ, p. 405.
§. III. De Secretario, & ſocijs Commiſſarij Generalis Indiarum, pag. 406.
§. IV. De Vice-Commiſſario Indiarum Hiſpali reſidenti, p. 407.
§. V. De Commiſſarijs Generalibus Novæ Hiſpaniæ, & Regni Peruani, & de eorum authoritate, p. 409.
§. VI. De his, quæ ſunt vetita Commiſſarijs Generalibus Novæ Hiſpaniæ, & Regni Peruani, p. 412.
§. VII. De Vice-Commiſſarijs eligendis in Nova Hiſpania, & Regno Peruano, p. 415.
§. VIII. De Miniſtris Provincialibus Indiarum, p. 417.

§.

Digitized by Google

§. IX. De Vicarijs Provincialibus, p. 420.
§. X. De Cuſtodibus Indiarum, p. 422.
§. XI. De Prominiſtris eligendis ad Capitulum Generale, p. 424.
§. XII. De Comitijs Provincialibus, & Congregationibus intermedijs, p. 425.
§. XIII. De Fratribus ad Indias tranſmittendis, p. 426.
§. XIV. De incorporatione in Provincijs Indiarum, p. 429.
§. XV. De Doctrinis, & Converſionibus, p. 431.
§. XVI. De ſtatu Recollectionis, p. 432.
§. XVII. De Monialibus Indiarum, p. 433.

QVamquàm ad Indicis præpoſiti formam, prout iacet, principaliora quæque ſubiungendæ Compilationis Capita, Tituliquè congerantur: cùm tamen (id quod intuentibus ilicèt apparebit) eo congeſti pacto videantur, vt, nulla prorsùs ordinis alphabetici, quò res inventu faciliores redderentur, habita ratione, ſed eiuſmodi Capitum dumtaxàt, ac Titulorum ſerie ſucceſſivè per paginas exscripta, conſarcinatus Index evaſerit: non parum exinde negotij faceſſitur & res, & Operis materias ex promptu deſiderantibus inveniri. Huc & inſuper accedit, quòd vbi tot, adeòque diverſæ leges, atque ſanctiones iiſdem ſub Titulorum capitibus diſperguntur, operoſiùs legum aggreditur inveſtigatio, quàm vt evitari tædium valeat. Cuiuſmodi (ni fallimur) incommodo per copioſiorem verborum, rerumque, & materiarum Indicem, qui in lectorum opem velut ſubſidiariam (haud mediocriter elaboratum quidem, vulgarivè diligentia confectum) poſt Compilationis huiuſce calcem ad alphabeticam tractum, & apponendum conſuetudinem, obviàm ibitur,

CA-

CANONES, ET DECRETA Sacri Concilij Tridentini, qui de Regularibus præſcribuntur, ad eos attinentes.

DE LIBRORUM IMPRESSIONE.

NON liceat Fratribus imprimere, ſeu imprimi facere Libros de rebus Sacris ſine approbatione Ordinarij, & licentia ſuorum Superiorum. Seſſ. 4. In decreto de vſu, & editione ſacrorum librorum.

De Lectione Sacræ Scripturæ.

In Conventibus, in quibus ſtudia commodè vigere poſſunt, Sacra Scriptura Lectio habeatur; quæ Lectio à Capitulis Generalibus, vel Provincialibus, aſſignetur dignioribus Lectoribus. Seſſ. 5. de refor. c. 1.

De Licentia Prædicatorum.

Prædicatores ſine licentia Superiorum Ordinis, & benedictione Ordinarij, in Eccleſijs eiuſdem Ordinis prædicare non poſſint; in Eccleſijs autem quæ ſuorum Ordinum non ſunt, vltra licentiam Superiorum, etiam Epiſcopi licentiam habere teneantur: in Eccleſijs etiam ſuorum Ordinum nullus Regularis, contradicente Epiſcopo, prędicare præſumat. Seſſ. 5. de ref. c. 2. & ſeſſ. 24. c. 4.

De Prędicatoribus malè prędicantibus.

Si aliquis Prædicator (quòd abſit) errores, aut ſcandala diſſeminaverit in populum, etiamſi in Monaſterio ſui, vel alterius ordinis prædicet, Epiſcopus ei prædicationem interdicat: quòd ſi hæreſes prædicaverit, contra eum ſecundum iuris diſpoſitionem, aut loci conſuetudinem procedet, etiamſi Prædicator ipſe generaliter, vel ſpecialiter exemptum ſe eſſe prætenderit. Seſſ. 5. de ref. c. 2.

De Regularibus delinquentibus.

Regulares extra Monaſterium degentes, etiam ſui Ordinis privilegij prætextu, ab Ordinario loci, ſi deliquerit, puniri poſſint. Seſſ. 6. de refor. c. 3.

Regularis, non ſubditus Epiſcopo, qui intra Clauſtra Seſſ. 25. c. 14. de ref.

Mo-

Monaſterij degit, & extra ea ita notoriè deliquerit, vt populo ſcandalum ſit, Epiſcopo inſtante, à ſuo Superiore intra tempus ab Epiſcopo præfigendam ſevere puniatur, ca de punitione Epiſcopum certiorem faciat: ſin minus à ſuo Superiore officio privetur, & delinquens ab Epiſcopo puniri poſſit.

De Regularibus translatis.

Seſſ. 14. de refor. c. 11. *Regulares translati de vno Ordine ad alium, ſub ſui Superioris obedientia perpetuò remaneant.*

Seſſ. 25. c. 19. *Et nemo Regularis cuiuſcumque facultatis vigore transferatur ad laxiorem Religionem: nec detur licentia cuiquam Regulari occultè ferendi habitum ſuæ Religionis.*

De Miſſarum eleemoſynis.

Seſſ. 22. in decreto de obſervãdis, & evitandis in celebratione Miſſæ. *In primis quoad avaritiam pertinet cuiuſvis generis mercedum conditiones, pacta, & quicquid pro Miſſis novis celebrandis datur, necnon importunas, atque liberales eleemoſynarum exactiones, potiùs quàm poſtulationes, & alia huiuſmodi, quæ à ſimoniaca labe, vel certè à turpi quæſtu non longè abſunt, omninò prohibentur.*

De vagis, & ignotis Sacerdotibus.

Eadem Seſſ. & decreto. *Epiſcopi in ſuis Diœceſibus interdicant, ne cui vago, & ignoto Sacerdoti Miſſas celebrare liceat.*

De loco celebrandi Miſſas.

Eadem ſeſſ. & decreto. *Non patiantur privatis in domibus, atque omninò extra Eccleſiam, & ad Divinum cultum, privata oratoria ab eiſdem Ordinarijs ordinanda, & viſitanda, Sanctum Sacrificium à Sæcularibus, aut Regularibus quibuſcumque peragi.*

De cęremonijs Miſſarum.

Eadem ſeſſ. & decreto. *Caveatur, ne Sacerdotes alijs quàm debitis horis celebrent, neve ritus alios, vel alias cęremonias, & preces in Miſſarum celebratione adhibeant præter eas, quę ab Eccleſia approbatæ, ac frequenti, & laudabile vſu receptæ ſunt.*

De numero Miſſarum, & candelarum amovendo.

Eadem ſeſſ. & decreto. *Quarundam Miſſarum, aut candelarum certum numerum, qui magis à ſuperſtitioſo cultu, quam à vera Religione inventus eſt omninò ab Eccleſia removeatur.*

De

De remedio circa Miſſarum multarum numerum. Seſſ. 15. c.

Facultatem dat Sancta Synodus Epiſcopis in Synodo Diœ- 4. de refor.
ceſana, itemque Abbatibus, & Generalibus Ordinum, vt in ſuis Capitulis Generalibus re diligenter perſpecta poſsint pro ſua conſcientia in Eccleſijs, quas hac proviſione indigere cognoverit, ſtatuere circa hac quidquid magis ad Dei honorem, cultum, atque Eccleſiarum vtilitatem, viderint expedire.

De voce Capitulari.

Quicumque in Cathedrali, vel Collegiata Sæculari, vel Seſſ. 22. c.
Regulari Eccleſia, Divinis mãcipatus officijs in ſubdiacona- 4. de refor.
tus ordine ſaltem conſtitutus non ſit, vocem in huiuſmodi Eccleſijs in Capitulo non habeat.

De literis dimiſſorijs pro ſuſceptione ordinum.

Nullus abſque ſui proprij Prælati expreſſo conſenſu, aut Seſſ. 4. c. 12
literis dimiſſorijs, ad aliquos ſacros, aut minores ordines, vel de reform.
primam tonſuram promoveatur, aliàs ab executione ordinum ſic ſuſceptorum, donec ſuo Prælato viſum fuerit, ipſo iure eſt ſuſpenſus.

De modo novorum Conventuum accipiendorum. Eadem ſeſſ.

Nec de cætero ſimilia loca erigantur ſine Epiſcopi, in cu- & cap. 4.
ius Diœceſi erigenda ſunt, licentia priùs obtenta.

De Fratribus qui ſine Superioris licentia alterius obſequio, ſe non ſubijciant.

Ne quis Regularis ſine ſui Superioris licentia, prædicatio- Ead. ſeſ. & c
nis, lectionis, aut cuiuſvis pij operis prætextu, ſubijciat ſe obſequio alicuius Prælati, Principis, vel Vniverſitatis, vel Communitatis, aut alterius cuiuſcumque perſonę, ſeu loci, quòd ſi contra fecerit, tamquam inobediens, Superioris puniatur arbitrio.

De Fratribus ſine licentia à Conventibus non diſceſſuris.

Nec liceat Regularibus à ſuis Conventibus recedere, etiam Ead. ſeſ. & c
prætextu ad ſuos Superiores accedendi, niſi ab eiſdem miſſi, aut vocati fuerint: aliàs ab Ordinarijs locorum, tanquam deſertores ſui inſtituti, puniantur.

De Fratribus, qui mittuntur ad Vniverſitates ſtudiorũ.

Qui ſtudiorum cauſa ad Vniverſitates mittuntur in Con- Ead. ſeſ. & c
ventibus tantùm habitent, alioquin ab Ordinarijs contra eos procedatur.

De clauſura Monialium.

Ead.ſeſ. &c *Vniverſi Epiſcopi in omnibus Monaſterijs ſibi ſubiectis (in alijs verò Sedis Apoſtolicæ auctoritate) clauſuram ſanctimonialium, vbi violata fuerit, diligenter reſtitui; vbi inviolata eſt, conſervari, maximè procurent.*

Ead.ſeſ.&c *Nemini autem ſanctimonialium liceat poſt profeſsionem exire à Monaſterio, etiam ad breve tempus, quocunque prætextu, niſi ex aliqua cauſa ab Epiſcopo approbanda.*

De prohibitione ingreſſus ad Monaſteria Monialium:

Ead.ſeſ.&c *Ingredi intra ſepta Monaſterij nemini liceat cuiuſcunque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerit, ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia in ſcriptis obtenta, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda; & hoc in caſibus neceſſarijs tantùm, nec in alijs.*

De Monaſterijs Monialium intra vrbes reducendis.

Ead.ſeſ.&c *Monaſteria ſanctimonialium extra mœnia vrbis, vel oppidi curent Epiſcopi, & alij Superiores (ſi ita videbitur expedire) vt ad nova, vel antiqua Monaſteria intra vrbes reducantur.*

De Confeſsione, & Communione Sanctimonialium.

Ead.ſeſſ. & c. 10. *Attendant diligenter Epiſcopi, & alij Superiores Monaſteriorum ſanctimonialium, vt ſaltèm ſingulis menſibus, confeſsionem peccatorum faciant, & Sacroſanctam Euchariſtiam ſuſcipiant.*

De Confeſſario Extraordinario Monialium offerendo.

Ead.ſeſ.&c *Præter ordinarium Confeſſorem, alius extraordinarius ab Epiſcopo, & alijs Superioribus, bis, aut tèr, in anno offeratur, qui omnium confeſsiones audire debeat.*

De loco ſervandæ Euchariſtiæ in Monaſterijs Monialium.

Ead.ſeſ.&c *Vt verò Chriſti Corpus intra chorum aut ſepta Monaſterij Monialium, & non in publica Eccleſia conſervetur, prohibet Sancta Synodus, non obſtante quocunque indulto, aut privilegio.*

De modo ſecreto in electione ſervando.

Ead.ſeſ.&c c.6. de reg. *In electione Superiorum quorumcumque, & aliorum officialium, ac Generalium, & Abbatiſſarum, ſiat electio per vota ſecreta, ita vt ſingularum eligentium nomina nunquam publicentur.*

De

De vocibus non ſupplendis.

Nec in poſterum liceat Provictales, aut Abbates, Priores, aut alios quoſcumque Titulares ad effectum electionis faciendæ conſtituere, aut voces, & ſuffragia abſentium ſupplere. Ead. ſeſſ. & c.

De ætate eligendæ in Præpoſitam, ſeu Abbatiſſam Monialium.

Abbatiſſa, & Prioriſſa, & quæcunque alio nomine præfecta, vel Prępoſita appelletur, eligatur non minor annis quadraginta, & quæ octo annis poſt expreſſam profeſſionem laudabiliter vixerit: quòd ſi his qualitatibus non reperiatur in eodem monaſterio, ex alio eiuſdem Ordinis eligi poſſit: ſi hoc etiam incommodum Superiori, qui electioni præeſt videatur; ex ijs, quę in eodem Monaſterio annum trigeſimum exceſſerint, & quinque ſaltèm annis poſt profeſſionem rectè vixerint, Epiſcopo, vel alio conſentiente, eligatur. Eadẽ ſeſſ. & c. 7.

De loco accipiendi vota Monialium tempore electionis faciendæ.

Is, qui electione præeſt, Epiſcopus, ſive alius Superior, clauſtra Monaſterij non ingrediatur, ſed ante cancellorum feneſtrellam vota ſingularum audiat, ſeu accipiat: in reliquis ſerventur ſingulorum Ordinum, vel Monaſteriorum Conſtitutiones. Eadẽ ſeſſ. de reg. c. 7.

De gubernatione Monialium.

Monaſteria Sanctimonialium Sanctæ Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta ab Epiſcopis gubernentur: quæ verò à deputatis in Capitulis Generalibus, vel ab alijs Regularibus reguntur, ſub eorum cura, & cuſtodia relinquantur. Seſſ. 25. de reg. c. 9.

De interdictis, cenſuriſq; à regularibus obſervandis.

Cenſuræ, & interdicta, nedum à Sede Apoſtolica emanata, ſed etiam ab Ordinarijs promulgata mandante Epiſcopo, à Regularibus in eorum Eccleſijs publicentur, atque ſerventur. Ead. ſeſſ. c. 12.

De Feſtis à Regularibus ſervandis.

Dies feſti, quos in Diæceſi ſua ſervandos Epiſcopus præceperit, ab exemptis omnibus, etiam regularibus, ſerventur. Ead. ſeſſ. & c.

De

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

De controverſia in præcedentijs ſedanda ab Epiſcopis.

Ead. ſeſſ. c. 13.

Controverſias omnes de præcedentia, quæ perſæpè maximo cum ſcandalo oriuntur inter Eccleſiaſticas perſonas, tam Seculares, quàm Regulares, cùm in proceſsionibus publicis, tùm in ijs, quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, Epiſcopus, amota omni appellatione, & non obſtantibus quibuſcunque, componat.

De exitu ad publicas proceſsiones.

Ead. ſeſſ. &c.

Exempti autem omnes, tam clerici Saculares, quàm Regulares quicunque, etiam Monachi, ad publicas proceſsiones vocati accedere compellatur; ijs tantùm exceptis, qui in ſtrictiori clauſura perpetuò vivunt.

De minoribus ordinibus ab alijs quàm Epiſcopis non conferendis.

Seſſ. 23. c. 10. de refor.

Abbatibus, ac alijs quibuſcunque, quamvis exemptis, non liceat in poſterum intra fines alicuius Diœceſis conſiſtentibus (etiàmſi nullius Diœceſis, vel exempti eſſe dicantur) cuiquàm, qui regularis ſubditus ſibi non ſit tonſuram, aut minores ordines conferre.

De promotione minorum ordinum.

Seſſ. 23. c. 11.

Minores ordines ijs qui ſaltem latinam linguam intelligunt per temporum interſtitia (niſi aliud Epiſcopo videretur) conferantur: hi verò non niſi poſt annum à ſuſceptione poſtremi gradus minorum ordinum, ad Sacros Ordines promoveantur, niſi neceſsitas, aut Eccleſię vtilitas, iudicio Epiſcopi, aliud expoſcat.

De promotione maiorum ordinum.

Seſſ. 23. c. 13. & 14.

Promoti ad ſacrum Subdiaconatus ordinem, ſi per annum ſaltem in eo non ſunt verſati, ad altiorem gradum, niſi aliud Epiſcopo videatur non promoveantur. Item qui ad Presbyteratus ordinem aſſumuntur bonum habeant teſtimonium, & in Diaconatu ad minus per annum integrum, niſi ob Eccleſiæ vtilitatem, ac neceſsitatem, aliud Epiſcopo videretur, miniſtraverint.

De promotis per ſaltum.

Eadē ſeſſ. &c.

Cum promotis per ſaltum, ſi non miniſtraverint, Epiſcopus, ex legitima cauſa, poſsit diſpenſare.

De

De iis, qui tenentur intereſſe Synodo Diœceſanæ. Seſſ. 24. de refor. c. 3.

Synodi quoque Diœceſanæ quot annis celebrentur, ad quas exempti etiam omnes, qui aliàs ceſſante exemptione intereſſe deberent, nec capitulis generalibus ſubduntur, accedere teneantur: ratione tamen parrochialium, aut aliarum Eccleſiarum, etiam annexarum, debeant hi qui illarum curam gerunt, quicunque illi ſint, Synodo intereſſe.

De examine eligendorum ad beneficia.

Examinatores poſſunt etiam eſſe regulares ex Ordine mendicantium; iurentque ad ſancta Dei Evangelia, fideliter munus ſe executuros: caveantque, ne quicquam occaſione huius examinis, nec antè, nec pòſt, accipiant: alioquin ſimoniæ vitium incurrent: et de his omnibus in Synodo Provinciali, ſi opus erit, rationem reddere teneantur; à qua ſi quid contra eos feciſſe compertum fuerit, graviter eius arbitrio puniri poſſint. Seſſ. 24. c. 18.

De ætate ordinandorum in maioribus.

Nullus in poſterum ad Subdiaconatus ordinem ante vigeſimum ſecundum annum, ad Diaconatus autem ante vigeſimum tertium, ad Presbyteratus ante vigeſimum quintum ætatis ſuæ annum, promoveatur. Regulares quoque nec in minori ætate, nec ſine diligenti Epiſcopi examine ordinentur; privilegijs quibuſcunque ad hoc penitus excluſis. Seſ. 23. c. 12.

De duobus ſacris ordinibus eodem die, non conferendis.

Duo ſacri ordines eodem die, nec etiam Regularibus, conferantur; privilegijs, aut indultis quibuſvis conceſſis non obſtantibus quibuſcunque. Ead. ſeſ. c. 13.

De confeſsione ſecularium audienda, & quomodo.

Sine probatione Epiſcopi nullus, etiam regularis, poſſit confeſſiones ſæcularium, etiam ſacerdotum, audire. Ead. ſeſ. c. 15.

De Communione frequentada à Miniſtris Eccleſiæ.

Subdiaconi, & Diaconi ſciant, maximè decere ſi ſaltem omnibus Dominicis, & ſolemnibus diebus, cùm altari miniſtraverint, ſacram Communionem acceperint. Ead. ſeſ. c. 13.

Sacri altaris miniſteria non niſi per conſtitutos in dictis ordinibus exerceantur. Ead. ſeſ. & c. 17.

De

De obſervatione Regulæ, & Communitate ſectanda.

Seſſ. 25. c. 1. de form. *Omnes Regulares, tam viri, quàm mulieres, ad Regulæ quam profeſſi ſunt præſcriptum, vitam inſtituant, & componant, & quæ ad communem vitam, victum, & veſtitum obſervanda pertinent, fideliter obſervent; omnique cura, & diligentia à Superioribus adhibeatur tam in Capitulis Provincialibus, & Generalibus, quàm in eorum viſitationibus, quas ſuis temporibus facere non prætermittant, vt ab illis recedatur.*

De proprietate extirpanda.

Nulli Regularium, tam virorum, quàm mulierum, liceat bona immobilia cuiuſcunque qualitatis fuerint, & quovis modo ab eis acquiſita, tamquam propria, aut etiam nomine Conventus, poſſidere, vel tenere; ſed ſtatim ea Superiori tradantur, Conventuique incorporentur.

Seſſ. 25. c. 2. *Nemini Superiorum liceat bona ſtabilia alicui Regulari concedere, etiam ad vſumfructum, vel vſum, adminiſtrationem, aut commendam: mobilium verò vſum ita permittant, vt eorum ſuvellex ſtatui paupertatis, quam proffeſſi ſunt, conveniat, nihilque ſuperflui in ea ſit; nihil etiam, quod ſit eis neceſſarium, denegetur. Quòd ſi quis aliter quicquam tenere deprehenſus, aut convictus fuerit, is biennio activa voce, & paſſiva privatus ſit, atque etiam iuxta ſuæ Regulæ, & Ordinis conſtitutiones puniatur.*

De bonis immobilibus, & numero Regularium in Monaſterijs conſtituendo.

Seſſ. 25. c. 3. de regul. *Conceditur omnibus monaſterijs Regularium, etiam mendicantium (exceptis domibus fratrum Sancti Franciſci, Capucinorum, & eorum qui Minorum de Obſervantia vocentur) bona immobia poſſidere.*

Ead. ſeſſ. &c. *In prædictis monaſterijs, & domibus, tam virorum, quàm mulierum, bona immobilia poſſidentibus, vel non poſſidentibus, is tantum numerus conſtituatur, ac in poſterum conſervetur, qui vel ex redditibus proprijs monaſteriorum, vel ex conſuetis eleemoſynis, commodè ſuſtentari poſſit.*

De tempore profeſsionis.

Ead. ſeſſ. c. 16. *In quacumque Religione, tam virorum, quam mulierum, profeſſio non fiat ante decimum ſextum annum expletum: nec.*

nec qui minori tempore, quàm per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit ad profeſſionem admittatur. Profeſſio autem antè facta, ſit nulla; nullamque inducat obligationem, vel Ordinis obſervationem, vel ad alios quoſcunque effectus. Ead. ſeſ. c. 16.

De renunciatione bonorum; quando, & quomodo à Novitijs facienda ſit.

Nulla quoque renunciatio, aut obligatio ante profeſſionem facta, etiam cum iuramento, vel in favorem cuiuſcunque cauſæ piæ, valeat, niſi cum licencia Epiſcopi, ſive eius Vicarij fiat intra duos menſes proximos ante profeſſionem, ac non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione; aliter verò facta, etiam ſi cum huius favoris expreſſa renunciatione etiam iurata, ſit irrita, & nullius effectus. Ead. ſeſſ. c. 16.

De non differendo tempore profeſſionis.

Finito tempore novitiatus; Superiores, novicios quos habiles inveniunt, ad profitendum admittant, aut è Monaſterio eos eijciant. Seſſ. 25. de reg. c. 16.

De bonis Novitiorum infra tempus novitiatus accipiendis, aut non.

Ante profeſſionem nihil recipiatur de bonis Novitij, etiam ſponte oblatum à parentibus, vel curatoribus eorum, niſi pro victu, & veſtitu illius temporis quo in probatione eſt; & hoc præcipit ſancta Synodus ſub anathematis pœna dantibus, & recipientibus, & vt abeuntibus ante profeſſionem omnia reſtituantur, quæ ſua erant; quod vt verè fiat, Epiſcopus etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, ſi opus fuerit, compellat. Eadē ſeſſ. & c.

De tempore ſuſcipiendi habitum à puellis Deo dicandis.

Puella, quæ habitum regularem ſuſcipere voluerit, maior duodecim annis ſit, nec ante eum ſuſcipiat. Ead. ſeſ. & c. 17.

De puellis novitijs examinandis ante profeſſionem ab Ordinarijs.

Nec poſteà ipſa, vel alia, profeſſionem emittat, quàm exploraverit Epiſcopus, vel, eo abſente vel impedito, eius Vicarius, aut aliquis eorum ſumptibus ab eis deputatus, virginis voluntatem diligenter; an coacta, an ſeducta ſit, an ſciat quid agat, &c. Ead. ſeſ. & c.

d De-

§. IX. De Vicarijs Provincialibus, p. 420.
§. X. De Cuſtodibus Indiarum, p. 422.
§. XI. De Prominiſtris eligendis ad Capitulum Generale, p. 424.
§. XII. De Comitijs Provincialibus, & Congregationibus intermedijs, p. 425.
§. XIII. De Fratribus ad Indias tranſmittendis, p. 426.
§. XIV. De incorporatione in Provincijs Indiarum, p. 429.
§. XV. De Doctrinis, & Converſionibus, p. 431.
§. XVI. De ſtatu Recollectionis, p. 432.
§. XVII. De Monialibus Indiarum, p. 433.

QVamquàm ad Indicis præpoſiti formam, prout iacet, principaliora quæque ſubiungendæ Compilationis Capita, Titulique congeruntur: cùm tamen (id quod intuentibus ilicèt apparebit) eo congeſti pacto videantur, vt, nulla prorsùs ordinis alphabetici, quò res inventu faciliores redderentur, habita ratione, ſed eiuſmodi Capitum dumtaxàt, ac Titulorum ſerie ſucceſſivè per paginas excripta, conſarcinatus Index evaſerit: non parum exinde negotij faceſſitur & res, & Operis materias ex promptu deſiderantibus inveniri. Huc & inſuper accedit, quòd vbi tot, adeòque diverſæ leges, atque ſanctiones iiſdem ſub Titulorum capitibus diſperguntur, operoſiùs legum aggreditur inveſtigatio, quàm vt evitari tædium valeat. Cuiuſmodi (ni fallimur) incommodo per copioſiorem verborum, rerumque, & materiarum Indicem, qui in lectorum opem velut ſubſidiariam (haud mediocriter elaboratum quidem, vulgarivè diligentia confectum) poſt Compilationis huiuſce calcem ad alphabeticam tractum, & apponendum conſuetudinem, obviàm ibitur,

CA-

CANONES, ET DECRETA Sacri Concilij Tridentini, qui de Regularibus præſcribuntur, ad eos attinentes.

DE LIBRORUM IMPRESSIONE.

NON liceat Fratribus imprimere, ſeu imprimi facere Libros de rebus Sacris ſine approbatione Ordinarij, & licentia ſuorum Superiorum. Seſſ. 4. In decreto de vſu, & editione ſacrorum librorum.

De Lectione Sacræ Scripturæ.

In Conventibus, in quibus ſtudia commodè vigere poſſunt, Sacræ Scripturæ Lectio habeatur; quæ Lectio à Capitulis Generalibus, vel Provincialibus, aſſignetur dignioribus Lectoribus. Seſſ. 5. de refor. c. 1.

De Licentia Prædicatorum.

Prædicatores ſine licentia Superiorum Ordinis, & benedictione Ordinarij, in Eccleſijs eiuſdem Ordinis prædicare non poſſint; in Eccleſijs autem quæ ſuorum Ordinum non ſunt, vltra licentiam Superiorum, etiam Epiſcopi licentiam habere teneantur: in Eccleſijs etiam ſuorum Ordinum nullus Regularis, contradicente Epiſcopo, prędicare præſumat. Seſſ. 5. de ref. c. 2. & ſeſſ. 24. c. 4.

De Prędicatoribus malè prędicantibus.

Si aliquis Prædicator (quòd abſit) errores, aut ſcandala diſſeminaverit in populum, etiamſi in Monaſterio ſui, vel alterius ordinis prædicet, Epiſcopus ei prædicationem interdicat: quòd ſi hæreſes prædicaverit, contra eum ſecundum iuris diſpoſitionem, aut loci conſuetudinem procedet, etiamſi Prædicator ipſe generaliter, vel ſpecialiter, exemptum ſe eſſe prætenderit. Seſſ. 5. de ref. c. 2.

De Regularibus delinquentibus.

Regulares extra Monaſterium degentes, etiam ſui Ordinis privilegij prætextu, ab Ordinario loci, ſi deliquerit, puniri poſſint. Seſſ. 6. de refor. c. 3.

Regularis, non ſubditus Epiſcopo, qui intra Clauſtra Seſſ. 25. c. 24. de ref.

Monaſterij degit, & extra ea ita notoriè deliquerit, vt populo ſcandalum ſit, Epiſcopo inſtante, à ſuo Superiore intra tempus ab Epiſcopo præfigendam ſevere puniantur, ea de punitione Epiſcopum certiorem faciat: ſin minus à ſuo Superiore officio privetur, & delinquens ab Epiſcopo puniri poſſit.

De Regularibus translatis.

Seſſ. 14. de refor. c. 11.

Regulares translati de vno Ordine ad alium, ſub ſui Superioris obedientia perpetuò remaneant.

Seſſ. 25. c. 19.

Et nemo Regularis cuiuſcumque facultatis vigore transferatur ad laxiorem Religionem: nec detur licentia cuiquam Regulari occultè ferendi habitum ſuæ Religionis.

De Miſſarum eleemoſynis.

Seſſ. 21. in decreto de obſervãdis, & evitandis in celebratione Miſſæ.

In primis quoad avaritiam pertinet, cuiuſvis generis mercedum conditiones, pacta, & quicquid pro Miſſis novis celebrandis datur, necnon importunas, atque liberales eleemoſynarum exactiones, potiùs quàm poſtulationes, & alia huiuſmodi, quæ à ſimoniaca labe, vel certè a turpi quæſtu non longè abſunt, omninò prohibentur.

De vagis, & ignotis Sacerdotibus.

Eadem Seſſ. & decreto.

Epiſcopi in ſuis Diœceſibus interdicant, ne cui vago, & ignoto Sacerdoti Miſſas celebrare liceat.

De loco celebrandi Miſſas.

Eadem ſeſſ. & decreto.

Non patiantur privatis in domibus, atque omninò extra Eccleſiam, & ad Divinum cultum, privata oratoria ab eiſdem Ordinarijs ordinanda, & viſitanda, Sanctum Sacrificium à Sæcularibus, aut Regularibus quibuſcumque peragi.

De cęremonijs Miſſarum.

Eadem ſeſſ. & decreto.

Caveatur, ne Sacerdotes alijs quàm debitis horis celebrent, neve ritus alios, vel alias cęremonias, & preces in Miſſarum celebratione adhibeant præter eas, quę ab Eccleſia approbatæ, ac frequenti, & laudabile vſu receptæ ſunt.

De numero Miſſarum, & candelarum amovendo.

Eadem ſeſſ. & decreto.

Quarundam Miſſarum, aut candelarum certum numerum, qui magis à ſuperſtitioſo cultu, quam à vera Religione inventus eſt omninò ab Eccleſia removeatur.

De

De remedio circa Miſſarum multarum numerum. Seſſ. 15. c. 4. de refor.

Facultatem dat Sancta Synodus Epiſcopis in Synodo Diœceſana, itemque Abbatibus, & Generalibus Ordinum, vt in ſuis Capitulis Generalibus re diligenter perſpecta poſſint pro ſua conſcientia in Eccleſijs, quas hac proviſione indigere cognoverit, ſtatuere circa hæc quidquid magis ad Dei honorem, cultum, atque Eccleſiarum vtilitatem, viderint expedire.

De voce Capitulari. Seſſ. 22. c. 4. de refor.

Quicumque in Cathedrali, vel Collegiata Sæculari, vel Regulari Eccleſia, Divinis mãcipatus officijs in ſubdiaconatus ordine ſaltem conſtitutus non ſit, vocem in huiuſmodi Eccleſijs in Capitulo non habeat.

De literis dimiſſorijs pro ſuſceptione ordinum. Seſſ. 4. c. 12. de reform.

Nullus abſque ſui proprij Prælati expreſſo conſenſu, aut literis dimiſſorijs, ad aliquos ſacros, aut minores ordines, vel primam tonſuram promoveatur, aliàs ab executione ordinum ſic ſuſceptorum, donec ſuo Prælato viſum fuerit, ipſo iure eſt ſuſpenſus.

De modo novorum Conventuum accipiendorum. Eadem ſeſſ. & c. p. 4.

Nec de cætero ſimilia loca erigantur ſine Epiſcopi, in cuius Diœceſi erigenda ſunt, licentia priùs obtenta.

De Fratribus qui ſine Superioris licentia alterius obſequio, ſe non ſubijciant.

Ne quis Regularis ſine ſui Superioris licentia, prędicationis, lectionis, aut cuiuſvis pij operis prætextu, ſubijciat ſe obſequio alicuius Prælati, Principis, vel Vniverſitatis, vel Communitatis, aut alterius cuiuſcumque perſonę, ſeu loci, quòd ſi contra fecerit, tamquam inobediens, Superioris puniatur arbitrio. Ead. ſeſ. & c

De Fratribus ſine licentia à Conventibus non diſceſſuris.

Nec liceat Regularibus à ſuis Conventibus recedere, etiam prætextu ad ſuos Superiores accedendi, niſi ab eiſdem miſſi, aut vocati fuerint: aliàs ab Ordinarijs locorum, tanquam deſertores ſui inſtituti, puniantur. Ead. ſeſ. & c

De Fratribus, qui mittuntur ad Vniverſitates ſtudiorũ.

Qui ſtudiorum cauſa ad Vniverſitates mittuntur in Conventibus tantùm habitent, alioquin ab Ordinarijs contra eos procedatur. Ead. ſeſ. & c

De clauſura Monialium.

Ead.ſeſ. &c *Vniverſi Epiſcopi in omnibus Monaſterijs ſibi ſubiectis (in alijs verò Sedis Apoſtolicæ auctoritate) clauſuram ſanctimonialium, vbi violata fuerit, diligenter reſtitui; vbi inviolata eſt, conſervari, maximè procurent.*

Ead.ſeſ.&c *Nemini autem ſanctimonialium liceat poſt profeſſionem exire à Monaſterio, etiam ad breve tempus, quocunque prætextu, niſi ex aliqua cauſa ab Epiſcopo approbanda.*

De prohibitione ingreſſus ad Monaſteria Monialium.

Ead.ſeſ.&c *Ingredi intra ſepta Monaſterij nemini liceat cuiuſcunque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerit, ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia in ſcriptis obtenta, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda; & hoc in caſibus neceſſarijs tantùm, nec in alijs.*

De Monaſterijs Monialium intra vrbes reducendis.

Ead.ſeſ.&c *Monaſteria ſanctimonialium extra mœnia vrbis, vel oppidi curent Epiſcopi, & alij Superiores (ſi ita videbitur expedire) vt ad nova, vel antiqua Monaſteria intra vrbes reducantur.*

De Confeſsione, & Communione Sanctimonialium.

Ead.ſeſſ. & c. 10. *Attendant diligenter Epiſcopi, & alij Superiores Monaſteriorum ſanctimonialium, vt ſaltèm ſingulis menſibus, confeſsionem peccatorum faciant, & Sacroſanctam Euchariſtiam ſuſcipiant.*

De Confeſſario Extraordinario Monialium offerendo.

Ead.ſeſ.&c *Præter ordinarium Confeſſorem, alius extraordinarius ab Epiſcopo, & alijs Superioribus, bis, aut tèr, in anno offeratur, qui omnium confeſsiones audire debeat.*

De loco ſervandæ Euchariſtiæ in Monaſterijs Monialium.

Ead.ſeſ.&c *Vt verò Chriſti Corpus intra chorum aut ſepta Monaſterij Monialium, & non in publica Eccleſia conſervetur, prohibet Sancta Synodus, non obſtante quocunque indulto, aut privilegio.*

De modo ſecreto in electione ſervando.

Ead.ſeſ. &c c. 6. de reg. *In electione Superiorum quorumcumque, & aliorum officialium, ac Generalium, & Abbatiſſarum, fiat electio per vota ſecreta, ita vt ſingularum eligentium nomina nunquam publicentur.*

De-

De vocibus non ſupplendis.

Nec in poſterum liceat Provinciales, aut Abbates, Priores, aut alios quoſcumque Titulares ad effectum electionis faciendæ conſtituere, aut voces, & ſuffragia abſentium ſupplere. Ead. ſeſſ. & c.

De ætate eligendæ in Præpoſitam, ſeu Abbatiſſam Monialium.

Abbatiſſa, & Prioriſſa, & quæcunque alio nomine præfecta, vel Præpoſita appelletur, eligatur non minor annis quadraginta, & quæ octo annis poſt expreſſam profeſſionem laudabiliter vixerit: quòd ſi his qualitatibus non reperiatur in eodem monaſterio, ex alio eiuſdem Ordinis eligi poſſit: ſi hoc etiam incommodum Superiori, qui electioni præeſt videatur; ex ijs, quæ in eodem Monaſterio annum trigeſimum exceſſerint, & quinque ſaltèm annis poſt profeſſionem rectè vixerint, Epiſcopo, vel alio conſentiente, eligatur. Eadē ſeſſ. & c. 7.

De loco accipiendi vota Monialium tempore electionis faciendæ.

Is, qui electione præeſt, Epiſcopus, ſive alius Superior, clauſtra Monaſterij non ingrediatur, ſed ante cancellorum feneſtrellam vota ſingularum audiat, ſeu accipiat: in reliquis ſerventur ſingulorum Ordinum, vel Monaſteriorum Conſtitutiones. Eadē ſeſſ. de reg. c. 7.

De gubernatione Monialium.

Monaſteria Sanctimonialium Sanctæ Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta ab Epiſcopis gubernentur: quæ verò à deputatis in Capitulis Generalibus, vel ab alijs Regularibus reguntur, ſub eorum cura, & cuſtodia relinquantur. Seſſ. 25. de reg. c. 9.

De interdictis, cenſuriſq; à regularibus obſervandis.

Cenſuræ, & interdicta, nedum à Sede Apoſtolica emanata, ſed etiam ab Ordinarijs promulgata mandante Epiſcopo, à Regularibus in eorum Eccleſijs publicentur, atque ſerventur. Ead. ſeſſ. c. 12.

De Feſtis à Regularibus ſervandis.

Dies feſti, quos in Diæceſi ſua ſervandos Epiſcopus præceperit, ab exemptis omnibus, etiam regularibus, ſerventur. Ead. ſeſſ. & c.

De-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

De controverſia in præcedentijs ſedanda ab Epiſcopis.

Ead. ſeſſ. c. 13. *Controverſias omnes de præcedentia, quæ perſæpè maximo cum ſcandalo oriuntur inter Eccleſiaſticas perſonas, tam Seculares, quàm Regulares, cùm in proceſſionibus publicis, tùm in ijs, quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, Epiſcopus, amota omni appellatione, & non obſtantibus quibuſcunque, componat.*

De exitu ad publicas proceſsiones.

Ead. ſeſſ. &c. *Exempti autem omnes, tam clerici Sæculares, quàm Regulares quicunque, etiam Monachi, ad publicas proceſsiones vocati accedere compellatur; ijs tantùm exceptis, qui in ſtrictiori clauſura perpetuò vivunt.*

De minoribus ordinibus ab alijs quàm Epiſcopis non conferendis.

Seſſ. 23. c. 10. de reſor. *Abbatibus, ac alijs quibuſcunque, quamvis exemptis, non liceat in poſterum intra fines alicuius Diœceſis conſiſtentibus (etiamſi nullius Diœceſis, vel exempti eſſe dicantur) cuiquàm, qui regularis ſubditus ſibi non ſit tonſuram, aut minores ordines conferre.*

De promotione minorum ordinum.

Seſſ. 23. c. 11. *Minores ordines ijs qui ſaltem latinam linguam intelligunt per temporum inſterſtitia (niſi aliud Epiſcopo videretur) conferantur: hi verò non niſi poſt annum à ſuſceptione poſtremi gradus minorum ordinum, ad Sacros Ordines promoveantur, niſi neceſsitas, aut Eccleſię vtilitas, iudicio Epiſcopi, aliud expoſcat.*

De promotione maiorum ordinum.

Seſſ. 23. c. 13. & 14. *Promoti ad ſacrum Subdiaconatus ordinem, ſi per annum ſaltem in eo non ſunt verſati, ad altiorem gradum, niſi aliud Epiſcopo videatur non promoveantur. Item qui ad Presbyteratus ordinem aſſumuntur bonum habeant teſtimonium, & in Diaconatu ad minus per annum integrum, niſi ob Eccleſiæ vtilitatem, ac neceſsitatem, aliud Epiſcopo videretur, miniſtraverint.*

De promotis per ſaltum.

Eadē ſeſſ. &c. *Cum promotis per ſaltum, ſi non miniſtraverint, Epiſcopus, ex legitima cauſa, poſsit diſpenſare.*

De

Digitized by Google

De illis, qui tenentur intereſſe Synodo Diœceſanæ.

Synodi quoque Diœceſanæ quot annis celebrentur, ad quas exempti etiam omnes, qui aliàs ceſſante exemptione intereſſe deberent, nec capitulis generalibus ſubduntur, accedere teneantur: ratione tamen parrochialium, aut aliarum Eccleſiarum, etiam annexarum, debeant hi qui illarum curam gerunt, quicunque illi ſint, Synodo intereſſe. Seſſ. 24. de refor. c. 3.

De examine eligendorum ad beneficia.

Examinatores poſſunt etiam eſſe regulares ex Ordine mendicantium; iurentque ad ſancta Dei Evangelia, fideliter munus ſe executuros: caveantque, ne quicquam occaſione huius examinis, nec antè, nec pòſt, accipiant: alioquin ſimoniæ vitium incurrent: et de his omnibus in Synodo Provinciali, ſi opus erit, rationem reddere teneantur; à qua ſi quid contra eos feciſſe compertum fuerit, graviter eius arbitrio puniri poſsint. Seſſ. 24. c. 18.

De ætate ordinandorum in maioribus.

Nullus in poſterum ad Subdiaconatus ordinem ante vigeſimum ſecundum annum, ad Diaconatus autem ante vigeſimum tertium, ad Presbyterātus ante vigeſimum quintum ætatis ſuæ annum, promoveatur. Regulares quoque nec in minori ætate, nec ſine diligenti Epiſcopi examine ordinentur; privilegijs quibuſcunque ad hoc penitus excluſis. Seſ. 23. c. 12.

De duobus ſacris ordinibus eodem die, non conferendis.

Duo ſacri ordines eodem die, nec etiam Regularibus, conferantur; privilegijs, aut indultis quibuſvis conceſsis non obſtantibus quibuſcunque. Ead. ſeſ. c. 13.

De confeſsione ſecularium audienda, & quomodo.

Sine probatione Epiſcopi nullus, etiam regularis, poſsit confeſsiones ſecularium, etiam ſacerdotum, audire. Ead. ſeſ. c. 15.

De Communione frequentada à Miniſtris Eccleſiæ.

Subdiaconi, & Diaconi ſciant, maximè decere ſi ſaltem omnibus Dominicis, & ſolemnibus diebus, cùm altari miniſtraverint, ſacram Communionem acceperint. Ead. ſeſ. c. 13.

Sacri altaris miniſteria non niſi per conſtitutos in dictis ordinibus exerceantur. Ead. ſeſ. & c. 17.

De

De obſervatione Regulę, & Communitate ſectanda.

Seſ.25.c.1. de form.

Omnes Regulares, tam viri, quàm mulieres, ad Regulæ quam profeſſi ſunt præſcriptum, vitam inſtituant, & componant, & quæ ad communem vitam, victum, & veſtitum obſervanda pertinent, fideliter obſervent; omnique cura, & diligentia à Superioribus adhibeatur tam in Capitulis Provincialibus, & Generalibus, quàm in eorum viſitationibus, quas ſuis temporibus facere non prætermittant, vt ab illis recedatur.

De proprietate extirpanda.

Nulli Regularium, tam virorum, quàm mulierum, liceat bona immobilia cuiuſcunque qualitatis fuerint, & quovis modo ab eis acquiſita, tamquam propria, aut etiam nomine Conventus, poſſidere, vel tenere; ſed ſtatim ea Superiori tradantur, Conventuique incorporentur.

Seſ.25.c.2.

Nemini Superiorum liceat bona ſtabilia alicui Regulari concedere, etiam ad vſumfructum, vel vſum, adminiſtrationem, aut commendam: mobilium verò vſum ita permittant, vt eorum ſupellex ſtatui paupertatis, quam proffeſſi ſunt, conveniat, nihilque ſuperflui in ea ſit; nihil etiam, quod ſit eis neceſſarium, denegetur. Quòd ſi quis aliter quicquam tenere deprehenſus, aut convictus fuerit, is biennio activa voce, & paſſiva privatus ſit, atque etiam iuxta ſuæ Regulæ, & Ordinis conſtitutiones puniatur.

De bonis immobilibus, & numero Regularium in Monaſterijs conſtituendo.

Seſſ.25. c. 3. de regul.

Conceditur omnibus monaſterijs Regularium, etiam mendicantium (exceptis domibus fratrum Sancti Francifci, Capucinorum, & eorum qui Minorum de Obſervantia vocentur) bona immobia poſſidere.

Ead. ſeſ. &c

In prædictis monaſterijs, & domibus, tam virorum, quàm mulierum, bona immobilia poſſidentibus, vel non poſſidentibus, is tantum numerus conſtituatur, ac in poſterum conſervetur, qui vel ex redditibus proprijs monaſteriorum, vel ex conſuetis eleemoſynis, commodè ſuſtentari poſſit.

De tempore profeſsionis.

Ead. ſeſ. c. 16.

In quacumque Religione, tam virorum, quam mulierum, profeſſio non fiat ante decimum ſextum annum expletum: nec

Digitized by Google

nec qui minori tempore, quàm per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit ad profeſſionem admittatur. Profeſſio autem anteà facta, ſit nulla; nullamque inducat obligationem, vel Ordinis obſervationem, vel ad alios quoſcunque effectus. Ead. ſeſ. c. 16.

De renunciatione bonorum; quando, & quomodo à Novitijs facienda ſit.

Nulla quoque renunciatio, aut obligatio ante profeſſionem facta, etiam cum iuramento, vel in favorem cuiuſcunque cauſæ piæ, valeat, niſi cum licencia Epiſcopi, ſive eius Vicarij fiat intra duos menſes proximos ante profeſſionem, ac non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione; aliter verò facta, etiam ſi cum huius favoris expreſſa renunciatione etiam iurata, ſit irrita, & nullius effectus. Ead. ſeſſ. c. 16.

De non differendo tempore profeſſionis.

Finito tempore novitiatus, Superiores, novicios quos habiles inveniunt, ad profitendum admittant, aut è Monaſterio eos eijciant. Seſſ. 25. de reg. c. 16.

De bonis Novitiorum infra tempus novitiatus accipiendis, aut non.

Ante profeſſionem nihil recipiatur de bonis Novitij, etiam ſponte oblatum à parentibus, vel curatoribus eorum, niſi pro victu, & veſtitu illius temporis quo in probatione eſt; & hoc præcipit ſancta Synodus ſub anathematis pœna dantibus, & recipientibus, & vt abeuntibus ante profeſſionem omnia reſtituantur, quæ ſua erant; quod vt verè fiat, Epiſcopus etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, ſi opus fuerit, compellat. Eadē ſeſſ. & c.

De tempore ſuſcipiendi habitum à puellis Deo dicandis.

Puella, quæ habitum regularem ſuſcipere voluerit, maior duodecim annis ſit, nec ante eum ſuſcipiat. Ead. ſeſ. & c. 17.

De puellis novitijs examinandis ante profeſſionem ab Ordinarijs.

Nec poſteà ipſa, vel alia, profeſſionem emittat, quàm exploraverit Epiſcopus, vel, eo abſente vel impedito, eius Vicarius, aut aliquis eorum ſumptibus ab eis deputatus, virginis voluntatem diligenter; an coacta, an ſeducta ſit, an ſciat quid agat, &c. Ead. ſeſ. & c.

De pœnis Abbatiſſæ, ſeu Miniſtræ, non denunciantis tempus Epiſcopo.

Eadem ſeſſ. & decreto. *Profeſsionis tempus ne Epiſcopus ignoret, teneatur præfecta monaſterij eum, ante menſem, certiorem facere: quòd ſi præfecta certiorem Epiſcopum non fecerit; quamdiu Epiſcopo videbitur, ab officio ſuſpenſa ſit.*

De non impediendis, vel cogendis mulieribus ad Religionem.

Ead. ſeſ. c. 18. *Anathemati ſancta Synodus ſubijcit omnes, & ſingulas perſonas cuiuſcumque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam Clericos, quàm Laicos regulares, atque etiam qualibet dignitate fulgentes, ſi quomodocumque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliquam quamcunque mulierem inuitam, præterquàm in caſibus à iure expreſsis, ad ingrediendum monaſterium, vel ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcumque Religionis, vel emittendam profeſsionem. Simili quoque anathemati ſubijcit eos, qui ſanctam virginum, vel aliarum mulierum voluntatem, vel accipiendi, vel voti emittendi, quoquomodo ſine iuſta cauſa impedierint.*

De remedio illius, qui prætendit ſuam profeſsionem non tenere.

Eadem ſeſſ. & cap. 19. *Quicunque regularis prætendat, ſe per vim, & metum ingreſſum eſſe Religionem, aut etiam dicat ante ætatem debitam profeſſum fuiſſe, aut quidſimile; velitque habitum dimittere quacunque de cauſa, aut etiam cum habitu diſcedere ſine Superiorum licentia; non audiatur, niſi intra quinquennium tantùm à die profeſsionis: & tunc non aliter, niſi cauſas, quas prætenderit, deduxerit coram Superiore ſuo, & Ordinario. Quòd ſi anteà habitum ſponte dimiſerit, nullatenus ad allegandam quamcunque cauſam admittatur; ſed ad monaſterium redire cogatur, & tanquam apoſtata puniatur: interim verò nullo priuilegio ſuæ Religionis iuvetur.*

De excommunicationis ſententia, non niſi ſumma maturitate ferenda.

Seſſ. 25. c. 3. de refor. *Quamvis excommunicationis gladius nervus ſit Eccleſiaſticæ diſciplinæ; ſobriè tamen, magnaque circumſpectione exercendus eſt; cùm experientia doceat, ſi temerè, aut levibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari; & perniciem potiùs parare, quàm ſalutem.*

De

De locatione bonorum Eccleſiæ, & anticipatis ſolutionibus non faciendis.

Locationes rerum Eccleſiaſticarum, ſi anticipatis ſolutionibus fiant, nullatenus in præiudicium ſucceſſorum validę intelligantur, quocunque indulto, aut privilegio, non obſtante. Eadem ſeſſ. & materia c.11.

De quarta funeralium.

Decernit ſancta Synodus, in quibuſcunque locis, iam ante annos quadraginta, quarta, quæ funeralium dicitur, Cathedrali, aut Parochiali Eccleſiæ ſolita perſolvi, ac poſteà fuerit Seſſ. 25. c. 13. de refor. *ex quocunque privilegio alijs Monaſterijs, Hoſpitalibus, aut quibuſcunque locis pijs conceſſa; eadem poſthac integro iure,* Seſſ. 25. c. 3. de refor. *& eadem portione, quæ anteà ſolebat, Cathedrali, ſeu Parochiali Eccleſiæ perſolvatur; non obſtantibus conceſſionibus, gratijs, privilegijs, etiam mari magno nuncupatis, aut alijs quibuſcunque.*

De arctioribus ſtatutis, vltra Concilium, ſervandis.

Si qui verò regulares, tam viri, quàm mulieres, ſunt, qui ſub arctiori regula, vel ſtatutis vivunt, excepta facultate habendi bona ſtabilia in communi; eos ab eorum inſtituto, & obſervantia, ſancta Synodus amovere non intendit.

De Canonibus ſacri Concilij executioni demandandis.

Et quia ſancta Synodus deſiderat, vt omnia, & ſingula ſupradicta quàm primùm executioni demandentur; præcipit Seſſ. 25. de regul. c. 22. *omnibus Epiſcopis in monaſterijs ſibi ſubiectis, & in omnibus alijs ipſis in ſuperioribus decretis ſpecialiter commiſsis, atque omnibus Abbatibus, & Generalibus, & alijs Superioribus Ordinum, vt ſtatim prædicta exequantur; & ſi quid exequutioni mandatum non ſit, Epiſcoporum negligentiam* Ead. ſeſſ. *concilia Provincialia ſuppleant, & coerceant; regularium* &c. *verò, Capitula Provincialia, & Generalia, & in defectum Capitulorum Generalium, Concilia Provincialia per deputationem aliquorum eiuſdem Ordinis, provideant.*

SACRÆ CONGREGATIONIS EE. DD. CARDINALIVM Sacroſancti Concilij Tridentini Interpretum declarationes circa Canones aliquot ex præmiſsis emanatæ, ſubiunguntur.

P*RÆDICATORES abſque licentia, &c.* Regulares proprijs in Eccleſijs prædicaturi, non tenentur ab Epiſcopo licentiam

obtinere; ſed ab Ordinis Superioribus de vita, ac motibus approbationem, & licentiam: cum qua ſe coram Epiſcopo præſentare debent, ab eoque petere benedictionem, tametſi eam minimè obtinuerint. *Declar.Congr.Concil.apud Marcill.*

Regularis non ſubditus, &c. Extra clauſtra notoriè delinquens, ob hoc ab Epiſcopo detineri non debet prætextu Proceſſus in Epiſcopali Curia compilandi; ſed ſtatim ad proprios Superiores (his etiam non inſtantibus) remittendus. *Congreg.Concil.apud eumdem Marcill.tit.IV.*

In electione Superiorum &c. Vſque adeò vota ſecreta eſſe præcipiuntur, vt ſi aliqui ex electoribus ſchedulam, electi nomen ſcribæ, vel alteri notum, continentem, in capſulat reponant; electionem reddant omninò nullam. *Eadem S.Congr.Concil.Ibid.tit.II.*

Dies feſti, &c. Dies feſti, quos Clerus, & Populus ex more, & inſtituto alicuius Eccleſiæ obſervant, Regulares etſi eorum ritu tales dies feſtos obſervent; ad id tamen cogendi non ſunt. *Congreg.Concilij.ibid. tit.IX.*

Exempti autem omnes, &c. Regulares degentes in Monaſterijs à civitate per dimidium milliare diſtantibus, ad Proceſsiones accedere non tenentur, nec ſunt ab Epiſcopo compellendi. *Ex eiuſd. Congreg. Concil. apud Lantuſc.verb. Proceſſ. & apud Marcill. lib. 1. tit. XII.*

Finito tempore, &c. Si inhabilitas Novitij ex infirmitate proveniat, poterit prorogari profeſsionis emittendæ tempus. *Declar. Card.Concil.* Tempus anni ad emittendam profeſsionem, à Concilio Trident. præfixum, poteſt Regularium Superiorum arbitrio prorogari. *Ex deciſ. Cardin.* 186. Item: puellæ, quæ ſunt in Monaſterijs, finito tempore Novitiatus, ſunt ad profeſsionem admittendæ, ſi habiles inveniantur: ſi verò non, eijciantur è Monaſterio. *Congreg.Concil.apud eumd.Marc. lib.1. tit.XII.*

Nec poſteà ipſa, vel alia, &c. Ordinarius non debet explorare voluntatem puellæ, quæ habitum recepit ad petitionem illius, qui vult illam ducere in vxorem; ſed expectandum emittendæ profeſsionis tempus; & tunc, ſi ſit ſuſpicio quòd inſtigetur à Monialibus, vel quod per vim aliàs in Monaſterium ſit introgeſſa; extra clauſuram exploret: aliter ad crates ferreas. *Sacr. Congreg. Concil.apud Marcill. l.1.tit.XII. ad cap.20.de Statu Regularium.*

CATHA-

Digitized by Google

CATHALOGUS
REVERENDISSIMORUM P.P.
Miniſtrorum Generalium totius Ordinis Minorum S. P. N. FRANCISCI.

Recenſetur ſeries ex electis ſecundùm Regulam.

I. SANCTISSIMVS P.N. FRANCISCVS BERNARDONVS AB ASSISIO, Ordinem fundavit, anno ab Orbe redempto 1208. Per ſe poſtmodùm,& ſuos Vicarios,eumdem rexit annis 18. & vltrà.

II. Reverendiſſ.P.F.Helias à Cortonio,Etruſcus, electus ann. 1227. rexit annis 3.

III. R.P.F. Ioannes Parens ex oppido Carmignano non longè à Piſtorio, natione Etruſcus, Miniſter Hiſpaniæ, electus 1230. rexit annis 6.

IV. R. P. F. Helias, qui ſuprà, ſecundò tumultuariè electus 1236. rexit annis 3.

V. R. P. F. Albertus Piſanus,Miniſt.Angliæ,Provinciæ Tuſciæ, electus 1239. rexit menſib. 4.

VI. R. P. F. Haymo Anglicus de Feverſham,patria Cantianus, electus 1239. rexit annis 5.

VII. R.P.F. Creſcentius AEſinus,Provinciç Marchiæ, electus 1244. rexit annis 4. vel circiter; electus Epiſcopus Aſsiſien.

VIII. R.P.F. Ioannes Picus,Parmenſis,Provinciæ Bononię,electus 1247.rexit annos 8. cum dimidio.

IX. R.P.& Sanctiſſ.Doct.Eccleſ. F. Bonaventura Fidanza à Balneoregio, Hetruſcus, Provinciæ Romanę,electus 1256. rexit annis 18.S.R.E.Card. Epiſc. Albanenſis: Præſes Gener. Concilij Lugdunenſis, in Sanctorum numerum adſcriptus.

X. R.P.F.Hieronymus de Aſculo,Provinciç Marchiæ, electus 1274. rexit annis 5, creatus Papa 1288. dictus Nicolaus IV.

XI. R. P. F. Bonagratia de Sancto Ioanne in Perſiceto, Provinciæ Bononiæ, quem aliqui Dalmatinum faciunt: electus 1279. rexit annis 6.

XII. R.P.F. Arlotus de Prato, Provinciæ Tuſciæ, electus 1285. rexit anno vno.

XIII. R. P. F. Matthæus de Aquaſparta, Provinciæ Sancti Franciſci, electus 1287. rexit annis 2. S. R. E. Cardinalis, Epiſcopus Portuenſis.

XIV. R. P. F. Raymundus Ganfredi, Gallus, Provinciæ, Provinciæ, electus 1289. rexit annis 7. Epiſcopus Patavinus electus.

XV. R. P. F. Ioannes Minius de Muro-Vallium, Provinciæ Marchiæ, electus 1296. rexit annis 8. S. R. E. Cardinalis, Epiſcopus Portuen.

XVI. R. P. F. Gundiſaluus de Vallebona, Gallæcus, Provinciæ S. Iacobi, electus 1304. rexit ann. 9.

XVII. R. P. F. Alexander de Alexandria, Provin. Genuæ, electus 1313. rexit anno cum dimidio.

XVIII. R P. F. Michael à Cæſena, Provinciæ Bononiæ, electus 1316. rexit annis 13.

XIX. R. P. F. Gerardus Odonis, Provinciȩ Aquitaniæ, electus 1327. rexit annis 14. Epiſcopus Catanen, & Patriarcha Antiochenus.

XX. R. P. F. Fortanerius Vaſelli, Gualenſis, Provinciæ Aquitaniæ, electus 1341. rexit annis 5. menſibus 8. Epiſcopus Ravennas, & Patriarcha Graden.

XXI. R. P. F. Guillielmus Farinerius, Provinciæ Aquitaniæ, electus 1348. rexit annis 8. S. R. E. Card.

XXII. R.P.F. Ioannes Bucchius, Provinciæ Aquitaniæ, electus 1357. rexit anno vno, menſibus 7.

XXIII. R.P.F. Marcus à Viterbio, Provinciæ Romanæ, electus 1359. rexit annis 8. S. R. E. Card.

XXIV. R.P.F. Thomas à Farignano, Mutinenſis, Provinciȩ Bononiȩ, electus 1467. rexit annis 6. S. R. E. Cardinalis, & Patriarcha Granden.

XXV. R. P. F. Leonardus de Rubeis de Gifono, Provinciæ Terræ laboris, electus 1373. rexit annis 6. Cardinalis Clementis VII. in ſchiſmate.

XXVI. R. P. F. Ludovicus Donatus à Venetijs, Pro-

Provincię S. Antonij, electus 1379. rexit ann. 4. S. R. E. Cardinalis.

XXVII. R. P. F. Petrus à Canzano, Provincię Pennenſis, electus 1383. rexit an. 1. menſibus aliquot.

XXVIII. R. P. F. Martinus à Sancto Georgio de Ripatolo, Provincię Genuę: electus 1385. rexit annis 2. & vltrà.

XXIX. R. P. F. Henricus Alferus Aſtenſis, Pedemontanus, Provincię Genuę, electus 1387. rexit annis decem & octo.

XXX. R. P. F. Antonius Angelus à Pyretto, Provinciæ Romanæ, electus 1405. rexit annis 16. quem Græcum facit Rodolphus.

XXXI. R. P. F. Angelus Salverus de Senis, Provincię Tuſcię, electus 1421. rexit annis 2. menſibus 5.

XXXII. R. P. F. Antonius à Maſſa, Provincię Tuſcię, electus 1423. rexit annis 6. Epiſcopus Maſſenſis, & Populoniæ.

XXXIII. R. P. F. Guillielmus de Caſali, Provinciæ Genuæ, electus 1430. rexit annis 12.

XXXIV. R. P. F. Antonius de Ruſconibus, Provincię Midiolanenſis, Epiſcopus Novocomen. electus 1443. rexit ann. 7.

XXXV. R. P. F. Angelus Serpetri, Peruſinus, Provinciæ S. Franciſci, electus 1450. rexit ann. 3.

XXXVI. R. P. F. Iacobus à Mozanica, Provincię Mediolanenſis, electus 1454. rexit ann. 4.

XXXVII. R. P. F. Ioannes Scorzula, Cathalonius, Provincię Aragonię, electus 1458. rexit ann. 6.

XXXVIII. R. P. F. Franciſcus à Ruvere, Savonenſis, Provincię Genuę, electus 1464. rexit ann. 5. creatus Papa 1371. dictus eſt Sixtus IV.

XXXIX. R. P. F. Ioannes, ſeu Zanettus de Vtino, Provincię S. Antonij, electus 1469. rexit ann. 6.

XL. R. P. F. Franciſcus Sanſon de Brixia, electus 1475. rexit ann. 24. cum dimidio.

XLI. R. P. F. Ægidius Delphinus, Amerinus, Provinciæ Romanæ: electus 1500. Rexit an. 6.

XLII. R. P. F. Raynaldus Gratianus à Cotignola

Provinciæ Bononiæ: electus 1506. Rexit an. 4. Archiepiſcopus Raguſinus.

XLIII. R.P.F. Philippus Bagnacaballenſis, Proviæ Bononiæ: electus 1510. Rexit anno vno, menſibus 3.

XLIV. R.P.F. Bernardinus à Cherio, Pratenſis, Provinciæ Genuæ: electus 1512. Rexit ann. 4.

XLV. R.P.F. Chriſtophorus Numalius Foroliuienſis, Provinciæ Bononiæ: electus 1616. Rexit anno vno, S.R.E. Cardin. Epiſcopus Iſernien. deinde Alatrinen. (*Hic eſt primus Miniſter Gen. Obſervantium, ad quos, auctoritate Leonis X. translatus eſt titulus Miniſtri Generalis Fratrum Minorum; & Patribus Conventualibus datus eſt titulus Magiſtri Generalis Conventualium. Nunc verò ex conceſſione Sixti V. Generales Conventualium gaudent titulo Generalis Miniſtri Conventualium; non amotamen titulo Miniſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum ab Obſervantibus, ex Decreto S. Rituum Congregationis 22. Martij 1631.*)

XLVI. R.P.F. Franciſcus Lichettus, Brixienſis, Provinciæ Brixiæ: electus 1518. Rexit ann. 2.

XLVII. R.P.F. Paulus à Soncino, Provinciæ Mediolanenſis: electus 1520. Rexit ann. 3.

XLVIII. R.P.F. Franciſcus de Angelis Quignonius, Hiſpanus, Provinciæ Angelorum: electus 1523. Rexit ann. 5. S.R.E. Cardinalis.

XLIX. R.P.F. Ioannes Piſottus, Parmenſis, Provinciæ Bononiæ: electus 1528. Rexit ann. 4.

L. R.P.F. Vincentius Lunellus, Hiſpanus, Provinciæ Carthaginenſis: electus 1534. Rexit an. 6.

LI. R.P.F. Ioannes Calvus, Provinciæ Corſicæ: electus 1540. Rexit an. 5.

LII. R.P.F. Andreas Inſulanus, Provinciæ Portugalliæ; electus 1547. Rexit ann. 6. deinde Commiſſarius Generalis Vltramontanus.

LIII. R.P.F. Clemens Dolera Moneliamus, Ligur, Provinciæ Genuæ: electus 1553. Rexit ann. 6. S.R.E. Cardin. & Epiſcopus Fulginaten.

LIV.

LIV. R.P. F. Franciſcus Zamotenſis, Hiſpanus, Provinciæ Carthaginen. electus 1559. Rexit. an.6.

LV. R.P. F. Aloyſius Puteus, Provinciç Bononiæ: electus 1565. Rexit ann. 6.

LVI. R. P. F. Chriſtophorus à Capite-fontium, Britannus, Provinciæ Britanniæ: electus 1571. Rexit ann.8. Archiepiſcopus Cæſarien.

LVII. R.P.F. Franciſcus Gonzaga, Mantuanus, Provinciæ S. Antonij: electus 1579. Rexit ann.8. Epiſcopus Cæphaluden. deinde Papien. vltimò Mantuanus. (*Adfuit generali Concilio Tridentino.*)

LVII. R.P.F. Franciſcus à Toloſa, Hiſpanus, Provinciæ Cantabriæ, electus 1587. rexit ann.6.

LIX. R.P.F. Bonaventura Secuſio à Calatagirone, Provinciæ Siciliæ; electus 1593. rexit an.6. Patriarcha Conſtantinopolitanus, Epiſcopus Pacten. Archiepiſcopus Meſſanen. & Epiſcopus Catanen.

LX. R.P.F. Franciſcus à Soſa, Provinciæ S. Iacobi, electus 1600. rexit an.6. Epiſcopus Canarien. deinde Oxomen. vltimò Segobien.

LXI. R.P.F. Arcangelus à Meſſana, Provinciæ Siciliæ, electus 1606. rexit an. 6. Archiepiſcopus Montis-Regalis.

LXII. R.P.F. Ioannes del Hierro, Provinciæ Boeticæ, electus 1612. rexit an. vno, menſibus 6.

LXIII. R.P.F. Benignus de Genua, Provinciç Siciliæ, electus 1618. rexit ann. 7. deindè Commiſſarius Generalis Citramontanus: rexit an. 9.

LXIV. R.P.F. Bernardinus de Senis, Luſitanus, Provinciæ Portugalliæ, electus 1625. rexit an. 7. Epiſcopus Viſen. in Luſitania.

LXV. R.P.F. Ioannes Baptiſta à Campania, Provinciæ Principatus, electus 1633. rexit an. 6. Epiſcopus Derthuſen. in Catalonia, mòx Puteolanus.

LXVI. R.P.F. Ioannes Merinerus, Hiſpan. Provinciæ Caſtellæ: electus 1639. Rexit ann.6. Epiſcopus Civitaten.

LXVII. R.P.F. Ioannes à Neapoli, Provinciæ Terræ laboris: electus 1645. (*Hic Officij quadriennium at-*

tin-

ſtingens, obijt; & R.P.F.Daniel à Dongo, *Vicarius Generalis Ordinis eligitur.*

LXVIII. R.P.F.Petrus Manero, Hiſpan. Provinciæ Aragoniæ: electus 1651. Epiſcopus deinde Tarraconen. Rexit an. 5. (*Ad ſexennij complementum* R.P.F. Iulianus Perez, *Provinciæ Carthaginen. in Vicarium G. Ordinis eligitur. Quo intra annum è vivis ſublato, Generalique Capitulo ad annum vſque ſeptimum, ex Apoſtolicæ Sedis indulto, prorogato*, R.P.F. Ioannes de Robles, *almæ Caſtellæ Prov. Vicarius itidem Gen. ſuffectus eſt.*)

LXIX. R.P.F.Michaël Angelus à Sambuca, Siculus, Provinciæ Siciliæ Vallis Mazzariæ: electus 1658. Epiſcopus Catanen.

LXX. R.P.F.Ildephonſus Salizanes, Hiſpan. Provinciæ S. Iacobi: electus 1664. Rexit an. 6. Epiſcopus Oveten. exinde verò Corduben.

LXXI. R.P.F.Franciſcus Maria Rhini à Politio, Siculus, Provinciæ Vallis Mazzariæ: electus an. 1670. Epiſcopus Siracuſanus, Rexit an. 4. (*Ad ſexennij complementum* R.P.F.Franciſcus Maria de Nicolis, *Cremonen. Prov. Bononiæ, à Clemente X. creatur, & inſtituitur.*)

LXXII. R. P. F. Ioſephus Ximenez Samaniego, Hiſpanus, Provinciæ Burgen. electus 1676. Rexit ann. 6. Epiſcopus Placentinus.

LXXIII. R.P.F.Petrus Marinus Sormanus, Prov. Mediolanen. electus 1682. Rexit an. 6. Epiſcopus Vigevanen.

LXXIV. R.P.F.Marcus Zarzoſa, Hiſpanus, Provinc. Bœticæ: electus 1688. Rexit anno cum dimidio circiter, quo tempore è vivis eſt ſublatus. (*Ad ſexennij complementum* R.P.F.Ioannes Alvin, *Provinciæ S. Michaelis in Extremaduria, Vicarius Generalis eligitur: deinde Miniſtri G. ab Alexandro VIII. titulo præſignitur. Obijt denique, renunciato prius Epiſcopatu Civitaten.*)

LXXV. R. P. F. Bonaventura Poërius, Calaber, Prov. Calabriæ: electus 1694. Rexit an. ferè 4. Archiepiſcopus exinde Salernitanus. (*Ad ſexennij complementum* R.P.F.Matthæus à S.Stephano, *Prov. Terræ laboris, Vicarius G. eligitur; poſteà Miniſtri titulo ab Innocen-*

tio

tio XII. decoratur. Mox Epiſcopus Caphaluden. electus.

LXXVI. R.P.F.Ludovicus de la Torre,Hiſpanus, Provinciæ Divi Iacobi: electus anno Jubilæi Univerſ. 1700. Rexit ad annum circiter cum dimidio: Obijt Palentiæ. (*Ad ſexennale complementum* R.P.F.Ildephonſus de Biezma, *almæ Caſtellæ Provinciæ, Vicarius G. eligitur. Mox à SS. D. N. Clemente XI. feliciter impræſentiarum regnante, Miniſtri titulo præſignitus, Ordinem regit.*)

EX DIVO ISIDORO.

Lib. 2. Ethym.

FACTÆ ſunt leges; vt earum metu humana coerceatur audacia, tutaque ſit inter improbos innocentia: Erit autem lex honeſta, poſsibilis, ſecundum naturam, & ſecundum patriæ conſuetudinem, loco temporique conveniens, neceſſaria, & vtilis, manifeſta quoque; ne aliquid per obſcuritatem incautum captione contineat; nullo privato commodo, ſed pro communi vtilitate conſcripta. Ideò, in ipſa conſtitutione, iſta conſideranda ſunt: quia quum leges inſtitutæ fuerint, non erit liberum iudicare de ipſis; ſed oportebit iudicare ſecundùm ipſas.

Ex Cicer. Rhetor. veter. lib. 1. & 2.

LEGES nobis charæ eſſe debent non propter literas; quæ tenues & obſcurę notę ſunt voluntatis; ſed propter earum rerum, quibus deſcriptum eſt, vtilitatem, & eorum, qui ſcripſerunt, ſapientiam, & intelligentiam. —— Nullæ res neque legibus, neque ſcriptura vlla, poſſunt adminiſtrari, ſi vnuſquiſque velit verba tantùm ſpectare, & non ad voluntatem eius, qui ea verba habuerit, accedere.

Ex

Ex Cælio, lib. 8. cap. 19.

LEGIS finis eſt iuſtitia: Lex principis opus:: Vbicumque ergo principum Inſtitutiones, aut ciuitatum, verę non ſunt (id eſt, ad optimum rationeſ certa non dirigunt) legis haudquaquam videri nuncupatione, ſacrovè dignas titulo: quinimò Decreta dici veriùs, edictavè, ac iuſtitia. Lex enim vera, bona eſt; lex ęterna; item & mutationis prorſus neſcia; imò eadem vbique, ſi modò vera: Nam quę ingeniorum afflatu locis, temporibuſque interpolata diſtinguitur, & Protei modo formã evariat, neutiquã lex dicenda eſt.

Ex ff. Lib. 1. Tit. III.

Paulus lib. ſingular. ad leg. Cinciam.

CONtra legem facit qui id facit, quod lex prohibet. In fraudem verò legis facit, qui, ſalvis verbis legis, ſententiam eius circumvenit. Fraus enim legi fit, (*Vlpianus, lib. 4. ad Edictum.*) vbi id fit quod fieri noluit, fieri autem non vetuit. Et quod diſtat verbum à ſententia, hoc diſtat fraus ab eo quod contra legem fit.

Ex Seneca, in Epiſt. XCV.

LEGES, vt faciamus quod oportet, non efficiunt. Et quid aliud ſunt, quàm minis admixta pręcepta? Primum omnium ob hoc illę non perſuadent, quia minantur; at hoc non cogunt, ſed exorant. Deinde leges ab ſcelere deterrent; pręcepta in officium adhortantur. His adijce, quòd leges quoque proficiunt ad bonos mores, vtique ſi non tantùm imperant, ſed & docent. Hac in re diſſentio à Poſidonio, ex eo quòd Platonis legibus adiecta principia, vel exordia, ſunt. LEGEM enim brevem eſſe oportet, quò faciliùs ab imperitis teneatur: velut emiſſa divinitùs vox, ſit: Iubeat; non diſputet. Nihil mihi videtur frigidius, nihil ineptius, quàm lex cum prolegomeno.

CAPVT

Digitized by Google

QVoties novum quid ſtatuitur ita ſolet futuris formam imponere, vt impendijs præterita non commendet; ne detrimentum ante prohibitionem poſsint ignorantes incurrere, quod eos poſtmodùm, dignum eſt, vetitos ſuſtinere. * Lex etenim in futurum vetans (*Gloſſ. in l. 7. ff. de leg.*) indulget de præterito.

L. VII. Cod. Tit. XVII. (canonizata in c. vlt. extr. *eod.*)

LEges, & Conſtitutiones, futuris certum eſt dare formam negotijs, non ad facta præterita revocari, niſi nominatim, & de præterito tempore, & adhuc pendentibus negotijs cautum ſit. — Et quidem licitum eſt legem veterem, & correctam, pro præteritorum deciſione negotiorum allegare; ad quæ lex nova, & veteris correctoria, non trahitur. *Ibid. Gloſſ.*

Lex inſuper anterior, ſeu præcedens, per ſequentem determinatur, (corrigendo ſcilicèt, limitando, vel ſupplendo) & è contrà. *l. Non eſt novum.* (cum duab. ſeqq.) *ff de leg & Senatuſconſ.*

STATVTVM, (à ſtatuendo dictum) eſt ius ab homine poſitum, vel diſpoſitio, ex qua Ius producitur. A lege, vel Conſtitutione, ſolo differt vocabulo; quamvis lex municipalis ſibi *Statuti* nomen vendicaverit. Ex communi ſiquidem vſu loquendi *Statutum* accipitur pro iure aliquo particulari & proprio, *Decius in c. Canonum.* I. *de Conſt. Sylveſt. in Summ.*

Inſtit. de Iur. nat. Tit. 2. Et l. 9. ff. de Iuſt. & Iur.

OMnes populi, qui legibus, & moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim communi omnium (ſive ſcriptum ſit, ſive non. *Gloſſ.*) Iure vtuntur. NAM quod quiſque populus ipſi ſibi Ius conſtituit, id ipſius proprium civitatis eſt, vocaturque Ius civile, (vt ſunt *Statuta* terrarum, quæ *Iura municipalia* dicuntur. *vt ibi Gloſſ.*) quaſi Ius proprium illius Civitatis.

Digitized by Google

NEque Generalia Ordinum Comitia, nec vllus, Papa inferior, STATVTVM aliquod; quod Iuri communi, & canonico vel obviet, vel deroget, abſque ſpeciali Papæ ipſius expreſſa licentia, condere poteſt. *C. Quòd ſuper de maior. & obed. Nau. t. r. l. 3. de Regul. conſ. 5. Portell. dub. v. Lex. Peyrin. tom. 1. privil. conſt. Pyrrh. n. 10.*

LEGVM abrogatio, mutatio, ſeu variatio ſine multùm vtili, & neceſſaria cauſa (vtpotè ſi gravamen, iniquitatemve, aut nocumentum contineant) fieri non debet. *Sylveſt. verb. Lex, n. 25. ex c. Ridiculum. 12. diſt. l. Relegatorum, §. vlt. ff. de interd.* — Sed & legem abrogatam allegans (non autem derogatam, pro parte reſidua, & valida) falſi pœnam incurrit. *Bart. in l. fin. ff. de fal. l. 1. Cod. & in l. Omnes pop. ff. de iuſt. & iur.*

ET quidem eam legibus antiqui reverentiam detulerunt, vt apud Thurienſes cautum ſit, neminem poſſe legis vllius vel mutationem, vel abrogationem in Comitijs petere, faciendamve eſſe proponere, niſi laqueo priùs ad collum circumducto. Quòd ſi de eiuſmodi mutatione, vel abrogatione nihil ſanciretur in Comitijs, eodem ipſe vinctus atque ſuſpenſus laqueo ſtrangulabatur. *Petr. Greg. in iur. univer. ſyntagm. pars. 3. lib. 39. c. 2. num. 17. tit. de actionib. Ex Diodor. Sic. 12. Bibliothec.*

De Legum, aut Statutorum interpretatione.

LEGIS interpretatio (quæ in correctoriam, & declaratoriam bipartitur) vel eſt generalis, & neceſſaria, in ſcriptiſque redigenda, vt *Principis*; (& hæc Ius facit, eius enim eſt interpretari, cuius condere) vel eſt generalis, & neceſſaria, non autem in ſcriptis redigenda, vt *conſuetudinis*; vel non generalis, ſed neceſſaria, & in ſcriptis redigenda, vt quæ fit à *Iudice*. (etiam poſt ſententiam, ſi ſit de maioribus) *Gloſſ. in c. 1. de Poſt. Prælat. & Decius ad idem c. à n. 35.* Quilibet enim *Iudex* habet poteſtatem intérpretandi leges, & * Canones, quoad cauſæ coram ſe vertentis deciſionem; dum tamen eiuſmodi interpretatio ſit merè declaratoria. Correctoriam

riam ſiquidem facere Iudex non poteſt, licèt ſit de maioribus: *l. Cùm de novo, C. de leg. in rubr. & ibi Gloſſ. Decius in c. Ad hæc. 1. de Poſt. Præl. n. 39. * Hier. Gigas. in annot. ad Azonis, rubr. in 1. lib. Cod. de leg.*

HUmanum pertæſa forum, pertæſa tribunal,
Perque nefas cernens omnia faſque geri;
Cœlicolas inter nec prima nec vltima, fineis
Cenſenda eſt noſtros deſeruiſſe Themis.
Cur ita? Præſentem ſedenim retroacta Minorum
Scilicèt inſpiciunt aurea ſæcla diem.
Sic Franciſcianum ſacri pars optima cœtus
Iuribus excolitur, relligione viret.
Obſtreperum non hæc rabulam ſubſellia norunt;
Statque, vel ex æquo cauſa bilance ruit.
Quæque ſub innumeris fuerant ſancita libellis
Hîc digeſta novum Iura volumen habet.
Seu publicis igitur præfectus in Ordine rebus,
Seu ſibi privatim tempora lector agat;
Conſulet hic proprijs, aliena tuebitur ille,
Et legum ſtabilem noſcet vterque fidem.

Sillanus Fuſceus ab Acorſida.

Pro-

Proverbior. 1.

AUDI, FILI MI, DISCI-
PLINAM PATRIS TUI;
ET NE DIMITTAS LE-
GEM MATRIS TUÆ;
UT ADDATUR GRA-
TIA CAPITI TUO,
ET TORQUES COL-
LO TUO.

CAPUT I.

Digitized by Google

CAPUT I.

De Novitiorum receptione, & eorum inſtitutione.

§. I. *De facultate recipiendi ad Ordinem.*

Vi Regulæ ſoli Miniſtri poſſunt Nouitios recipere.

Ex Regul. cap. 1.

EX vi Regulæ noſtræ ſoli Miniſter Generalis, & Prouinciales Miniſtri habent authoritatem ordinariam recipiendi ad noſtram Religionem venientes.

Qui poſsint aliunde.

Ex ant. Relig. prax. per ſtat. Gener. prob.

Ex æqualitate autem ſubſtitutæ poteſtatis, Vicarius Generalis in toto Ordine, & Vicarij Prouinciales in ſuis Prouincijs; & ex ſimili poteſtate, per Conſtitutiones Generales conceſſa, Commiſſarius Generalis Familiæ, aut eiuſdem Vice-Commiſſarius in tota Familia, ordinariam facultatem habent eos recipiendi.

Nulli alij concedenda eſt facultas eos recipiẽdi.

Ex Tolet. 1583. iuxt. declar. Nic. III. *Exijt.*

Cum autem Prælati Generales poſsint (Domino Nicolao III. ſic declarante) limitare facultatem, quam habent Miniſtri Prouinciales admittendi Nouicios: Decernimus, vt Prouinciales non poſsint committere Guardianis, nec quibuſcumque alijs religioſis facultatem, vt Nouitios recipiant.

Non licet generaliter eos recipere, niſi in Capitulo.

Ex Conſtit. Apoſt. Sixt. V. *Cum de omnibus.*

Iuxtà Conſtitutiones Sixti V. non licet Prælatis Generalibus, aut Prouincialibus, venientes ad Religionem recipere, niſi, aut in Capitulis Generalibus, vel Prouincialibus cum Diffinitorum conſenſu, aut (ſi extrà Capitulum) congregatis ſuperioribus duorum, vel trium Conventuum, ab eiſdem Capitulis deputandorum, quibus inquiſitio, de qua infrà, committitur.

Prouincialibus Hiſpaniarum licet.

Miniſtris tamen omnium Prouinciarum in hac Familia Ciſmontana Catholici Hiſpaniarum Regis ditioni ſubiectarum, ſpeciali indulto Apoſtolico, licet Nouitios extra Capitulum recipere de conſenſu quatuor Diffinitorum, vel quatuor Fratrum ex antiquioribus domus, in qua recipiendi ſunt.

Ex Conſtit. Apoſt. Clemens VIII. *Altiſsimæ paupertatis.* Et Valliſ. 1593.

§. II. *De qualitatibus recipiendorum.*

Recipiendi, ſint fideles.

STatuimus, quòd recipiendus ad Ordinem (vt Regula præſcribit) ſit fidelis, Catholicus, & de nullo errore ſuſpectus.

Ex Regul. c. 1. & prim. Barch. c. 1.

Alijs conditionibus prediti.

Sit quoque animo promptus, conditione liber, nulla vulgari infamia maculatus, & ſacramento confirmationis communitus.

Ex Conſtit. ant. c. 1. de prim. Barchin. c. 1.

Sint corpore ſani.

Contagioſo morbo laborantes ſunt inhabiles.

Sit rurſùs corpore ſanus, præſertim à morbo contagioſo; nam per antiqua Ordinis ſtatuta, & ex Romani Pontificis declaratione, nullo modo recipiendi ſunt, qui quovis morbo contagioſo laboraverint, eorumque receptio, & profeſsio, cenſenda eſt nulla, ſi interrogati (vt moris eſt) veritatem negaverint.

Ex Rothom. 1516. & Salm. 1553. c. 2.

Non ſint corpore vitiati.

Nec recipiatur quiſpiam corpore vitiatus, aut aliqua ex parte corporis defectuoſus.

Ex Rom. 1587.

Sint bono genere orti.

Sit etiam bono genere ortus, nullatenùs originem trahens ex Iudæis, vel Mahumetanis, quamtumvis remotis, nec ex Hæreticis damnatis, aut Gentilibus modernis.

Ex Tolet. 1583.

Sint legitimè nati niſi merita ſuppleant defectum.

Sit preterea legitimè natus, nam illegitimi quovis illicitò thoro geniti, iuxtà Apoſtolicum decretum non ſunt recipiendi, niſi priùs de illorum vita, & moribus inquiratur, & ex inquiſitis ſuperiores maturè cenſeant, ipſos bonam indolem, & virtutis ſpecimen præſeferre, & tot eis merita ſuffragari, vt natalium ſuppleant defectum, eorumque re-

Ex Apoſt. Cōſt. Greg. XIV. *Circūſpect.*

receptionem Religionis commodo profuturam.

Illegitimi, Patre in Ordine viuente, ſunt inhabiles.

Filius verò illegitimus, cuius Pater in noſtra Religione, ſiue ante, ſiue poſt nativitatem ipſius profeſſus fuerit, nullatenus, ipſo Patre vivente, poteſt admitti, ex eodem Apoſtolico decreto. *Ex eadem Cóſt. Apoſt.*

Sint expediti à debito alendi proprios.

Sit etiam à debito alendi proprios expeditus, ita vt habentes Patrem, Matrem, aut ſorores pauperes adeò, vt ſine ipſorum iuvamine vivere non poſsint, nullatenùs recipiantur. *Ex Segou. 1611.*

Pro Clericis ætas, & litteratura.

Si ad ſtatum Clericalem recipiendus eſt, ſit ætatis ad minùs ſexdecim annorum, & competenter litteratus, ità vt iuxta decretum Apoſtolicum eam litterarum ſcientiam calleat, aut talem illius addiſcendæ ſpem indubiè præſeferat, vt ſuis temporibus ordines iuxtà decreta Sacri Concilij Tridentini, ſuſcipere valeat. *Ex ant. Cóſ. c. 1. Apoſt. Clem VIII. Cum ad Regularem.*

Pro laicis ætas, & aptitudo.

Si verò ad ſtatum laicalem eſt recipiendus, ſit ætatis à vigeſimo ad quadrageſimum annum, & corporalibus laboribus aptus; niſi eſſet perſona adeò notabilis vt ipſius receptio, & populo, & clero magnæ ædificationis ſit futura. *Ex prim. Barchin. c. 1. & Salm. cap. 1.*

Quid, ſi matrimonio conſummato ſint ligati?

Vlteriùs, ſi petens recipi, ſit matrimonio conſummato ligatus, admitti non poterit, niſi omninò obſervatis omnibus, quæ Sacri Canones, & Regula noſtra pro his recipiendis præſcribunt. *Ex cap. Agatos 27. q. 2. cap. ex parte abbatis de cóverſ. coniug. & ex Reg. c. 1.*

Quid ſi tantum rato?

Si autem tantùm matrimonium ratum non cõſummatum contraxit, abſolutè Religionem ingredi, & profeſsionem emittere poteſt, iuxta Concilij Tridentini definitionem. *Ex Trid. ſeſ. 24. Can. 6.*

Inhabiles ſunt, genere infecti vſq; ad 4. gradu.

Ex Apoſtolicis Conſtitutionibus inhabiles ad noſtræ Religionis habitum, & profeſsionem ſunt omnes deſcendentes intrà quartum gradum ab Hebræis, vel Mahumetanis, vel Hæreticis damnatis, quorum corpora, vel ſtatuæ combuſta ſunt; *Ex Apoſt. Conſt. Paul. IV. Cum ſit. Cſ... & Greg. XIII. ...*

corumque profeſsio irrita, & nulla, eiſdem Apoſtolicis ſanctionibus, declaratur.

Eorum profeſsio irrita.

Atque adeò quoties certò conſtiterit de veritate huius defectus, ſtatim ab Ordine expellatur, qui in eo comprehenſus fuerit.

Et ab Ordine expellendi.

Ex Tolet. 1583. Ex Cõſt. Ap.

Inhabiles etiam ſunt ad noſtræ Religionis ingreſſum, iuxtà Apoſtolicas ſanctiones omnes, criminoſi in eiſdem expreſsi, quamuis profeſsio ab ipſis emiſſa valida ſit.

Sunt etiam inhabiles, criminoſi.

Six. V. *Cum de omnibus*: & eius moder. *Ad Romanum*.

Similiter ex eiſdem decretis Apoſtolicis ſunt inhabiles debitis grauati, & reddendis ratiocinijs obnoxij.

Et debitis grauati, & ratiocinijs obnoxij.

Ex eiſdem.

Quicumque autem inhabiles huiuſmodi, videlicet genere intrà quartum gradum infectos, criminum reos, ſiuè ſuſpectos, debitis gravatos, & ratiocinijs obnoxios ſcienter ad Ordinem receperint, vocis activæ, & paſsivæ, necnon officiorum, graduum, honorum, & dignitatum actualium perpetuam eo ipſo privationem incurrunt, & inſuper inhabiles, & incapaces ad illa, & alia quæcumque in poſterum obtinenda, per eadem decreta Apoſtolica cenſentur.

Ex eiſdem.

Penæ recipientium inhabiles.

Nullus de cætero alterius Religionis Frater ad noſtrum Ordinem recipiatur, quamvis habeat facultatem ſuorum ſuperiorum, vt plurimis incommodis hinc oriri ſolitis obvietur.

Nullus alterius Ordinis Religioſus recipiatur.

Ex prim. Barch. c. 1. & Segou. c. 1.

Conventuales verò Franciſcani, cùm noſtram Regulam, licet ſub diſpenſationibus, profiteantur, recipi poterunt; qui tamen, vt obſervantiæ noſtræ incorporentur, debent priùs per annum integrum nobiſcum commorari, & eo finito ſuis privilegijs renunciantes, publicè profeſsionem in Ordine noſtro ſolitam emittere.

Conventuales noſtri poſſunt recipi, & quomodo.

Ex Salm. c. 1. & Segou. c. 1.

(✠)

§. III.

§. III. *De examine perſonali præmittendo.*

Pro vinciales tenentur recipiendos perſemet examinare

Ex Reg. c. 1. & Segov. 1621.

DEclaramus, Provinciales teneri in conſcientia, venientes vt recipiantur ad Ordinem, per ſe ipſos perſonaliter examinare, de omnibus conditionibus ſupra recenſitis, antequam litteras, pro inquiſitionibus faciendis, expediant.

Quomodò de litteratura.

Ex Conſtit. Apoſ cit. & Conſt. Ord.

Pro examine autem litteraturæ recipiendorum ad ſtatum Clericalem, eiſdem Provincialibus plurimùm in Domino commendamus, vt ſolos eos, qui grammaticis inſtitutionibus ſufficienter inſtructi ſint, admittant, nullumque recipiant, qui eam ſaltem latinæ linguæ notitiam non habuerit, vt hiſtorialia illa, quæ in Officio Divino recitantur, grammaticaliter intelligat.

Quomodo de vocatione.

Ex Conſtit. Apoſt. Sixt. V. *Cum de omnibus.*

Et quia, iuxta Apoſtolicam ſanctionem, viros adultos, aut iuvenes maiores ſexdecim annis, recipere non valent, niſi conſtet, eos non humana aliqua ratione, ſed tantum devotionis, & pietatis fervore, vitam regularem ſpontè, & ex animo eligere; ordinamus, vt ipſos, ità circà finem veniendi ad Religionem examinent, vt iudicium aliquod prudens, de eorum intentione, quo regulentur, ferre poſsint.

Moneāt eos de auſteritatibus.

Inſuper moneant ipſos de auſteritatibus noſtræ Religionis, ne imprudentèr difficilè iter arripientes, facilè diſcedant.

§. IV. *De inquiſitione facienda circà qualitates.*

Inquiſitio pro recipiẽdo Novitio, facienda.

Ex Conſtit. Apoſt cit. & Conſt. Ord. Segov. c. 1.

QVoniam, per ſupradicta Apoſtolica decreta, ſub eiſdem pœnis inibi recenſitis, cavetur, ne vllus maior ſexdecim annis ad habitum, & profeſſionem recipiatur, donec de conditionibus in ipſis Apoſtolicis decretis contentis inquiratur, & inſuper

per

Digitized by Google

per oporteat, vt etiam de qualitatibus alijs, per Conſtitutiones Ordinis præſcriptis, fiat inquiſitio, de omnibus ſimul fieri præcipimus; & inquiſitionem huiuſmodi ſequenti ordine fieri debere, decernimus, & declaramus.

Interroganda.

Primò; De nominibus parentum, & progenitorum, deque eorum officijs, & patria. Apoſt. & Ord.

Secundò; An Religionem ingredi cupientes ſint legitimè nati; ſin minùs, in quo gradu illegitimationis ſunt geniti? Apoſt.

Tertiò; An illegitimè nati ſi tot vitæ, & morum ſuffragentur merita, vt natalium ſuppleant defectum, eorumque receptio Religionis commodo profutura videatur? Apoſt.

Quartò; An vita, & moribus ſint probati, ita vt neque aliquorum criminum (qualia ſunt homicidia, furta, latrocinia, vel alia ſimilia, aut graviora) rei, vel ſuſpecti exiſtant, vt propter ea damnati ſint, aut ne damnentur, formident? Apoſt.

Quintò; An ſint ſupra vires facultatum ſuarum gravati, vel reddendis ratiocinijs ità obnoxij, vt ex huiuſmodi cauſulis, vel moleſtia eis iam illata ſit, vel timeatur inferenda? Apoſt.

Sexto; An ſint matrimonio conſummato ligati? Ap. & Reg.

Septimo; An aliqua infamia vulgari, ipſi, vel eius progenitores maculati ſint? Ord

Octavo; An ſint bono, fideli, & Catholico genere procreati, non deſcendētes ex Iudæis, vel Mahumetanis, quamtumvis remotis, vel Hæreticis dānatis, vel Gentilibus modernis? Apoſt.

Nono; An ſi patrem, matrem, aut ſorores habeant, ipſi ſufficienti facultatum ſubſtantia fruantur, vt ſine illis vivere, & ſuſtentari poſsint? Ord.

Quando, & per quos de- [illegible] mandi.

Inquiſitio hæc [illegible] præmemoratas Apoſtoli- [illegible] in [illegible] Generalibus, vel Provincialibus Ex Conſtit. Apoſt. Sixt. [illegible]

Ca-

Capitulis per Generales , aut Provinciales Miniſtros,& Diffinitores , aut extrà Capitulum per ſuperiores duorum , vel trium Conventuum ab eiſdem Capitulis deputandos,fieri debet.

Miniſtri Hiſpaniarum poſſunt ex privilegio inquiſitionem facere.

Cæterùm Provinciales omnium Provinciarum huius familiæ ditioni Catholici Hiſpaniarum Regis ſubiectarum,habent Apoſtolico indulto,facultatem inquiſitionis huiuſmodi faciēdæ,& teſtes ad eā vocādi,ac ab eis iuramentū recipiendi,ſivè per ſe ipſos,ſivè per frates,ad hoc , per eos deputatos.

Et Cōſt. Apoſt. Clem. VIII. Altiſſima pauper tatis.

Quibus debent eam committere.

Quo circà pro tutiori earumdem Apoſtolicarum ſanctionum obſervatione , ſtatuimus , vt in quolibet Conventu Miniſtri Provinciales vnum, vel alterum Religioſum idoneum inſtituant , cui facultatem Apoſtolicam huiuſmodi committere, & delegare poſsint.

Pro ead. Cōſt. Clem. VIII. & alijs obſer. Segov. 1611. c. 1.

Per quos Notarios facienda.

Poſſunt etiam ijdem Provinciales ad hunc effectum fratres inſtituere notarios, coram quibus inquiſitiones præfatæ fiant. Atque ità fieri congruit, ne coram ſæcularibus negotia Religionis agantur.

Ex eiſdem Segou.

Ante inquiſitionem publicam fiat ſecreta.

Nè autem cuiuſvis fama , vel honor lædatur, prædictis Commiſſarijs præcipimus , ne ad publicam , & iuridicam inquiſitionem deveniant , niſi prius à perſonis fidedignis omni dolo, & ſuſpicione carentibus accuratè (ſecretò tamen) interrogatis ſciant, conditiones , & qualitates præmemoratas poſſe teſtibus comprobari. Quod ſi ſecùs intellexerint, ab inquiſitione publica abſtineant , Provinciali deſuper admonito.

Ex eiſdem.

Publica quo modo facienda.

Verum de probatione ſecuri, vna cum Notarijs ad id deputatis inquiſitionem iuridicè inſtituant: in qua teſtes omni exceptione maiores ad ſe vocatos,ab eis iuramento recepto , diligenter examinent de omnibus,& ſingulis qualitatibus ſupra recenſitis ; & cuiuſvis eorum depoſitio ab ipſomet teſte,

Ex eiſdem.

teſte, ſi ſciverit, vna cum Commiſſario ſubſcribatur,& à Notario ſubſignetur.

Teſtimonium de Baptiſmo adiungendum.

Pro obſerv. Conſt. Apoſt.

Præfati item Commiſſarij ex libro Parochiæ, in qua Novitius baptizatus eſt, omninò ſibi dari curent tranſcriptum authenticum clauſulæ Baptiſmi ipſius, idque cum inquiſitione tranſmittant, vt non ſolum de Baptiſmo,ſed de ætate pro profeſſione emittenda,& Ordinibus ſuſcipiendis authenticè conſtet,

Inquiſitio quomodo ſigillanda, & mittenda.

Peracta demùm inquiſitio intus, vt dictum eſt, ſubſcripta,& foris omninò clauſa, ſigilloque munita, remittatur cum Novitio ad Conventum, in quo recipiendus eſt.

Cōmiſſarij, & Notarij infideles puniendi.

Ex eiſdem.

Caveant autem Commiſſarij, & Notarij, nè eorum in curia, aut negligentia, aliquis inhabilis recipiatur. Qui ſi de infidelitate convicti fuerint, actibus legitimis perpetuò priventur.

Guardiani requiſiti debent inquiſitionem facere.

Ex Tolet. 1606.

Præcipimus etiam Guardianis Conventuum proximorum patriæ cuiuſcumque recipiendi, vt moniti à quovis noſtri Ordinis Prælato, licèt non ſit eiuſdem Provinciæ,præſtent, & exequantur fideliter,quod ab ipſo fuerit requiſitum, pro inquiſitione huiuſmodi facienda.

Facta ad inſtantiam Novitij non eſt admittenda

Ex eiſdem.

Informationes verò, ſeu probationes de præaſſignatis qualitatibus ad inſtantiam Novitiorum, ſive aliorum ſuo nomine factas,nullatenùs admitti debere,aut poſſe,iuxta Apoſtolica decreta,declaramus.

Exteri qua informatione poſſunt admitti.

Ex Conſtit. Apoſt. *Ad Romanum Pont.*

Verum Exteri in locis longiſsimè à ſua patria remotis degentes,vel quorum patria ab infidelibus oppreſſa detinetur, quamvis non liquidò conſtet de omnibus qualitatibus, per Apoſtolica decreta requiſitis, ſi tamen diligentia adhibita nihil appareat,quod eos impediat,habiles reputandi ſunt,vt ad Ordinem recipiantur.

§. V.

§. V. *De examine faciendo in Conuentu, in quo Nouitius recipitur.*

Inquiſitio examinanda à Guardiano, & Diſcretis.

Ex Tolet. 1583. & Segou. c. 1.

POſtquàm Miniſter Prouincialis venientem ad Ordinem miſerit ad aliquem Conventum cum litteris, vt recipiatur, Guardianus primùm accepta iuridica inquiſitione prædicta, clauſa, & ſigillata, conuocet Diſcretos Conventus, & coràm illis eam aperiat, ſimulque videant, an omnes prærecenſitæ qualitates ſufficienter probatæ ſint.

Approbata in Archiuio Conuentus ſervetur.

Ex eiſdem.

Si autem illas omnes ſufficienter probatas iudicaverint, ſcripto inquiſitionem approbent, & approbatam in Archivio Cõventus collocent, vt ibi aſſervetur: quòd ſi inquiſitioné non probent, ſuſpenſa Novitij receptione, Provincialem moneant.

Rurſus examinandus Nouitius in Conventu.

Ex eiſdem. & Vallisol. 1565.

Inquiſitione approbata, ijdem Guardianus, & Diſcreti Conventus recipiendum rursùs examinent per ſe ipſos, & ſi inſufficientem, aut ineptum invenerint, ſuſpenſa receptione, Provincialem moneant, qui tenebitur ex hac monitione rem plenius, & exactiùs examinare, nè Religio ineptis Fratribus gravetur.

Tribus diebus in habitu ſæculari inſtruendus.

Ex eiſdem.

Si verò ſufficiens fuerit iudicatus, Guardianus teneatur eumdem ad minus tribus diebus detinere in habitu ſæculari, intrà ipſius Conventus clauſuram, & cum aſsiſtentia communitatibus, vt interim Novitiorum Magiſter induendum inſtituat.

Si recipiatur ante inquiſitioné, debet iurare.

Ex indulto Ap à Clem. VIII. Conu. Salm. Præs dic. cõceſſo.

Si autem contigerit (cauſa rationabili vrgente) vt antequàm inquiſitio ſupradicta fiat, aliquis ad habitum admittendus ſit; non prius recipiatur, quàm coràm Guardiano, & Diſcretis iuramento ſolemni præmiſſo, teſtetur ſe non eſſe in Apoſtolicis impedimentis ſupra memoratis cõpræhenſum.

Digitized by Google

Atteſtatio iurata ſervetur, & inquiſitio fiat.

Atteſtatio hæc ſcribatur, & ſubſcribatur ab eodem ſic recepto, & à Guardiano, & Diſcretis in libro Conventus, de quo infrà. Poſtmodùm verò inquiſitio iuridica fiat, &, vt ſupra, approbetur, ante quàm Novitius ad profeſsionem admittatur. Ex Segou. 1621. c. 1.

§. VI. *De diſpenſatione cum Novitijs, & eorum abſolutione.*

Miniſtri diſpenſare poſſunt in requiſitis ab Ordine.

CVM cauſa aliqua vrgens evenerit ad diſpenſandum in ſupramemoratis conditionibus à noſtra Religione conſtitutis: ſtatuimus, Provinciales Miniſtros cum Diſcretis Conventus, in quo Provinciales morari contigerit, poſſe diſpenſare. Ex Tolet. 1583. & Segou. cit.

Non in requiſitis à Pōtificibus.

In alijs autem conditionibus, per Apoſtolicas Conſtitutiones requiſitis ſupra memoratis, nullus Prælatus Ordinis diſpenſare valeat. Ex eiſdem.

Diſpenſatio, niſi in ſcriptis. &c. invalida.

Decernimus tamen, diſpenſationem prædictam non eſſe validam, ni fuerit munita authētico ſigillo, & ſubſcripta à Miniſtro, & Diſcretis præfatis. Ex eiſdem.

Circa abſolutionem eorum, qui ad noſtrum Ordinem recipiendi veniunt, extat privilegium Apoſtolicum tenoris ſequentis. Ex compend. priuil. ver. *Abſolutio ordinar. quo ad Fratres.*

Privilegium Apoſtolicū. de Nouiciorum abſolutione.

CLEMENS PAPA IV. *Volentès veſtro aggregari conſortio, qui ſuſpenſionis, aut interdicti, vel excommunicationis ſententijs à iure, vel à iudice generaliter ſunt ligati, abſolutionis beneficium obſervata forma canonica impartiri, ipſoſque fratres recipere, ac eos qui poſt aſſumptu n habitum, vel profeſsionem emiſſam recoluerint, ſe talibus in ſæculo fuiſſe ſententijs innodatos, ſecundùm formam ipſam, vos Generales, & Provinciales Miniſtri, ac Cuſtodes, vel vices veſtras gerentes, valeatis abſolvere, & cum eis in irregularitatibus diſpenſare; ſi talibus forsàn fuerint innodati ſententijs, vel in locis interdicto ſuppoſitis* Ex Mari Mag. & Sixt IV. confirm. *Regimini.*

di-

Ex Segou. 1611. c. I.

divina præſumpſiſſent officia celebrare, vel Ordines recipere: ità tamen, quod ſi aliqui ex eiſdem huiuſmodi ſententiis propter debitum ſint adſtricti eiſdē ſatisfaciant, prout tenentur. Volumus nihilominùs, quòd volentes huiuſmodi veſtro aggregari conſortio, niſi mox poſtquàm fuerint abſoluti Ordinem veſtrum intraverint, etiamſi ad hoc induciæ à Prælatis eiuſdem Ordinis cōcederentur, eo ipſo in priſtinas ſententias, à quibus eos abſolvi contigerit, relabantur.

Ex Tolet. 1583. & Segou. cit.

Declaratio quoad diſpēſationem in irregularitate.

Capitulum Generale declarat, in tribus dumtaxat caſibus poſſe prædictos Prælatos diſpenſare in irregularitate virtute præfatæ conceſsionis: videlicet, quando quis celebraverit, cum eſſet excōmunicatus, vel divina celebraverit officia in locis interdictis, vel Ordines ſuſceperit in locis eiſdem. Ex Tolet. 1581. & Segov. cit.

Ex eiſdem.

Nouitij antequàm induautur confiteantur, & communicent.

Vt autem venientes ad Ordinem puriùs, & religioſiùs novam inchoent vitam: ordinatur, vt ante habitus induitionem, præmiſſa Sacramentali confeſsione, abſolvantur, & corpus Domini cum devotione ſuſcipiant. Ex eiſdem.

Ex eiſdem.

§. VII. *De Novitiorum induitione, & habitu.*

Ex compend. privil. ver. habitus o'dinē quo ad Fratres.

Ex Mar. Mag. & Sixt IV. confirm. Regimini.

Qua ſolemnitatē induēdus Novitius.

AD induendum Novitium habitu noſtræ Religionis, communitas Conventus ſolemniter congregetur. Guardianus autem, aut alius Religioſus qualificatus, cui ipſe commiſerit, præmiſſa brevi, & opportuna exhortatione, Novitium ſuppliciter expoſcentē ad Ordinem admitti, cum omnibus ceremonijs in Rituali noſtro præſcriptis habitu Novitiorum induat. Ex antiq. Conſt. probata.

Interrogaciones, & proteſtationes illi faciendæ.

Ante induitionem verò, coràm congregata communitate, publicè de omnibus præmemoratis conditionibus Novitius interrogetur, facta illi proteſtatione, quòd ſi aliqua ex dictis conditionibus Ex Tolet. 1583. & Segov. c. I.

Digitized by Google

buſ ipſi deficere conſtiterit, ſtatim expelletur, & non admittetur ad profeſsionem.

Receptio Novitijquo modò ſcribenda.

Poſt induitionem autem in libro ad huiuſmodi vſum inſtituto, & in Archivio Conventus aſſervando, diſſertè ſcribatur, quo loco, ac tempore, & à quo Novitius habitum ſuſceperit, nomine, cognomine, parentibus, patria, ætateque ipſius diligenter annotatis, adhibita eiuſdem, & Guardiani, & Diſcreti antiquioris ſubſcriptione.

Ex Cóſt. Ap. Sixt V. *Etſi de omnibus.*

Habitus exterior cum caparone.

Cum autem, iuxtà declarationem Domini Clementis Papæ, omnia ſpectantia ad formam habitus, tàm Novitiorum, quàm profeſſorum in Regula noſtra contenta, æquipoſeant præcepto: ſtatuitur vt habitus exterior Novitiorum ſit patenter diſtinctus à profeſſorum habitu, ita vt Novitij portent caparonem vſque ad cingulum, vel ſpeciali forma factum, vel compoſitum per vnam petiam panni à caputio vſque ad cingulum, ante pectus pendentem, & aliam in ſcapulis, ſecundùm conſuetudinem Provinciarum.

Ex Tolet. 1583. iuxta declar Clement V. *Exivi.*

Interius Novitij veſtimentum.

Interius verò Novitiorum veſtimentum vnica tantùm tunica, & femoralibus conſtare debet, iuxta Regulam: quòd vt omninò obſervent, curent Novitiorum Magiſtri, vt Regulæ, quam profiteri intendunt, conformentur, & aſperitates Ordinis experiantur.

Ex Regul. c. 2.

)(✠)(

§. VIII.

§. VIII. *De Conventibus, in quibus Novitij ſunt recipiendi.*

Conuentus Nouitiatus deſtinandi.

IN vnaquaque Provincia ſint determinati quidam Convẽtus, pro Novitiorum receptione, & educatione deputati, matura quidem deliberatione conſignandi, & declarandi in Capitulis Provincialibus, ea attentione, vt illi deputentur, in quibus magis regularis obſervantia, & communitatum ſequela vigeat, & vbi commodiùs à ſæcularium converſatione ſequeſtrati poſsint Novitij inſtitui, & educari.

Ex Salm. 1551. c. 1. & Segou. c. 1.

In his ſolis, Novitij recipiendi.

In his dumtaxat deputatis, & declaratis Novitiatus Conventibus, poterunt deinceps Novitij recipi, & inſtitui, ſub pœna ſemeſtris ſuſpenſionis officij Provincialibus, qui ſecùs fecerint, aut ordinaverint.

Iuxta Conſt. Apoſt. Clem. VIII. *Cum ad Regularem*

Novitiatus formandi, & quales.

Curent autem Prælati, vt in quovis prædictorũ Conventuum ſit determinatus quidam locus educandis Novitijs commodus, quem vſitato vocabulo *Novitiatũ* appellamus: ità capax, vt pro ſingulis Novitijs ſingulæ cellulæ ſint, vel ſaltem ſinguli lectuli commodè ſterni poſsint, ac cella determinata pro Magiſtro, & inſuper Oratorium.

Ex Tolet. 1583. iuxt. eadem Conſ. Apoſt.

Nouitiatuũ clauſura.

Novitiatus, à parte Conventus, portam habeat, quæ ſemper clauſa ſit, ità vt ſinè licentia expreſſa Magiſtri, nec Novitius è Novitiatu egredi, nec quiſquam, aut ſæcularis, aut Religioſus profeſſus, in illum ingredi poſsint. Cellularum autem Novitiorum, Oratorij, & cuiuſvis alterius cameræ in Novitiatu conſiſtentis, fores ſemper ſint reſeratæ, vt Magiſtro liber omninò ſit, pro omnibus inſpiciendis, ingreſſus.

Ex eiſdem.

Magiſtro omnia pateant.

§. IX.

§. IX. *De Magiſtris Novitiorum.*

Magiſter Novitiorum inſtituendus, & qualis.

CVM ſancta, piaque Novitiorum educatio,& ipſorum in Religione profectus plurimum ab idoneo directore,& inſtructore dependeat: ordinamus,vt pro quolibet Conventu, ex deputatis ad Novitiorum receptionem,aſsignetur,per tabulam Capituli Provincialis, Magiſter Novitiorum, vir Religione probatus,maturus, devotus, providus,& diſcretus, qui ſit Confeſſarius, in animabus dirigendis per viam ſpiritualem,expertus. Ex primis Barchin.c.1

Magiſtri curæ demandata.

Magiſtro huic inſtitutio, & educatio Novitiorum omninò demandatur,& creditur: ipſe eorum omnium confeſsiones audiat, vitam interiorem ſpiritus dirigat, ſuper ipſos diligenti cura invigilet, & cum illis in omnibus conſuetis exercitijs exiſtat, Ex Salm. c. 1. & Segou. cap. 1.

Domo non egrediatur, nec in alijs occupetur.

Vt iſta ſinè defectu præſtare valeat: ſtatuimus, vt domo non egrediatur,niſi magna ex cauſa, nec à Prælato occupetur in aliquo miniſterio, quod ſuo muneri impedimentum afferat, immò omnem favorem,& patrocinium ipſi ſuperiores impendant. Ex eiſdem.

Magiſterium recuſantium pœnæ.

Religioſus autem ille, qui ſinè legitima cauſa à Diffinitorio probata, hoc munus obire recuſaverit,actibus legitimis per annum privatus ſit, & inhabilis ad alia Ordinis officia,cenſeatur, Ex eiſdem, & Valliſol. 1593.

Rectè id obeuntium præmia.

Illi verò, qui ipſum laudabiliter per triennium geſſerint, in eodem, quoad omnia favorabilia, gradu conſtituuntur,quem, ſi Guardianatum mediocris Conventus perfeciſſent,obtinerent;& inſuper,vt ad maiora promoveantur, enixè omnibus ſuperioribus commendamus, Ex eiſdem.

§.X.

Digitized by Google

§. X. *De Novitiorum educatione.*

Novitij in quibus inſtruendi.

MAGISTER Novitiorum maximè curare debet, vt viam Dei Novitios ipſos edoceat, nempè Chriſtianam doctrinam, Regulæ noſtræ præcepta, & facilem credendorum, faciendorumque, declarationem. Ex eiſdem.

In doctrina Chriſtiana.

In Regula, & vita regulari.

In expoſitione Regulæ eos inſtituat, ſecundum declarationes Pontificum Nicolai III. & Clementis V. in obſervantijs regularibus, iuxtà ſtatuta Ordinis, in monaſticæ vitæ moribus, iuxtà D. Bonaventuræ, pro Novitijs educandis, doctrinam. Ex eiſdem.

In theoria, & praxi orationis.

Sanctæ orationis, meditationis, contemplationis, & totius vitæ ſpiritualis regulas, & monita, eos theoricè doceat, ac ſedulò inſtanterque ad huius viæ praxim inducat; quod ſummoperè Magiſtris Nouitiorum commendamus, eo quòd præcipuum Fratis Minoris exercitium, iuxtà Seraphici Parentis documentum, eſſe debeat *orare ſemper ad Deum puro corde.* Ex eiſdem.

In debita Sacramentorum frequentatione.

Inſuper, ipſos purè confiteri, Euchariſtiam temporibus ſtatutis devotè frequentare, & conſuetas mortificationes humiliter exercere; faciat. Ex eiſdem.

In alijs exercitijs ſpiritualibus.

Demùm, mores ſanctos, & religioſa inſtituta, frequenter orare, honeſtè converſari, humiliter obſequi, promptè obedire, cordis, & corporis puritatem ſervare, & zelare ſanctam paupertatem, verbo, & exemplo eoſdem edoceat, ipſiſque viam perfectionis præeundo demonſtret. Ex eiſdem.

Non incumbant ſtudijs.

Novitij itaquè probationis tempore ſtudio litterarum incumbere nullatenus permittantur, cùm tempus illud omne in addiſcendo, & exercendo religioſæ perfectionis rudimenta impendere debeant. Ex eiſdem

Nec ordines ſuſcipiant, aut confeſſiones audiant.

Vt autem ab ipſis omnis occaſio converſandi cum ſæcularibus auferatur: ſtatuimus, vt nec Sacros Ordines ſuſcipiant, nec confeſſiones, ſi fuerint Sacerdotes, audiant, nec porta Conventus exeant, niſi cauſa translationis, aut proceſſionis generalis. Ex eiſdem.

Ex eiſdem.

Nec cum externis loquatur.

Nec loquantur cum aliqua perſona ſæculari, vel religioſa alterius Religionis, niſi ſuo præſente Magiſtro: nec litteras mittant, aut recipiant, abſque eiuſdem Magiſtri licentia ſpeciali.

Ex prim. Bar ch. c. 1.

NecFratrum cellas ingrediantur, aut è converſo.

Eodem probationis tempore nullatenus aliorum Fratrum, præterquàm ſuorum Magiſtrorũ, & Prælatorum, cellas ingrediantur, neque alij Fratres, è converſo, cellas Novitiorum, aut iuvenum intrare præſumant, ſub poena vnius diſciplinæ pro prima vice; pro ſecunda, duarum; pro tertia, expulſionis ab Ordine; profeſſus verò eadem poena pro prima, & ſecunda vice puniatur; & pro tertia ad Provincialem remittatur ſeveriùs puniendus.

Ex eiſdem Salm. & Segov.

§. XI. *De Novitiorum libertate.*

Libertas diſcedendi nullo modo impedienda Novitijs.

VT Novitiorum, ſicut par eſt, conſulatur libertati, iuxta antiquiſsima noſtri Ordinis ſtatuta; præcipimus Guardianis, Novitiorum Magiſtris, & alijs quibuſcumque religioſis, ſub poena privationis ſuorum officiorum, aut æquivalenti, ne quempiam conſtitutum intra probationis tempus, aliqualiter impedire præſumant, quo minùs ad aliam Religionem, quam maluerit, tranſeat, aut omninò ad ſæculum redeat, ſi de ſua proceſſerit voluntate.

Ex eſdem, & prim. Bar ch. c. 1.

Nihil à Novitijs, vel eorum intuitu recipiatur.

Et vt eidem liberati magis conſultum ſit, ac puriùs obſerventur Concilij Tridentini decreta, & noſtræ Regulæ tenor: præcipimus ſub poena pri-

Ex Tol. 1585 iuxta Reg. c. 2. & Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Reg. c. 16.

privationis actuum legitimorum per annum, nè Prælati Novitios admittentes, aut alius quicumque religioſus accipiant quidquam de bonis Novitij, nedum tale, quod Novitij diſceſſum impedire, aut retardare valeret, ſed nec alia quævis dona, vel à Novitijs ipſis, vel ab alia perſona, ipſorum intuitu, elargita.

Si quid pro ſe attulerint integrè, vt diſcedant, reddendum.

Si autem contingat, quòd Novitius ſponte ſua dederit neceſſaria pro ſuomet veſtitu, & lectulo anni probationis, vt licet; & quacumque de cauſa ab Ordine ante profeſſionem egrediatur, omnia illa, ſine aliqua cunctatione, ipſi reddantur, vt Concilium Tridentinum præcipit, ſub pœna proprietarijs impoſita. Ex eiſdem iuxtà Conc. Trid. cit.

§. XII. *De approbatione Nouitiorum.*

Novitij per annum integrum debet eſſe in probatione.

VT Novitij ad profeſſionem admitti valeant, debent eſſe in probatione per annum integrum; nec qui minori tempore poſt ſuſceptum habitum in probatione extiterint, poſſunt ad profeſſionem admitti, alias profeſſio eſſet irrita, & nulla, vt decernit Concilium Tridentinum. Ex Concil. Trid. ſeſſ. 25 de Reg. c. 15

Quo rigore complėdus.

Ad cuius puriorem obſervationem, ſtatuimus, vt Novitij per annum continuum in probatione permaneant, ita vt, ſi ex aliqua cauſa è Conventu egrediantur, cum habitu, vel ſinè illo, niſi ratione tranſlationis ad alium Conventum, & poſteà redierint; non computetur eis tempus, quo anteà in probatione extiterunt, ſed de novo annum probationis incipiant. Ex Toletan. 1583. & Segov. c. 11.

Approbatio Conventus per ſuffragia ſecr fiat.

Vt autem probatio Novitiorum ex parte Religionis maturiùs fiat, ac conſenſus Conventus in eorum profeſſionem & liberior ſit, & pleniùs appareat; ſtatuimus, vt intrà annum probationis, Ex eiſdem.

congregata capitulariter communitate, tribus vicibus ſuffragia Conventus, circa Novitij cuiuſvis approbationem, aut excluſionem, excipiatur: prima poſt quatuor menſes à ſuſcepto habitu; ſecunda poſt octo menſes; tertia poſt vndecim, ſeu vno menſe ante profeſsionis emittendæ tempus.

Suffragia calculis recipienda.

Suffragia iſta, pro Novitiorum approbatione, non verbo tenùs, ſed ſemper per albos, & nigros calculos recipiantur, cùm ſic Conventuum paci, & libertati ſuffragantium melius conſulatur. Ex Tolet. 1583.

Superiores, ante ſuffragia, nec laudent, nec vituperent.

Caveant autem Guardianus, aut Vicarius, & Magiſter Novitiorum, nè ante ſuffragiorum receptionem, Novitium laudent, vel vituperent, ſed omninò ſileant, donec omnes ſecundum ſuæ conſcientiæ dictamen liberè ſuffragentur. Ex Tolet. 1583.

Fiat ſuffragiorum ſcrutinium.

Poſt ſuffragiorum verò receptionem, ſtatim fiat eorum ſcrutinium à Guardiano, & Diſcretis, publicè; & communitati intimetur, quatenus omnibus Fratribus conſtet de numero eorum qui pro Novitio fuerint ſuffragati: & Guardianus, qui ſecùs fecerit, officio privetur. Ex Segov. 1621. c. 1.

Quid faciendum, ſi ſuffragia neceſſaria deficiant Novitio.

Si autem maior pars Conventus non fuerit pro Novitio ſuffragata, abſque mora, & recurſo aliquo expellatur: verum, ſi tertia pars Conventus, vt v. g. ſi inter triginta Fratres decem refragentur Novitio, ſeù ſuffragia expulſionis dederint, eius receptio pro ſuſpecta habeatur, & Miniſter Provincialis moneatur. Ex Tolet. 1583. & Segov. cit.

Quid Miniſter in recurſu ad ipſum.

Miniſter verò, conſultis, aut verbo tenùs, ſi adeſt, aut ſi abeſt, per Epiſtolas Guardiano, & Diſcretis Conventus, aut alijs eiuſdem religioſis magis ſibi Religionis zelo, & virtute probatis ſecundùm Deum provideat. Ex eiſdem iuxtà c. *In Geneſis de elect.* & Gloſ. ibi.

Pœnæ impedientium libertatê ſuffragantium.

Inhibemus autem ſub pœna privationis actuum legitimorum per biennium ipſo facto, & alijs gravio-

vioribus,ad arbitrium Superiorum, pro qualitate facti,infligendis, nè quiſpiã cuiuſcumque qualitatis Frater quoquomodo ſuffragantes impediat, vel importunè moveat,quominùs liberè circa Novitiorum receptionem ſuffragentur.

§. XIII. *De examine ad profeſsionem.*

Publica recitatio doctrinæ à Nouitio ex memoria faciẽda.

Ex eiſdem.

VT conſtet omnibusFratribus de Novitiorum ſufficientia;ſtatuitur,vt antequam ſuffragia vltima per ſcrutinium recipiantur, Novitius in refectorio, poſt vnam, aut alteram lectionis clauſulam,omnes orationes doctrinæ Chriſtianæ,articulos Fidei,mandata Dei, & Eccleſiæ, & cætera fidei rudimenta,ac Regulæ præcepta, & caſus in noſtro Ordine reſervatos,ex memoria recitet.

Deputandi Fratres, qui Nouitium examinent.

De quibus eſt examinandus.

Ex eiſdem.

Poſt hæc,ſuperior deputet duos religioſos, qu Novitium de peritia recitandi Officium Divinum, & cantu examinent. Similiter alios duos aſſignet,qui eundem examinent de explicita notitia Chriſtianæ doctrinæ, de intelligentia præceptorum Regulæ,& de theoria orationis mentalis, ſeù contemplationis.

Ex eiſdem.

Examinatores ſuum iudicium in Communitate proferãt.

Ambo examinatores coram communitate, antequã vltima ſuffragia pro profeſsione recipiãtur,de Novitij peritia, ſecundùm conſcientiã teſtimonium proferant;& quidem,ſi bonũ, ad ſcrutinium procedatur; ſi verò malum, moneatur Miniſter,vt,pro ſua conſcientia,provideat.

Ante profeſſionem, iterum examinandũ teſti. monium ætatis.

Pro obſerv. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Reg. c. 18.

Poſtquã autem Novitius vltima ſuffragia Conventus pro ſua profeſsione habuerit; Guardianus, & Diſcreti recognoſcant teſtimoniũ authenticum Baptiſmi, vt certi fiant de eius ætate, an ſcilicet expleverit decimum ſextum ætatis annum; nàm profeſsio, antè præfatũ ætatis annum expletum,

 emiſſa

Digitized by Google

emiſſa,eſt nu lla, iuxta Cõcilij Tridentini decretũ.

Non eſt neceſſaria nova Miniſtri licentia ad profeſsionẽ.

Si itaquè Novitius præmemorata omnia habuerit, abſquè nova Provincialis licentia poterit ad profeſsionem admitti: nàm qui confert facultatem ad receptionem, cenſentur ad profeſsionem eandem tribuere. Ex Tolet. 1583.

Nèc Guardianus poſſit illam differre.

Nèc Guardianus poſsit profeſsionem ipſam, poſt legitimam ætatem, & completum probationis annum, vltrà octo dies differre, niſi aliqua emerſerit cauſa, propter quam meritò cenſeatur ad Provincialem eſſe recurrendum; quod, eo in caſu, ſinè mora fiat. Ex Salm. c. 2.

§. XIV. *De ſolemni profeſsione.*

Abdicatio omnium rerum præmittenda.

CVrent Superiores, vt Novitius, qui profiteri cupit, ad holocauſtum hoc magnum congruè diſponatur. Et quidem abdicationem omnium rerum debet præmitere: nèc licebit ei aliquid pro ſe in teſtamẽto, ſiuè alio modo reſervare. Ex Conſtit. ant. & Salm. c. 2. iuxtà Reg. c. 2.

Nouitij non inducendi, vt quid quã Nobis relinquant.

Caveant autem omnes Prælati, & religioſi, nè quovis colore Novitium quempiam inducant, vt eis, ſivè Conventui, aliquid in teſtamento, vel aliàs, relinquat, ſub pœna privationis actuum legitimorum, per annum, ipſofacto incurrenda. Ex Reg. c. 2. & Clem. Exivi.

Diſponantur exercitijs octo dierũ.

Deindè Novitius ab his expeditus, per octo dies, ante profeſsionẽ, maneat in receſſu ſpirituali, ſeu in ſpiritualibus exercitijs, ab aliorũ comunicatione ſequeſtratus, ſub ſola directione Magiſtri.

Quali confeſsione peccatorũ ſunt diſponendi.

Magiſter autem diſponat, inſtruatque ipſum, vt ſuorum peccatorum Sacramentalem confeſsionem, vèl generalẽ, vel ſolito prolixiorem, & omni ex parte perfectã faciat, vt omnium ſuorum peccatorum condonationem, quoad omnem tẽporalẽ pœnam pro illis debitam, obtineat: quã ex vi, & me- Ex Valliſ. 1593. S. Thom. 2. 2. q. vlt. art. 3.

Condonatio peccatorum per profeſsionem.

merit profeſsionis religioſæ, profitentem in gratia conſequi, communis Sanctorum Patrum, antiquorum Monachorum, & Theologorum conſenſus, quaſi per traditionem fert.

Monendi ſunt de circunſtantijs perfectæ profeſsionis.

Moneat inſuper Magiſter Novitium profeſsionem emiſſurum de puriſsimo fine, plena deliberatione, & alijs circumſtantijs, quo tantum de ſe cum ſuis omnibus, ſacrificium Deo oporteat offerre. Ex eiſdem.

Et Euchariſtia muniendi.

Quod vt digniùs præſtet, communione ſacræ Euchariſtiæ munitum accedere, diſponat.

Proteſtatio de non maculato ſanguine præmittenda.

Ante actum profeſsionis coràm communitate Conventus, fiat Nouitio profeſſuro proteſtatio, quòd ſi fortè deſcendat intrà quartum gradum, ex Iudæis, Mahumetanis, vel Hæreticis damnatis, profeſsio ab ipſo emittenda erit irrita, & nulla: atque adeò quoties certo conſtiterit de veritate huius defectus, ſtatim ab Ordine expelletur. Ex Tolet. 1583. iuxt. Coſt. Apoſt.

Et alia de immunitate à morbo cōtagioſo.

Similiter fiat ei proteſtatio, quòd ſi aliqua contagioſa infirmitate, ſeù morbo laboret, & eam occultauerit, profeſsio erit irrita, & nulla. Quæ duæ proteſtationes in libro, de quò ſuprà, ſcribantur, & ſubſcribantur ab ipſo, & Guardiano, & Diſcretis Conuentus. Ex eiſdem; & Rothom. 1516.

Ad profeſſionem communitas coadunanda.

Pro ſolemnitate itaquè profeſsionis, communitas Conuentus capitulariter congregetur, & coràm Fratribus ſic congregatis, profeſsio fiat cum omnibus ceremonijs præcedentibus, & ſubſequentibus, in Rituali Ordinis præſcriptis. Ex ant. Cōſt. c. 1. & Salm. cap. 1.

Collatio ſpiritualis à Prælato præmittenda.

Prælatus igitur, facta priùs Verbi Dei, pro materiæ opportunitate, congrua collatione, Nouitium genuflexum, in manibus ſuis, ad profeſsionem admittat. Cuius forma à profitente clarè, & diſtinctè exprimenda, eſt iſta: Ex Tolet. 1583.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Forma profeſsionis.

Ego Frater N. voueo, & promitto Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini, & Beato Franciſco, & om- Ex ant. Cōſt. c. 1. & prim. Barch. c. 1.

omnibus Sanctis, & tibi Pater, toto tempore vitæ meæ ſervare Regulam Fratrum Minorum, per Dominum Papam Honorium confirmatam, vivendo in Obedientia, ſinè Proprio, & in Caſtitate.

Promiſsio Prælati.

Prælatus autem, qui profeſsionem recepit, dicat ei: *Et ego ex parte Dei, ſi hæc obſervaveris, promitto tibi vitam æternam.* Ex eiſdem.

Actus profeſsionis ſcribendus.

Completis ſubſequentibus ceremonijs, ſtatim Fratris noviter profeſsi nomen, ætas, & dies in qua profeſsionem emiſit, ſcribantur in libro ad hæc deſtinato, & à Guardiano, & Diſcretis, & recenter profeſſo ſcriptus actus ſubſcribatur, ac in Conventus archivio reſervetur. Ex Tolet. 1583.

§. XV. *De Iuvenibus profeſsis.*

Profeſsi maneant in eodem Conventu per biennium.

IUVENES profeſsi à Conventu, in quo profeſsionem emiſerunt, antè biennium à ſuſcepto habitu, ad alium non transferantur, niſi magna ex cauſa, per Miniſtrum determinanda: & dùm ibi permanſerint, ſub cura Magiſtri Novitiorum ſint, ſicùt antè profeſsionem. Ex eiſdem.

E Conventu non egrediantur.

Nèc eis permittatur extrà Conventum exire, antè expletum annum à profeſsione, ſub pœna ſuſpenſionis officij per ſex menſes Guardiano, qui contrà fecerit. Ex eiſdem.

Nec promoveantur ad ſtudia.

Nèc ad ſtudium promoveantur ante prædictũ biennium, à die ſuſcepti habitus, computandum. Ex eiſdem.

Cantum firmum addiſcant.

Curent autem ſuperiores, vt in primo profeſsionis anno cantui firmo, ſeu Gregoriano addiſcendo, ſedulò incumbant, & conſignent eis competentem horam, in qua quotidiè à Vicario Chori cantus lectionem accipiant.

Translati ad alios Conventus ſub cura Magiſtri ſint uſque ad Sacerdotium.

Tranſlati poſt hæc ad alios Conventus ſub cura Magiſtri ſint, quouſquè ad Sacerdotium aſcendãt. Ex prim. Barchin. c. 1. & Valliſ. 1593.

Ad

Ad hæc ſtatuitur, vt in ſingulis Conventibus ex illis, qui ad Novitiorum receptionem deputati non ſunt, inſtituatur à Provinciali aliquis idoneus Magiſter iuvenum, qui ſuper eorum vitam continuè, & diligenter inuigilet, eos bonis moribus inſtruat, ab inſolentia compeſcat, ac retrahat, & ad regularem obſervantiam inſtanter inducat.

Magiſtri diſciplinæ reluctantium pœnæ.

Si qui verò eorum, præfati Magiſtri inſtructionem, & correctionem cum debita reverentia, & ſummiſsione non receperint, aut ipſi corripienti reſtiterint, monito per Magiſtrum Guardiano; aut, ſi opus fuerit, Provinciali, ſeverè caſtigentur ab ipſis, pro qualitate delicti, ità vt cæteris ſint exemplo. Ex Conſt. Benedict. XII. cap. 3.

In quibus iuvenes debeant occupari.

In Conventibus, in quibus ſtudia non ſunt, nullatenùs permittant ſuperiores, iuvenes otio torpere, ſed vigilantèr curent, &, ſi opus fuerit, ipſos compellant, vt horis à Communitatibus, & Conventus ſervitio expeditis, Grammaticæ recolendæ, & cantui firmo addiſcendo incumbant, vt opportuno tempore, ad Ordines ſacros ſuſcipiendos habiles inveniantur. Ex Valliſ. 1593.

Quomodò extra Convetum mittendi.

Quando verò iuvenes ſunt extrà Conventum mittendi, provectos, graves, & antiquos patres tantùm comitentur. Numquàm tamen petendæ eleemoſynæ gratia, aut cuiuſcumque negotij ratione, ſoli extrà Conventum mittantur, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio, per ſex menſes, Guardiano ſecùs facienti. Ex Tolet. 1583.

Nullus ſint deſtinandi ſocij.

Nèc poſsint eſſe ſocij, ſervitio cuiuſcumque etiam Patris, deſtinati; Guardianus autem, qui ſecùs permiſerit, graviter puniatur, arbitrio ſuperioris. Ex Segov. 1621. c. 1.

§. XVI.

Digitized by Google

§. XVI. *De promotione ad Ordines.*

Sine licentia inſcriptis Mi niſtri nullus ordinandus eſt.

NUllus noſtri Ordinis religioſus maioribus, vel minoribus ordinibus initiari valeat, abſque ſui Miniſtri Prouincialis licentia, & approbatione in ſcriptis obtenta.

Ex Tolet. 158 . & Salmant. c. 1.

Inquiſitio circà qualitates ordinandi.

Vt hæc retè concedatur, ſtatuitur, vt dùm aliquem Fratrem ad Ordines promoveri opporteat, primùm Guardianus, & Diſcreti Conuentus in quo ille commoratur, ex inſtrumentis authenticis certiores fiant de ſequentibus qualitatibus: quot annos ætatis habeat, quot habitus; ſi Sacramentum confirmationis ſuſceperit; ſi aliquos Ordines, & quales, & à quo tempore vltimum; vt teſtimonium de his omnibus darę valeant.

Pro obſeru. Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 4. & 5. & ſeq.

Examen de litteratura.

Deindè ijdem Guardianus, & Diſcriti cum de litteratura competenti, pro Ordine ſuſcipiendo, diligentèr examinent, nec prætextu neceſsitatis miniſtrorum ad ſacrum cultum, aut quovis alio colore, inſufficientem approbent, in Eccleſiæ iniuriam, & noſtræ Religionis opprobrium, ſuper quod eorum conſcientias ſummoperè oneramus.

Pro eodem iuxtà c. 7. & ſequent.

De vita, & moribus.

Mox de eiuſdem vita, & moribus, inter ſe conferant, vt videant, an de eius religioſa converſatione teſtimonium bonum darę poſsint.

Pro eodem iuxtà. c. 5.

De cantu firmo.

Demùm, ſi ad ſacrum ordinem promovendus eſt, advocatus Chori Vicarius eum, coràm ipſis, de praxi cantus firmi examinet, & ſi ſufficientem repererit, ſcripto approbationem conferat, & ſubſcribat.

Ex Rom. 1600. & Segov. 1621.

Teſtimoniū de omnibus requiſitis ad Miniſtrum mittatur.

Si autem, ex præfatis examinibus, ipſis conſtiterit, Fratrem illum habere omnes conditiones per decreta Concilij Tridentini, & ſtatuta Ordinis requiſitas, vt ad Ordinem, quem cupit, promoveatur;

Ex Tolet. 1583. & Vallis. 1593.

Digitized by Google

tur de illis omnibus teſtimonium ſcripto forment, ſingulis in particulari annotatis, & ab omnibus ſubſcriptum ad Prouincialem deferant, aut tranſmittant. Quo accepto, & recognito, Provincialis rectè, & impunè licentiam ſcripto conferet, quam ſi aliter dederit, ſuperioris arbitratu puniatur.

Requiſita ex Concilio Tridentino.

Ex decretis Concilij Tridentini expoſcitur, vt ordinandus, Sacramentum confirmationis ſuſceperit; vt competenti ſuſcipiendo Ordini litteratura ſit inſtructus; vt teſtimonium bonum de vita, & moribus habeat; vt minoribus initiatus, non aſcendat ad Subdiaconatum, niſi poſt annum à poſtremò Ordine minore ſuſcepto; nec ab vno maiori, ad alium, niſi per annum in priori verſatus, niſi Epiſcopus aliud expedire iudicaverit: & tamdem, vt ætatem competentem habeat; ita vt, pro Subdiaconatu vigeſimum ſecundum; pro Diaconatu vigeſimum tertium; & pro Presbyteratu vigeſimum quintum ætatis annum attigerit.

Requiſita ex ſtatutis Ordinis.

Præter hæc omninò obſervanda; ex antiquis Ordinis ſtatutis, requiritur, vt promovendus ad ſacros Ordines in Religione hos habitus annos expleverit, pro Subdiaconatu tres, pro Diaconatu quatuor, pro Presbyteratu quinque: & quod nullius ad eos promoveatur, niſi benè cantum firmum canere noverit. Ex Toleto 1583.

In tempore habitus poteſt diſpenſare Miniſter.

Quæ omnia innovamus, cum facultate tamen Provincialibus Miniſtris, diſpenſandi in annis habitus, vrgenti ex cauſa, & cum conſilio Diſcretorum Conventus: ex qua etiam, licentiam pro ſuſcipiendis ordinibus concedere poſsint, non completis interſtitijs, neceſsitate, vel vtilitate Eccleſiæ Epiſcopis expoſita. Ex eiſdem.

Intra ſuæ Provinciæ limites ordinentur.

Vnuſquiſque, intra propriæ Provinciæ limites, ordinetur, aſsigneturque cuivis, tempus ad profi- Ex Vallis. 1593. & Seg cap. 1.

D ciſ-

ciſcendum, & revertendum cum teſtimonio Guardiani, &, ſi vltrà illud detineatur, ſit in domo diſciplinæ per tempus æquale tranſgreſsioni.

Quando poterũt extrà ordinari.

Ex eiſdem.

Caſu autèm, quo aliquem, vel aliquos ordinandi vrgeat neceſsitas, & Epiſcopi intrà limites Prouinciæ conſiſtentes, ordinationes non habeant, poterit Prouincialis eos ad proximiores Epiſcopos remittere; & Guardianus in regreſſu, notata diſtantia loci, in quo Ordines ſuſceperint, puniet eos, vt ſuprà, ſi notabilitèr tardiùs iuſto revertantur. Prouincialis, qui secùs, ſeu maiori extenſione licentias pro ſuſcipiendis ordinibus dederit, à ſuperiori Generali pro arbitrio puniatur.

Iterum à Guardiano loci præſentandi examineantur.

Ex Segov. 1611. Ex Tolet. 1583.

Guardianus verò loci, in quo ordinationes celebrantur, poſsit, & teneatur, omnes Fratres noſtros initiandos examinare, antequàm Epiſcopo præſententur, & qui ſufficientem non habuerint litteraturam, ab eo arceantur, ne Religio noſtra ex negligentia ſuperiorum dimittentium, in rigido Epiſcoporum examine, oprobrium patiatur.

Teſtimonium deferendam de ſuſceptis Ordinibus.

Ex eiſdem.

Poſt ordinationes autem, omnes initiati teſtimonium authenticum ſuſcepti à ſe Ordinis, à Guardiano loci, in quo ordinati fuerint, ſub ſigillo Conventus, & ipſius ſubſcriptione præſtandum, vel ab Epiſcopi Notario, ſi in eo loco noſtræ Religionis Conventus non ſit, recipiendum, ſecum deferant: ſecùs autem facientes, ſuſceptis ordinibus ſint ſuſpenſi, quouſquè conſtet ſufficienter de veritate.

Pœnæ in ſuſcipientes ordines furtivè, aut per ſaltum.

Ex eiſdem, iuxtà cap. *Vnic. de Clericis per ſaltum prom.* & Conſt. Pij V. *Eam ex Sacrorum.*

Si quis ſine litteris dimiſſorialibus ſui Prælati, furtivè, vel per ſaltum, ſacris ordinibus ſuſcipiendis, ſe ingeſſerit, vltrà pœnas à iure communi ſtatutas, per quadriennium ad novitiatus caparonem ſit redactus, & per decennium ſit privatus voce activa, & paſsiva.

Qui

Digitized by Google

In exercentes Ordi -- nem non ſuſceptum. Qui verò ante ſuſceptum Subdiaconatus, & Diaconatus Ordinem, ſolemnitèr, ſe ingeſſerit, prædictorum Ordinum executioni, per quinqu' é-nium, non poſsit ad eum Ordinem promoveri, quem irreverentèr exercuit, & per annum, deferat caparonem. Ex eiſdem.

Suſceptum non exerceant antè examen de ceremonijs. Nec præfatis ordinibus initiati, ſuſceptum exequantur, quouſque exactam omnium ceremoniarum, eius executioni pertinentium, cognitionem comparaverint; quod conſtare debet Guardiano per teſtimonium Vicarij Chori, poſt examen præſtandum. Ex Valliſ. 1593.

Examen, & licentia pro prima Miſſa celebranda. Quia verò ceremoniæ celebrationis ſacroſancti ſacrificij Miſſæ, ſummi ponderis ſunt; ſtatuimus, vt nullus Presbyteratus Ordine recenter inſignitus, primam Miſſam celebret, abſque licentia, in ſcriptis, Miniſtri Prouincialis; qui illam non concedet, niſi per litteras teſtimoniales Vicarij Chori, Magiſtri iuvenum, & Prædicatoris Conuentùalis, ipſi conſtet, illum de ceremonijs Miſſæ eſſe plenè inſtructum. Ex Tol. 1633.

Sine illis nõ fiat, ſub pœnis. Guardianus autem, qui ſine præfata licentia novum Presbyterum celebrare permiſerit, officio per bimeſtre ſuſpendatur, & ipſe novus Presbyter per idem tempus ab Ordinum executione.

§. XVII. *De Laicis.*

Quæ obſervanda cum Laicis in habitu & profeſsione. QUANDOQUIDEM laici noſtri Ordinis, verè ſint Fratres Minores; omnia, & ſingula quæ pro receptione Fratrum ad habitum, & eorũ profeſsione generaliter præſcripta ſunt, cum ipſis ſunt obſervanda, ſolis his demptis, quæ pertinent ad Clericatum. Ex Valliſ. 1593.

 Quan-

Determinandus ſtatus in profeſsione. Quandò autem Novitius ad profeſsionem recipitur, omninò determinari, & declarari debet, an pro Clericatu, an pro laicatu; & ipſe illam emittat, & à Prælato, ac Communitate ad ipſam admittatur; vt in ſtatu, quem aſſumit, perſeveret, præceptum recitandi Divinum Officium iuxtà ſtatum adimpleat, & ad diverſas occupationes, pro ipſius diverſitate, à Prælato applicetur. Ex aut. & probat. conſuet.

Profeſsi per quinque annos maneant ſub Magiſtro. Recepti, & profeſsi pro laicis ſub cura Magiſtri, aut Novitiorum, aut iuvenum reſpectivè ad Conventum, in quo habitaverint, ſint vſque ad quintum Religionis annum expletum, computandum à die ſuſcepti habitus. Ex Valliſ. 1593.

Clericalem coronam nō deferant. Statuitur, vt Fratres recepti pro laicis nullatenùs Clericalem coronam deferant, & deferentes, ſtatim ad eam deponendam compellantur.

De laicatu ad Clericatum non tranſeant. Nullus Frater laicus poſt profeſsionem, de laicatu ad Clericatum aſcendat, niſi de licentia Capituli Generalis, vel Miniſtri Generalis totius Ordinis. Miniſter verò Generalis, prædictam facultatem minimè conferat, ni vrgentiſsima ex cauſa, & ex iuſto examine Diſcretorum Provinciæ præmiſſo, de ſufficienti litteratura, & idoneitate illius, qui ad Clericatum aſcendere geſtit; vt ſcandalum quod in Ordine de hac mutatione oriri ſolet, avertatur. Ex pri. Barchin. c. 1. & Salm. c. 1.

Pœna tranſeuntibus infligenda. Si quis autèm Frater laicus alitèr, & indebitè ad Clericatum aſcenderit, & ſacris ordinibus fuerit initiatus, omni honori Clericali privetur, nec permittatur Canonicum perſolvere Officium, ſed laicorum horas recitans, ad purum ſtatum laicalem reducatur, vt authoritate Apoſtolica cautum eſt. Ex eiſdem, & Priuileg. Leon X in Comp. ver. *Laici Fratres.*

⁂

§. XVIII.

§. XVIII. *De Donatis.*

Donati quinam ſint.

Ex Ant. & prob. conſuet.

DONATI, ſeù Oblati in noſtra Religione dicuntur, qui ad Conventuum famulatum ſeſe voluntariè offerunt, intra clauſtra, ſub regimine Prælatorum Ordinis commoraturi, aliquatenùs habitu mutato.

Qualis debet eſſe eorum habitus

Ex Roman 1625. in ſpecie confir.

Eorum habitus talis eſſe debet, vt ab omnibus dignoſcantur Fratres non eſſe: vndè præcipimus, vt caputium, vel caparonem nullatenùs deferant, ſed habitum genua parùm excedentem, & galerum in capite, aut ad ſcapulas pendentem per collum, & pedibus calceatis incedant.

Non eſt eis permittenda profeſsio.

Nulla eis permittatur profeſsio, qua, aut eis libertas diſcendi, cum libuerit, habitu depoſito; aut Prælatis Ordinis, voluntaria facultas eos habitu ſpoliandi, adimatur. Poterunt tamen pro eorum ſpirituali profectu admitti ad eam Tertij Ordinis profeſsionem, quam Tertiarij ſæculares in ſuis domibus manentes faciunt.

Qua authoritate admitti, & expelli valeant.

Nullus ad habitum Donati poſsit quemquam admittere, niſi Guardianus Conventus, aut alius Superior Prælatus. Guardianus autèm non poterit receptum Donatum habitu ſpoliare, & expellere, niſi de Conventus Diſcretorum conſilio:

Qua transferri.

Transferre verò Donatum cum habitu de vno ad alium Conventum, ſolus Provincialis poterit.

Sint ſub cura Vicarij Conventus.

Donati autem ſub cura Vicarij Conventus erunt, qui eos Sacramenta frequentare, honeſtè converſari, & religiosè, vt decet homines intra clauſtra habitantes vivere, monitionibus, & correctionibus faciet.

Ex Toletan. 1645.

Nullus Donatus habitu Religionis noſtræ veſtiatur, niſi explorata eius honeſta converſatione per

per ſeptenium,& requiſita facultate à Superiore Generali.

CAP. II.

De obſervatione Regulæ.

§. I. *De Regula ſine diſpenſatione obſervanda.*

Senſus Familiæ circà inviolatam Regulæ obſervationem.

CIRCA puram, numquàmque violandam noſtræ Evangelicæ Regulæ obſervationem, ex corde innovamus verba illa à primo Generali Miniſtro ex obſervantium Familia aſſumpto, coràm Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & vniverſi Ordinis coetu, obſervantium nomine in hunc modum prolata: *Quantùm in Nobis eſt, ſicùt nec vnquam ab huiuſmodi regulari modo vivendi recedere quæſivimus, ita nec quamdiù Nobis mens ſana fuerit ab eo deflectere quæremus.*

Ex Gonz. de Orig. Relig. pag. 30.

Iterata ſæpè Ordinis proteſtatio, de Regula ſine vlla diſpenſatione obſervanda.

Huic ſponſioni innixi, veſtigiiſque Sanctorum Patrum noſtrorum, eiuſdem obſervantiæ maximè Zelatorum, inhærentes, Vocales plurimorum Capitulorum Generalium, poſt Bullam vnionis celebratorum, vſque ad Valliſoletanũ de anno 1670. in præfatis Comitijs congregati, vno animo, & concordi voluntate firmitèr proteſtati ſunt, & conſtantèr declaràverunt, in nullo Regulæ noſtræ precepto hactenùs cum corpore obſervantiæ, ſeu eiuſdem Fratribus, diſpenſatum fuiſſe; atque adeò omnia, & ſingula in eadem Regula contenta, & à Summis Pontificibus Nicolao III. & Clemente V. numerata, & declarata, ab omnibus de corpore obſervantiæ Fratribus obſervanda eſſe, & obſervari debere.

Cap. Gener. Tol. 1583. et 1606. Rom. 1612. Seg. 1621. Tol. 1633.

Quam

Laudatur, & probatur à Summo Pontifice.

Quam proteſtationem, & declarationem noviſsimè Sanctiſsimus Dominus noſter Innocentius XI. laudans, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine approbavit, & confirmavit.

Ex motu proprio Innoc. XI. *Sollicitudo paſt.* ann. 1679.

Ab eo declarantur, & exprimũtur.

Atque adeò expreſsè inibi declaravit, omnes, & ſingulos Fratres de corpore Obſervãtiæ teneri in conſcientia obſervare Regulam Fratrum Minorum, & præcepta eius, à Nicolao III. & Clemente V. Romanis Pontificibus expoſita, & numerata: & ſignanter, præter præcepta, quæ non ita frequenter occurrunt, & recitationem Divini Officij; teneri ad ieiunia præcepta in Regula, niſi excuſet neceſsitas, à Prælato approbanda; ad non equitandum, niſi infirmitas, vel neceſsitas iudicio Superiorum probata excuſet; ad vilitatem veſtiũ, iuxta ſtatuta Ordinis; ad non vtendum pluribus veſtimentis, quàm illis, quæ Regula præſcribit, nempè vna tunica cum caputio, & alia ſinè caputio, chorda, & femoralibus: declarando, aliud quodvis veſtimenti genus vltrà prædicta (excepto mantello ab initio Religionis licito) vt induſias, ſeù camiſias, ſudariola, tunicellas, & ſimilia, eſſe contra Regulam, niſi adſit vera neceſsitas à præcepto excuſans per Prælatum approbata; ac demum teneri ad capitale præceptum Religionis Fratrum Minorum de non recipiendis denarijs per se, vel per interpoſitam perſonam.

Ex eodem.

Abrogantur quæcumque in contrarium.

Et nè Fratribus maneret vllus excuſationis prætextus, omnes, & ſingulas diſpenſationes conceſsiones, & conſuetudines, ſi quæ contrà præmiſſa in corpore Obſervantiæ reperiantur, eodem motu proprio revocat, caſſat, irritat, & annulat. Quod anteà etiam Vrbanus VIII. fecerat.

Ex eodem, & Conſt. Vrban. VIII. *Sacroſanctũ* ann. 1625.

Has

Cōtra dogmatizantes, puniendi.

Has itaquè Apoſtolicas declarationes recipientes:ſtatuimus, vt ſiquis Fratrum contraria eis dogmatizare,docere,aut ſeriò affirmare præſumpſerit, vt errans in Regula noſtra, pœna carceris puniatur,donec reſipiſcat.

Pro eiſdem.

Exhortatio ad Regulæ obſervationem.

Qua propter omnibus,& ſingulis Fratribus diſtrictè præcipimus, vt ſuæ profeſsionis inſtituto omninò incumbant,ipſius præcepta tenacitèr memoria retineant, ſanæ eorum intelligentiæ ſedulò ſtudeant, & executioni indefeſsè manum apponant,vt Regulam, quam firmiter, Deo inſpirante,promiſerunt, inviolatè, ipſo auxiliante obſervent.

Ex Segov. 1611.

Textus Regulæ ſingulis ſextis Ferijs legendus.

Vt autèm ſuæ profeſsionis memoria Fratribus iugitèr innovetur:ſtatuimus, iuxtà primævam, & nunquàm interruptam Ordinis conſuetudinem; vt ſingulis ſextisFerijs,Regulæ textus completè in refectorij communitate legatur; & poſt ipſum S. P. N.Franciſci ad Fratres proRegulæ obſervatione exhortatio, quæ incipit: *O dilectiſsimi Fratres, &c.* ac ipſius contra tranſgreſſores maledictio, quæ incipit: *A te ſanctiſsimè Pater, &c.* & ſimiliter eodem die aut Sabato, eiuſdem S. P. N. Teſtamentum,quod,vice vltimæ exortationis,ad Regulæ obſervationem habemus,& vt poſtrema tantiParentis ab filiòs verba ſpiritu plena veneremur. Prælati verò locales, qui prefatam lectionem omitti permiſerint, propriorum officiorum ſuſpenſione puniantur.

Ex Ant. & numquã interrupta Ord. conſuet.

Similiter exhortatio, & maledictio S. P. N Franciſci,

Declarationes Nicol. III.& Clem V. quando legendæ.

Et vt ſana eiuſdem Regulæ præceptorum intelligentia renovetur, ſub eadem pœna præcipitur, vt declatationes ſuper ipſam predictorum Pontificum Nicolai III. & Clementis V. ter in anno per integrum, ad menſam legantur, ante lectionem ſtatutorum.

Ex prim. Barch.&Segov, 1611.

In-

Seſsio de Regulæ obſervatione, in Capitulis & Congregationibus habenda.

Ex Tolet. 1633.

Inſuper, vt memorata Regulæ obſervatio, ac regularis inſtituti noſtri diſciplina, in omnibus Provincijs exactiùs ſtabiliatur: ſtatuitur, vt in ſingulis Capitulis Prouincialibus, & Congregationibus intermedijs, fiat ſeſsio determinata Diffinitorij, in qua Patres vnicè, de regularis diſciplinæ conſervatione, ac promotione agant; ibiquè ſeriùs conſulant de extirpatione abuſuum, ſi qui irrepſerint, atquè de medijs, & remedijs convenientibus pro rerum neceſsitate, provideant. Capitulum autem, vel Congregatio, in qua de præmiſsis actum non fuerit, ſuſpitionis inobſervantiæ notam incurrat, & Diffinitorij Præſes per ſuperiorem puniatur.

§ II. *De Obedientia.*

Obedientia Romano Pótifici à S. Fũdatore nomine totius Ordinis promiſſa.

Ex Regul. cap. 1.

A ſpeciali obedientia Sanctiſsimo Romano Pontifici, Chriſti in terris Vicario, & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ exhibenda, tanquam penitùs immobili ſui Ordinis fundamento, voluit Patriarcha Seraphicus ſui Apoſtolici inſtituti ſtructuram incipere, dum in limine Regulæ dixit: *Frater Franciſcus promittit obedientiam, & reverentiam Domino Papæ Honorio, ac ſucceſſoribus eius canonicè intrantibus, & Eccleſia Romana.*

Intimatur omnibus Fratribus.

Ex declar. Mart. V. Aſſis 1410. c. 1 & Salm. cap. 1.

Hanc promiſsionem, vt nomine omnium Fratrum præſentium, & futurorum emiſſam, intelligentes Maiores noſtri, ſtatuerunt, vt omnes Fratres reverentiam exhibeant, & honorem, promptam obedientiam, & firmiſsimam fidelitatem Sanctiſsimo Domino noſtro Papæ, ac Sacræ Sedi Apoſtolicæ, ſicut adhuc ſpecialiter ex principio, & fine Regulæ obligantur.

Digitized by Google

Adimplenda opere, & proſitenda verbō. Nos verò veſtigijs adeò catholicis inhærentes, huiuſmodi ſtatutum innovamus, & Fratres omnes ad cuiuſvis Apoſtolici mandati adimpletionem exhortamur; præcipimuſque, vt ſi quem Fratrem (quod Deus avertat) ſuſpectum de mala doctrina circa obedientiam Apoſtolicæ Sedi debitam ſufficienter noverint, ad Tribinal, quod de hoc crimine cognoſcere poſsit, ſtatim deferant. *Ex eiſdem, & Valliſ. 1593.*

Obedientia Miniſtro Generali præſtanda. Ex vi etiam eiuſdem Regulæ, omnes, & ſinguli Fratres tenētur ad præſtandam Generali Miniſtro obedientiam firmam, abſolutam, & extenſam ad omnia, quæ promiſerunt Domino obſervare, & non ſunt contraria animæ ſuæ, & Regulæ noſtræ.

Pœnæ in rebelantes, & irreverentes. Si quis autem auſu temerario, obedientiæ Generali Miniſtro debitæ, per ſe, vel per interpoſitam perſonam ſeſe oppoſuerit, vel quovis quæſito colore contradicere, aut adverſus eum rebellare, aut ipſum irreverentibus, & iniurioſis verbis afficere præſumpſerit, is quocumque ſuffragiorum iure ſexennio careat, ac ſemeſtri carceris pœna, vel graviori etiam pro qualitate delicti, puniatur. *Ex eiſdem.*

Cæteris ſuperioribus, reſpectiuè obediendū. Omnes deinde ſubditi ſuperioribus ſuis parere, & obedire tenentur, ita vt omnes Religioſi Conventus Vicarijs; Vicarij, Guardianis; Guardiani Provincialibus; Provinciales Comiſſarijs Generalibus; & Comiſſarij Generales Generali Miniſtro, ac quilibet eorum ſuperioris ſui ſuperiori, cum effectu pareant. *Ex Tolet. 1583.*

Pœna inobedientis cōtumacis. Si quis autem ſuo Prælato inobediens contumax fuerit, incarceretur, & in carcere in pane, & aqua plectatur, donec reſipiſcat, & humiliter obedientiæ ſubijciatur. *Ex Valliſ. 1593.*

***

§. III.

Digitized by Google

§. III. *De Caſtitate.*

Eminentia caſtitatis Minoribus præcepta.

SICUT in alijs virtutibus profeſsione religioſa promiſsis, ita & in puriſsima caſtitate voluit Seraphicus Pater, ſuum Ordinem eminere. Hinc non ſolùm quæcumque inhoneſta facta, ſed quidquid huius rei ſcandalum, aut ſuſpicionem excitare poſſet, præceptis prohibuit: ſuſpecta conſortia, aut conſilia mulierum omninò vetuit: ingreſſum in Monaſteria Monialium interdixit: ac vt Fratres non fiant Compatres, ne hac occaſione inter Fratres, vel de Fratribus, ſcandalum oriretur, præcepit.

Ex Salm. c. 1. iuxt. Regum c. 11.

Exhortatio ad purã eius obſervantiã.

Iuxta hanc itaque ſublimiorem Parentis noſtri diſciplinam, omnes Fratres inſtanter monemus, vt non tantùm à malo, ſed etiam ab omni ſpecie mali caveant, evitentque omnia conſortia, ſequeſtrationem, familiaritatem, converſationem, & colloquia, ex quibus aliqua probabilis inhoneſti ſuſpicio oriri poſsit, etiamſi ſano candidoque animo, & bona mente, fiant.

Ex eiſdem Salm. cap. 11. & Vallis. 1593.

Mandatum de executione pœnarum in tranſgreſſores.

Prælatis autem præcipimus, vt ſuper his omni cura invigilent, præcavendo, & caſtigando quidquid præfatis præceptis contrarium fieri intellexerint, & omninò exequendo pœnas contra caſtitatis tranſgreſſores in his ſtatutis ponendas, dum agatur de correctione delinquentium.

Pro eiſdem.

§. IV. *De Paupertate in communi.*

Minorum paupertas qualis.

ALTISSIMA paupertas, quam ex regulæ noſtræ præſcripto profitemur, cõſiſtit in abdicatione omnium rerum temporalium, tam in communi, quàm in particulari. Vi cuius, nec to-

Ex declarat. Reg. Nicol. III. & Clem. V. & Conſt. Auxim. obſer. an. 1461

Digitized by Google

tus Ordo, nec eius aliqua communitas, nec particulares Fratres habere poſſunt dominium, poſſeſſionem, vel vſufructum, aut ius vtendi, vllius rei temporalis.

Solius vſus facti rerum capax.

Poſſunt tamen habere ſimplicem facti vſum rerum neceſſariarum, tam ad vitæ ſuſtentationem, quàm ad ſui ſtatus executionem; quem vſum nulla profeſsio tollere valet, & quo carere non poteſt vita mortalium. Atque hanc fuiſſe mentem S. P. N. Franciſci Regulæ conditoris, Nicolaus III. & alij plurimi Summi Pontifices declaraverunt. Ex eiſdem.

Dominium rerum, quibus vtimur, Sedes Apoſtolica habet

Dominium autem, & omne ius rerum, quæ ad vſum Fratrum à benefactoribus alienando elargiuntur, Sedes Apoſtolica habet; omnium enim Eccleſiarum, Conventuum, ac omnium mobilium præſentium, & futurorum, quæ Fratribus offeruntur, vel donantur (ſi ſecùs donantes non exprimunt) totum ius, ac dominium Sedes Apoſtolica, vel Perſona Romani Pontificis, in ſe recipit, ſibique plenè, & liberè omnia iſta attribuit, & ad ipſam pertinere conſtituit. Ex eiſdem.

Huic ſummæ paupertati facta, dictaque cōformanda.

Quocircà monemus, & in Domino exhortamur omnes Fratres, tam prælatos, quàm ſubditos, vt cuiuſvis rei temporalis vſu ipſi conceſſo, præfatæ altiſsimæ paupertati mentem, dicta, factaque omninò forment, ita vt non ſolùm ab omni affectu proprietatis ſint alieni, ſed nec vlla actio, aut verbum ore, vel ſcripto ab ipſis prodeat, quibus, vel minimum ius in res temporales, ſe, aut Ordinem ipſum habere, vtcumque ſignificetur. Pro eiſdem, ex S. g. 1621.

Secùs autem facientes, vt proprietarij puniatur.

⁂

Præceptum de non recipienda pecunia maximè zelandum.

CVM Regula diſtrictè præcipiat, vt Fratres non recipiant pecuniam, per ſe, vèl interpoſitam perſonam, & hoc ex Apoſtolica declaratione ſit capitale præceptum Ordinis Fratrum Minorum; ordinamus, vt Prælati eius obſervationi omni cura invigilent, exequentes in quoſcumque Fratres ipſius tranſgreſſores pœnas in his ſtatutis impoſitas.

Ex Regul. c. 4. & declar. Apoſt.

Ex Roman. 1600.

Vſus denariorum quo modo Minoribus prohibetur.

Circa quod Sanctiſsimus Dominus noſter Innocentius XI. noviſsimè declaravit, ipſo non ſolùm Nobis prohiberi proprietatem pecuniæ, ſed etiam vſum: Aliarum enim rerum neceſſariarum (inquit) poſſunt Fratres Minores de corpore obſervantiæ habere vſum, licèt non dominium; at pecuniæ nec vſum, & proinde quævis cŏtrectatio pecuniæ, quæ non ſit purè naturalis, ſeu quæ ſit quovis modo politica, cuiuſcumque Domini ſint denarij, ſeu pecunia, Fratribus Minoribus Obſervantibus, ſeu de Obſervantia, eſt omninò prohibita.

Ex motu prop. Sanctiſsimi Domini noſtri Innoc. XI. *Sollicitudo Paſtor.* ann. 1679.

Recurſus ad amicos ſpirituales licitus.

Pro neceſsitatibus autem, quæ alia via expediri non valent, poſſunt Prælati, & de eorum licentia, alij Fratres, ad amicos ſpirituales recurrere, qui ſua propria pecunia res Fratribus neceſſarias emant, vel pecuniam ipſam alijs tradant, vt, dantis nomine, eam in præfatis Fratrum neceſsitatibus ſubveniendis expendant, vel ipſam Syndico Apoſtolico conferant pro eiſdem neceſsitatibus, nomine Sedis Apoſtolicæ, expendendam.

Ex Regul. c. 4. & declar. Nicol. III. Clem. V. & alior. Pont.

Non eſt cŏtra præceptum de non recipienda pecunia.

Iſti autem dici non poſſunt perſonæ interpoſitæ Fratrum, cùm Fratres non recipiant, nec expendant pecuniam per ipſos, ſed ipſi ſua propria, vel dantis pecunia, ea, quæ Fratribus neceſſaria ſunt,

Ex Salm. c. 4. & Tolet. 1583.

Digitized by Google

ſunt, comparent; vt plures Summi Pontifices declararunt.

Qua neceſſitate ad ipſos poſsit recurri.

Ex Conſt. ant. c. 3. & Rom. 1611.

Ne autem debita, circa recurſum ad amicos ſpirituales, ſeu ad pecuniam, obſervatio collabatur: ſtatuitur, vt Religioſi nullomodo ad pecuniā recurrant, niſi exiſtente vera præſenti, vel imminenti neceſsitati, determinata quidem, ſicut ex Regula ipſa, & declarationibus Summorum Pontificum tenentur.

Qua licentia, & authoritate.

Ex eiſdem, & prim. Barch. & Burdigalen.

Cùm verò talis neceſsitas extiterit, qui eam habuerit, ſuo Provinciali, vel in eius abſentia, Guardiano, & neceſsitatis qualitatem, & pecuniæ procurandæ quantitatem manifeſtare tenetur, quatenùs de alterutrius licentia, ſeu commendatione, & non aliter, pecunia ipſa poſsit procurari; cùm Regula ſolis Miniſtris, & Cuſtodibus hunc recurſum per amicos ſpirituales ad pecuniam concedat, ac proinde alij Fratres non poſsint, niſi quatenùs ipſis à Prælato ſua licentia talis cura commendatur, præfatum recurſum habere.

Qua circūſpectione eſt concedenda licentia.

Ex eiſdem.

Diſtrictè autem Miniſtri, & Guardiani conſcientias oneramus, ne licentiam præfatam concedere audeant, niſi diligenti examinatione præmiſſa, tùm neceſsitatis, tùm quantitatis pecuniæ; cùm ſolùm, pro præexpoſita neceſsitate ſupplenda, adhuc ipſi recurſus ille in Regula concedatur.

Apud quem pecunia amici ſpiritualis eſt deponenda.

Ex eiſdem, & Conſt. Apoſt. Mart. IV. Mart. V & Paul. IV. recē pris. Segov. 1621.

Pecunia autem ſic licitè procurata pro vera, determinata, præſenti, vel imminenti neceſsitate, ſi de conſenſu dantis alicubi deponenda eſt, vt expendatur, tunc de Miniſtri, vel Guardiani licentia, apud Syndicum ſolummodò conſignetur, vt eam in eiſdem neceſsitatibus duntaxat, expendat, vel nomine elargientis, vel Sedis Apoſtolicæ, ad quam dominium pecuniæ licito modo oblatæ pro Fratrum neceſsitatibus ſpectare, iuxta decreta

Apoſt.

Apoſtolica Martini IV. & Martini V.& Pauli IV. declaramus.

Pœna in ſecus procurantes, vel deponentes.

Qui verò ſecus pecuniam procuraverit,vel pro curatam depoſuerit, vel deponi fecerit apud alium, niſi apud Syndicum pœnis proprietariorum ſubiacet. Ex eiſdem.

Licentia etiam eſt neceſſaria pro expendenda pecunia.

Et ne quis ſuo arbitrio, ſed ſolius Prælati)etiam iuxta largientis voluntatem)pecuniam ipſam conſumere per ſe,aut per alios poſſit:ſtatuimus ſub eadem proprietatis pœna, ne quis Fratrum, abſque particulari Miniſtri, aut Guardiani facultate, & aſſenſu,pecuniam ſibi oblatam, etiam pro neceſſitate præſenti, vel imminenti, & modificationibus iuxta Apoſtolicas ſanctiones ſervatis, conſumat. Ex Roman. 1600.

Non eſt dãda in vniverſum.

Nec Prælatorum quiſquam alicui ſubditorum licentiam in vniverſum concedat; ſed peculiaris facultas ſit ſemper neceſſaria ad quaſcumque, etiam, minimas res comparandas. Ex eiſdem.

Scriptum de recepta pecunia, quomodo faciẽdum, vel non.

Et vt paupertati noſtræ etiam verba correſpondeant, præcipimus omnibus Fratribus Prælatis, & ſubditis, vt nullam litteram,vel inſtrumentum conficiant, nec confici permittant, in quibus proteſtentur, ſe pecuniam recepiſſe: poſſunt tamen verbo,vel ſcripto dicere,tantam quantitatem pecuniæ datam, vel legatam per modum eleemoſynæ pro ſua neceſſitate ab aliqua perſona eſſe acceptam,& ſibi plenè ſatisfactum. Ex Conſtit. ant. c 3. & prim Barchinon.

Pœna in cõtrectantes, vel retinentes pecuniã.

Quicumque Frater pecuniam ſuper ſe portaverit,vel manu propria contrectaverit,vel in cella retinuerit,pœna proprietarij puniatur: Si verò ſecunda vice repertus fuerit huius criminis reus, mulcetur pœna carceris prolixiori. Ex eiſdem.

Quæſtus pecuniarij prohibiti.

Omnes Quæſtus pecuniarij, ſiuè in Ecleſia; ſivè extra Eccleſiam, ſivè per Tertiarios, Donatos, ſi- Ex Cap.Gener. Barch. 1508 & ex Rom. 1612

ſivè per alios ſæculares procurati, Fratribus conſentientibus, omninò prohibentur: Guardianus autem, qui conſenſerit, amoveatur ab officio; qui verò pecuniam procuraverit, carceri mancipetur per menſem integrum, & confuſibiliter ex illo loco eijciatur.

Adhuc pro ſolvendis fructibus & alijs iam emptis.

Ex Roman. 1611.

Siquis autem in plateis, vel vicis ſteterit ad eleemoſynas petendas à prætereuntibus, vt pro herbis, fructibus, aut alijs venalibus, quæ apud ſe empta habent pretium ſolvant, nulla interpoſita appellatione, carceri mancipetur per menſem; Guardianus autem, qui iuſſerint, vel conſenſerit, privetur officio.

Etiam oblationes pecuniariæ, & trunci in noſtris Eccleſijs.

Ex Aſsis 1526. Tol. 1583. & Salmat. c. 4.

Oblationes pecuniarias in Miſsis novellis, & in die indulgentiarum, aut alijs feſtivitatibus permitti prohibemus, ſub pœna proprietatis impoſita; nec trunci, ſeu Cyppi, in noſtris Eccleſijs apponi permittantur, etiam pro conſervandis Confraternitatibus.

Petere à Cōfeſſario ſubdito pecuniam, nefas.

Ex Toletan. 1583.

Siquis autem Prælatus ita ſuæ profeſsionis immemor inveniretur, vt pecunias, ſeu denarios à Confeſſarijs ſibi ſubditis peteret, aut exigeret, pœna proprietatis omninò puniatur.

Confeſſarij pètētes, aut recipientes à pœnitentibus, quomodo puniendi.

Ex Carpen. 1521. & Rom. 1611.

Confeſſarij verò, qui à confitentibus pecuniam exegerint, vel etiam pro ſe ipſis oblatam, vel alijs reſtituendam acceperint, vel apponi fecerint in Cella, vel alio loco; vltra pœnam proprietarijs impoſitam, facultate audiendi Confeſsiones priventur, & ab eo loco in alium expellantur, nec eò iterum redire poſsint, niſi de licentia in ſcriptis Prælati Generalis, & per menſem integrum carceri mancipetur: Quòd ſi de hac re fuerint aliàs convicti, per annum incarcerentur, in cuius ſingulis ſextis Ferijs, coram Fratribus pane tantum, & aqua veſcantur.

§. VI.

Digitized by Google

§. VI. De Syndico Apoſtolico.

Syndici Apoſtolici neceſsitas.

CVM Sedes Apoſtolica (vt ſuprà declaratum eſt) dominium, proprietatem, & ius omne rerum omnium mobilium, & immobilium ad vſum Fratrum Minorum conceſſarum, quibus Fratres ipſi vti poſſunt, & quarum dominium dantes ſibi expreſsè nõ reſervaverint, in ſe ipſa, nullo medio, receperit; conſequenti, & congruentiſsima providentia Summi Pontifices ſtatuerunt, vt pro locorum indigẽtia eſſent aliquæ perſonæ (quæ de noſtro Ordine non ſint) quibus adminiſtratio predictarũ rerũ iuxta, ac pro Fratrum neceſsitatibus cõcederetur: & iſti appellantur Syndici Apoſtolici. Ex declar. Nicol. III. Clemen. V. Martin. IV. Paul. IV.

Eius nominatio, & inſtitutio.

Ipſorum nominatio Miniſtris Generalibus, & Provincialibus, & Cuſtodiarum Cuſtodibus eſt conceſſa; inſtitutio autem, ſola præmiſſa illorum nominatione, à SummoPontifice fit, vi cõſtitutionum Apoſtolicarum; quarum virtute legitimi adminiſtratores, œconomi, Syndici, & actores Sedis Apoſtolicæ pro præfatis rebus conſtituuntur; relicta prædictis Prelatis facultate factam nominationem revocandi, & alias perſonas nominandi. Ex Cõſt. Apoſt. Mart. IV. *Exultãtes*, & Mart. V. *Amabiles*, & Paul. IV ex Clement. VIII. ann. 1555.

Ipſius authoritas, & vſus diverſus.

Syndici Apoſtolici authoritas, & vſus ſtrictior, aut latior eſſe poteſt, ſecundùm quòd à diverſis Pontificibus conceditur, ſalva Regulæ puritate: Nicolaus III. & Clemens V. ſtrictiorem: Martinus IV. & Martinus V. & Paulos IV. latiorem conceſſere, & iſtorum conceſsionem in Prouincijs purè Obſeruantibus admiſſam eſſe declaramus. Ex declar. & Conſt. Apoſt. cit.

Authoritas Syndici quo Obſervantia [...]tiitur.

Iſte itaque Syndicus, habet authoritatem recipiendi nomine Sedis Apoſtolicæ omnia immobilia, & mobilia, etiam pecuniaria à benefactoribus data, vel teſtamento relicta, pro Fratrum neceſsitatibus, prout eis licet ex Regula, vel declaratio- Ex Conſt. Apoſt.

ne Regulæ: item vendendi ex illis ea, quorum ipſis vſus non licet, vel minùs vtilis iudicatur, & eorum pretium accipiendi pro eiſdem neceſsitatibus: item convertendi iſta, vel eorum pretium, & alias eleemoſynas pecuniarias in ſubventionem earumdem neceſsitatum, ſicut, & quando à Prælatis, vel Fratribus de eorum aſſenſu, fuerit requiſitus: item petendi in iudicio, nomine Eccleſiæ Romanæ, omnia ex illis iniuſtè retenta: & generalitèr procurandi in omnibus cauſis pro rebus, & locis, Fratrum vſui conceſsis, ad ipſam Eccleſiam ſpectantibus, necnon pro immunitatibus, libertatibus, iuribus, & privilegijs, ac indulgentijs eorumdem, in iudicio, & extra illud.

Qua neceſſitate ſit Syndico ipſo vtendum.

Declaramus autem, quòd authoritas prædicta conceſſa Syndico recipiendi, & expendendi eleemoſynas pecuniarias, vel res in pecuniam convertendas, intelligitur pro veris, præſentibus, vel imminentibus neceſsitatibus, aut Conventuum, aut Fratrum; nam hæc eſt voluntas Papæ illarum Domini, vt Paulus IV. declaravit illis verbis: *Prout eis licet ex Regula, vel ex declaratione Regulæ*: ac proindè Fratres aliter Syndico vti non poſſunt.

Ex Roman. 1611. & Cõſtitut. Apoſt. Paul. IV. cit.

Conceſsio huiuſmodi Syndici non eſt diſpenſatio in Regula.

Item intimamus, conceſsionem huiuſmodi Syndici non eſſe diſpenſationem in Regula, nec eius vſum puræ ipſius obſervationi vllatenùs contrariari: quod idem Paulus IV. poſt eiuſdem conceſſionem declaravit, ſubiungens: *Nec propter præmiſſa, Fratres Minores huiuſmodi contra Regulam S. Franciſci, quam profeſſi ſunt, & profitebuntur in futurum, ſive contra ſtatuta regularia ſui Ordinis huiuſmodi, in aliquo facere, nec feciſſe, immò cum illius obſervatione quoad hoc, & pura, & ſana conſcientia, ſine alicuius ſcrupulo, vixiſſe hactenus, & in poſterum vivere, &c.*

Ex eiſdem. Conſt. Paul. IV.

At-

Digitized by Google

Eſt modus proviſus à Papa pro puriori obſervatione Regulæ.

Atque idem noviſsimè declarauit Sanctiſsimus D. N. Innocentius XI. de Syndicis inſtitutis, ſivè iuxta vnam, ſive iuxta alteram ex prænarratis conceſsionibus: *Cùm eorum vſus* (inquit) *non ſit diſpenſatio in Regula, ſed modus à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris proviſus pro puriori illius obſervatione.* Syndicus enim non eſt interpoſita perſona Fratrum, ſed Papæ, qui ipſi vt ſuo Procuratori præcipit, vt pecuniam in dominium Sedis Apoſtolicæ recipiat, & receptam in Fratrum neceſsitatibus ſubveniendis expendat.

Ex motu propr. S.D. N. Innocentij XI. *ſollicitudo.*

In quovis Conventu vnus tantū ſit Syndicus

Iuxta hæc igitur ſtatuitur, vt in ſingulis noſtræ Religionis Conventibus ſit dumtaxàt vnicus Syndicus à Miniſtro Provinciali, vel ex eius commiſſione expreſſa, nominandus; cui, ſi opus fuerit, ſubſtitutus poſsit adiungi.

Ex Salmant. c 4. & Tolet. 1583.

Apud eum omnis pecunia eſt deponenda.

Et quia iuxta præmemoratas Apoſtolicas Conſtitutiones eleemoſyna pecuniaria quomodolibet oblata pro neceſsitatibus, ſivè communibus, ſive particularibus ſubveniendis, non poteſt niſi apud Syndicum, ſive eius ſubſtitutum deponi, & per eorum manus dumtaxàt expendi; præcipimus, vt Guardianus, qui per alias manus, quàm Syndici, vel eius ſubſtituti, receperit, vel expenderit, aut recipi, vel expendi permiſerit, pecuniam quamlibet, etiam pro communitate oblatam, proprietarij, pœna puniatur.

Ex eiſdem Salmantic.

Expenſio pecuniæ ab eo petenda eſt, vt eleemoſyna.

Cavendum tamen eſt Fratribus vniverſis, ne tanquam domini proprietarij, pecunias expendi præcipiant, ſed vt pauperes eleemoſynam petentes, eiſdem Syndicis ſuas exponant neceſsitates obſecrantes, & exorantes, vt ocurrenti neceſsitati ſuccurrere velint.

Ex eiſdem, & declarat. Apoſt. Reg.

Nec ab eo computum iuridicum exigendum

Eadem ratione caveant, ne computum iuridicū exigant à Syndicis, tanquam domini proprieta-

Ex eiſdem.

Digitized by Google

rij;ſed ad experiendam fidelitatemSyn dici(ad quã obſervandam poſſunt Fratres ipſum Syndicum exhortari) licitè valent Fratres comp utum naturale cum ipſis Syndicis facere,& vt etiam de eleemoſy nis pecuniarijs pro neceſsitatibus Conventuum,&Fratrum receptis,& expenſis,poſsit clarè, & manifeſtè conſtare.

Non eſt permittendum Syndico,aut alij, vt pecunias in Conventu recipiat.

Prohibemus,ne Syndico,nec alij eius loco ſubſtituto,permittatur,in Sacrario noſtro, vel in quocumque alio Conventus loco,pecuniam pro celebrandis Miſsis, nec ob aliam quamcumque cauſam recipere,ſub pœna Guardiano, Vicario, vel Sacriſtæ permittenti, privationis ſuorum officiorum.

Sinè Sindico nil védi, aut emi poteſt.

Sine Syndico,vel Procuratore ipſo,nihil vendi, nihil emi,vel commutari licet Fratribus, ſive Prælatis,ſive ſubditis,iuxta Regulam, & eius declarationes. Qui ſecus fecerit, vt proprietarius puniatur. Ex eiſdem, & Salm.c.4.

Fratribus inſtrumenta venditionis facere non licet.

Quocirca ſtatuitur, vt nulla inſtrumenta publica fiant à Fratribus capitulariter congregatis, aut quocumque alio modo ſe habentibus, in quibus transferatur dominium, vel proprietas alicuius Capellæ,ſive ſepulturæ;cùm hoc omninò ſit contra Regulam,& noſtrum inſtitutum. Ex eiſdem, Tolet.

Quomodò à Syndico, dum oportet, facienda ſunt.

Si tamen occaſio ſe obtulerit, in qua oporteat ſatisfacere devotæ fidelium voluntati, id fiat per modos noſtræ Regulæ, & inſtituto congruentes: Syndicus enim nomine Sedis Apoſtolicæ poteſt huiuſmodi dominium, & proprietatem transferre; ſi tamen priùs Fratres ipſi capitulariter congregati,in tribus diſtinctis diebus,decreverint vtilitati Conventus convenire, non tanquam præbentes aſſenſum,ſed tanquàm promentes ſuum de vtilitate iudicium. Ex eiſdem.

§.VII.

Reditus annui nobis prohibiti.

REDDITVS annuos, & quæcumque immobilia, quæ illos producant, habere, omninò Fratribus Minoribus Obſervantibus prohibitum eſt, eo quòd, vi Regulæ, cuiuſvis dominij, proprietatis, & iuris rerum temporalium, tam in communi, quàm in particulari ſunt incapaces.

Ex Clemen. Exiui, c. 6. Conſt. Iulij II. c. 6 Salm. cap. 6. Aſsiſ. 1516. & Segov. 1621.

Nec per Syndicum eos habere licet.

Nec Syndicus Apoſtolicus poteſt immobilia illa, aut annuorum redditu um ius, pro eorumdem Fratrum vſu, ſeu pro eorum ſubveniendis neceſsitatibus in dominium Sedis Apoſtolicæ recipere; quia ſancta ipſa Sedes, cuius eſt Procurator, non vult illa in ſuum dominium recipi, eorumque vſum, vt noſtro inſtituto, paupertati, & mendicitati diſſonum, nobis prohibuit.

Ex eiſdem.

Legata perpetua quomodo poſſunt admitti.

Contingit autem, vt aliqui benefactores legata quædam perpetua, quibuſdam perſonis, vel alicui Reipublicæ, vel hoſpitalibus, aut alij communitati dominij capaci relinquant, ea lege, vt teneantur Fratribus noſtris præſtare ſingulis annis certam elemoſynæ quantitatem, ſive omninò gratis, ſive vt ipſi Fratres dicant certa officia, & Miſſas: & has annuas eleemoſynas, pro ſuis neceſsitatibus per Syndicum recipiendas, poſſunt Fratres, per modum ſimplicis eleemoſynæ, acceptare.

Ex eiſdem.

Proteſtatio ante eorum acceptationem facienda.

In his caſibus ſtatuitur, vt Guardianus, habita notitia legati, faciat proteſtationem, ei qui teſtatoris voluntatem implere tenetur, quòd ad illas eleemoſynas nullum ius habent Fratres ex vi legati, nec poſſunt iuridicè obligari ad illa officia, & Miſſas.

Ex eiſdem.

Ipſa præmiſſa, qualiter acceptanda legata illa.

Si tamen, facta iſta proteſtatione, hæres ex ſua libera volũtate voluerit dare eleemoſynas illas, & committere Fratribus prædicta officia, & Miſſas;

Ex eiſdem.

tunc

tunc Fratres poſſunt eleemoſynas huiuſmodi, per manus Syndici recipiendas, acceptare, & ad dicenda Officia ipſa, & Miſſas, ex fidelitate, obligari.

Proteſtationis neceſsitas qualis.

Eſt autem proteſtatio hæc neceſſaria, iuxta S. Bonaventuræ ſententiam, nè ab ignorantibus noſtrum inſtitutũ, Regulæ noſtræ tranſgreſſores iudicemur: Fiatque in ſcriptis ſub ſigillo Conventus ſequenti forma: Ex eiſdem.

Forma proteſtationis.

Nos Frater N. Guardianus, & Fratres Diſcreti Conventus N. dicimus, ad noſtram notitiam perveniſſe, quemdam N. certam eleemoſynæ quantitatem Conventui diſtribuendam perpetuò gratis, vel forſan pro aliquibus Officijs, aut Miſsis dicendis legaſſe: Cùmquè legata huiuſmodi, niſi per viam ſimplicis eleemoſynæ acceptare, ex inſtituto ſancto noſtro, & iure, Nobis non liceat; ideò per præſentes liberè proteſtamur in Domino, quòd legatum prædictum, tamquam illius incapaces, ex vi legati recipere nolumus, nec intendimus. Si tamen, vel hæres, vel Commiſſarius, vel legatarius ipſius teſtatoris dictam quantitatem per viam ſimplicis eleemoſynæ, omni obligatione, dominio, & proprietate penitùs ceſſantibus, Nobis liberè conferre voluerit, illam ſimpliciter accipiemus, & piæ teſtatoris voluntati, quantum in Nobis fuerit, plenè, & fideliter ſatiſfaciemus. Ex eiſdem.

Facienda in legatis pro particulari.

Atque hanc proteſtationem multò vrgentiùs, in legatis relictis pro Fratribus particularibus faciendam, decernimus. Ex eiſdem, & Toletan. 1583.

Cui tradenda, & vbi ſcribenda eſt proteſtatio.

Præmiſſa proteſtatio à Guardiano, & Diſcretis ſubſcripta tradetur illi, qui teſtatoris voluntatem tenetur implere, & eadem ſcribetur in libro Conventus, vt conſtare poſsit ſuccedentibus Guardianis, hanc Cõſtitutionem fuiſſe adimpletam, Guardianus autem qui contrà fecerit, ſuo privetur officio. Ex eiſdem.

In-

Syndicus principale legati perpetui non recipiat.

Inhibemus autem, ne Syndicus in ſua perſona proprietatem aliquam recipiat, ex qua huiuſmodi annui redditus pro perpetua eleemoſyna Fratribus diſtribuenda relicti, proveniant. Ex eiſdem.

Legata perpetua nec procuranda, nec exigenda.

Fratribus verò præcipimus, vt nullus inducat perſonam aliquam ad eleemoſynam perpetuam noſtro Ordini relinquendam. Nec iam relicta in iudicio exigatur, ſub pœna proprietatis procurantibus, vel exigentibus. Ex eiſdem.

Per modum eleemoſynæ poſſunt peti.

Declaramus inſuper, Fratres ipſos ad perpetua legata quævis petenda, non poſſe ſub eadem pœna recurrere, niſi humiliter, & per modum eleemoſynæ, abſque allegatione alicuius debiti. Ex eiſdem.

Quid faciẽdum de propinis Patronatuum, qui Fratribus cõmittuntur.

Cùm autem non rarò contingat, legatorum quorumdam curam, & rationem Guardianis particularibus, ſivè alijs Fratribus per teſtamenta, & vltimas voluntates fidelium commendari, eiſdem certã pecuniam, eleemoſynæ titulo, ſingulis annis cõſignando; decernimus, eiuſmodi eleemoſynam, cuiuſvis quantitatis ſit, nullo modo licerè Guardianis, vel Fratribus illis, pro ſe recipere, vel expendere ſuo arbitrio; ſed deponendam eſſe apud Syndicum, vt in neceſsitatibus Conventus, vel Fratrum, expendatur. Qui contrà receperit, vel expenderit, pœnis proprietariorum ſubiaceat. Ex Segov. 1611.

§. VIII.

§. VIII. *De eleemoſynis pro Miſsis.*

Eleemoſynæ pro Miſsis à Syndico ſolo recipiantur.

ELEEMOSYNÆ pecuniariæ, quæ pro Miſsis celebrandis offeruntur, non poſſunt, nec debent recipi, niſi per Syndicum, aut eius ſubſtitutum, qui illas pro Conventus, aut Fratrum neceſsitatibus providendis expendet, ad diſpoſitionem Guardiani. Ex Toletana 1583.

Miſſarum oneri qua fidelitate ſatisfaciendũ.

Guardiani autem omnes arctiſsimo conſcientiæ vinculo tenentur fidelitatem ſervare illis omnibus, qui pro Miſsis dicendis, eleemoſynæ ſubſidium Fratribus adminiſtrarunt, ita vt pro ſingulis taxatis eleemoſynis, ſecundùm offerentium intentionem ſingulæ Miſſæ omninò celebrentur, ſervatis Apoſtolicis decretis de celebratione Miſſarum. Ex eiſdem. Decretis S. Congr. Coc. de celebr. Miſſ. auth. Vrbani ann. 1625. in Bullar. t. 4.

Quo etiam Ordine.

Et vt exactiùs in Miſsis dicendis fidelitati conſulatur, præcipimus inviolabiliter obſervandum, vt Guardiani omnes Miſſas ſuo ordine applicent, ſeu faciant celebrari, ita vt quæ primùm ſuſceptæ ſunt, primùm celebrentur. Ex eiſdem.

Omnes Miſſæ pro intẽtione Guardiani dicendæ.

Omnes autem, & ſinguli Sacerdotes in Conventu exiſtentes, Miſſas, quas celebrant, pro intentione Guardiani ipſius Conventus applicare debent ſingulis omninò diebus, exceptis Dominicis. Ex eiſdem.

In Dominicis quomodo applicandæ.

Diebus verò Dominicis, quia per ſtatuta generalia huius Familiæ ordinatum eſt, vt Provinciales Miniſtri ex eleemoſynis ab ipſis procuratis, pro Miſsis in Dominicis celebrandis, in ſingulis ſuæ Provinciæ Conventibus, quantitatem ducentorum ducatorum quolibet anno pro libris emendis inſumant; & reliquæ pro benefactoribus, & defunctis Fratribus dicantur; ſtatuitur, vt, ad præſcriptum huius Conſtitutionis, intentio celebrantium illis diebus, & Guardianorum, applicetur;

aliàs

aliàs onus illarum Miſſarum transfundatur in aliter applicantes.

Quando Fratres particulares poſſint onus Miſſarum recipere.

Inhibemus autem, ne particulares Fratres, cuiuſcumque conditionis exiſtant, Miſſas dicendas ſuſcipiant: niſi fortè pro ſuſtentatione, dùm actu, cauſa prædicationis, vel eleemoſynæ petendæ gratia, inter ſæculares morantur: oppoſitum facientes puniantur, vt proprietarij. Ex Tolet. 1583.

Miſſas pro libris ipſis commendare prohibitum.

Et cùm ſit res evidenter periculoſa Miſſas pro libris commendare Fratribus ſubditis: præcipimus per Sanctam obedientiam, & ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, vt deinceps nullus Frater ſubditus, aut Prælatus, Miſſas pro libris, aut alijs rebus, illis commendet. Ex eiſdem.

Guardiani non relinquant Conuentui onus Miſſarum.

Guardianus autem poſt peractum ſuum officium non relinquat Miſſas dicendas ſine competenti pictantia. Et ſi reliquerit maiorem numerum Miſſarum, quàm centum, quarum ſatisfactio non apparuerit relicta apud Syndicum in pecunijs numeratis pro ſuo ſucceſſore, privetur omnibus actibus legitimis. Ex eiſdem.

In taxatione antiquorum onerũ Synodo Diœceſano ſe accomodent.

Circa taxationem verò Miſſarum, & aliorum obſequiorum, quæ teſtatores reliquerunt, ſine commoda retributione, nimium oneris imponentes; ſtatuitur, vt in omnibus, quæ per ſpeciale Capituli Generalis decretum expedita non fuerint, obſervetur id ipſum, quod in ſimilibus eventibus ſtatutum eſt per Synodos illius Diœceſis, vbi fuerit Conventus. Ex Tolet. 1606. Segov. 1621.

Notandum circa celebrationem Miſſar.

Hæc ita extabant in Conſtitutione Segov. de ann. 1621. verùm quia Vrbanus VIII. ann. 1625. in decreto de celebratione Miſſarum, facultatẽ de his diſponendi, à Tridẽtino Capitulis Generalibus cõceſſam, omninò abſtulit; vidẽdum, ſeriòque conſulendum, quid circa hoc ſtatuendum, & agendũ ſit.

 §. IX.

§. IX. *De Conventibus non inducendis in debita onerosa.*

Medium nõ gravandi debetis Conventum.

GUARDIANI in temporali ſuorum Conventuum, administratione ita ſe gerant, vt ſumptus, eleemoſynas Conventus notabiliter excedentes, non faciant; ſed vbi eleemoſynæ præfatæ pro Fratrum regularibus neceſsitatibus ſublevandis non ſufficere compererint, Miniſtrum moneant, vt Conventum Fratribus exoneret, vel aliter provideat.

Iuxt. Trid. ſeſſ., 25. de Regul. c. 3. & Seg 1613 cap. 3.

Guardianus ex negligẽtia gravans illum deponendus.

Si quis autem Guardianus ex ſola ordinaria conſignati pro Conventu numeri Fratrum proviſione, nulla notabili cauſa, aut ratione de novo emergenti, Conventum debitis gravatum in computo pro Capitulo, aut Congregatione faciendo relinquat, officio privetur, & vt ineptus ad gubernium vltrà non eligatur.

Quomodò ipſum gravare poſsit.

Gravi adhuc cauſa de novo adveniente, Guardianus Conventum in debita onerosa non inducat; nec induci permittat abſque Miniſtri Provincialis conſilio, & aſſenſu; cuius licentiam in ſcriptis, cum expreſsione cauſæ, ad Capitulum, aut Congregationem, ſub eadem pœna, tranſmittere teneatur.

Ex prim. Barchin. c. 3.

Particularis Frater debita non contrahat.

Nullus etiam Frater abſque Miniſtri Provincialis licentia (quam ſine gravi cauſa concedere non debet) ſeſe in onerosa debita inducat, aliter faciens, vt proprietarius puniatur.

Ex eiſdem.

Pro neceſsitatibus non omninò vrgẽtibus, Cõuentus non eſt gravandus debitis.

Cæterùm pro ædificijs conſtruendis, locis mutandis, vel ampliandis, aut pro libris ſcribendis, vel emendis, debita fieri prohibemus, niſi Miniſter Provincialis, de Diſcretorum conſilio, ex cauſa rationabili, viderit diſpenſandum, & diſpenſationem

Ex eiſdem.

nem in ſcriptis dederit, vt congruo tempore valeat præſentari.

§. X. *De depoſitis non admittendis.*

Depoſita in Conventibus non admittenda.

DEPOSITA, præſertim pecuniarum, in noſtris Conventibus non ſerventur; nec claves arcarum, in quibus denarij, vel res aureæ, aut argenteæ continentur obſervandas, Fratres accipiant: ſecùs facientes, vt proprietarij puniantur. Ex Conſt. ant. c. 3. & Salm. c. 3.

Quo vrgenti caſu, & quomodò admitti poſſunt.

Si autem aliquis neceſsitatis articulus emergat, quem Fratres ſine ſcandalo vitare non poſſent, poterit Guardianus cum conſilio, & aſſenſu Diſcretorum, depoſitum ſervare, viſis illis, quæ deponuntur, & accepto ſcripto eorum, manu deponentis ſignato, cum proteſtatione ſcripta, quòd Fratres deponenti de cuſtodia nullatenùs tenebuntur: Nec tamen, in hoc vrgenti caſu, poſsint claves depoſiti habere, nec illud in Cella aliqua particulari cuſtodire, ſed in loco tuto, & communi à Guardiano aſsignando; ſub eadem pœna. Ex Conſt. ant. cit.

Incongrua ſtatui noſtro à Fratribus non cuſtodiantur.

Et ne pietatis prætextu, noſtræ Regulæ tranſgreſsio valeat operiri, præcipitur ſub eadem proprietatis pœna, omnibus & ſingulis Fratribus, ne, vel ratione reſtitutionis faciendæ, vel rem ſecuriùs cuſtodiendi, vel alia quavis cauſa, pecunias, gemmas, aut res aureas, vel argenteas, vel pretioſa quæque ſuo ſtatui incongrua, in ſuis Cellis ſervet, vel alio in loco, ſub ſua cura ſervanda, accipiant: quilibet autem Frater apud quem iſta fuerint inventa, nullo admiſſo pretextu, præfata pœna puniatur. Ex prima Barch. & Rom. 1611.

***

§. XI. *De ſæcularibus non vexandis ob debita.*

Quænam circa debita facere liceat, ſed nō deceat.

QUAMVIS Syndicus Apoſtolicus poſſit debita quarumcumque rerum temporalium, ad vſum Fratrum Minorum pertinentium, nomine Sedis Apoſtolicæ in iudicio petere, & exigere, & contra debitores agere; liceatque Fratribus Syndicum rogare, vt prædita præſtet abſque vlla ſuæ Regulæ tranſgreſsione; quia tamen non omnia, quæ licent, expediunt: præcipimus Guardianis, cæteriſque Fratribus, quibus hac cura demandata fuerit, vt Syndicos moneant, quatenùs in exigendis his debitis, & alijs temporalibus vſui Fratrum vendicandis, mitioribus, quàm fieri poſsit, medijs vtantur.

Ex Conſtit. Apoſt. Mart IV. *Exultantes*; & Paul. IV. & Clement. VIII.

Vexationes quæ ratione debiti fieri prohibētur.

Quocirca inhibemus, ne aliquis noſtræ Religionis Prælatus poſſit per ſe ipſum, neque per Syndicum, aut aliam quamcumque perſonam facere, vt aliquis excommunicetur, detineatur, vel vexetur, ratione debiti cuiuſcumque, ſeu aliorum bonorum; & ſecùs facientes, vt proprietarij puniantur. Subditi verò, qui talia procuraverint, vltra proprietatis pœnam, de Conventu eijciantur.

Ex Lavalen. 1505. & Tolet. 1583.

§. XII. *De moderato rerum vſu.*

Quibus pretioſis in ſacris vti liceat, vel nō.

QUAMVIS domos, & Eccleſias amplas, & ornamenta pretioſa, quæ modò ſunt in vſu in noſtro Ordine, deſeri à Nobis licitè non poſſint, vt Apoſtolica Conſtitutione declaratum, & mandatum eſt: decernimus tamen, vt in poſterum iuxta Clementis V. declarationem, in prædictis omnibus pretioſa, curioſa, & ſuperflua, vt noſtræ profeſsioni non congruentia, recuſentur.

Ex Conſtit. Ap. Leonis X. *Mereatur*; & Tol. 1583.

Cum

Digitized by Google

Prælatis invigilādum, ne Fratres ſuperfluis vtātur, aut neceſſarijs careant.

Cùm ex decreto Concilij Tridentini Regulares omnes, voce activa, & paſsiva per biennium privati exiſtant, ſi vel aliquid tamquam proprium poſsidere, ſeu non traditum Superiori, Conventuique incorporatum, tenere, ſint convicti; vel ſi mobilium ſupellex, qua vtuntur, ſtatui paupertatis, quam profeſsi ſunt non conveniat: præcipimus omnibus Superioribus, vt in huiuſce decreti executione (ad quam omninò tenentur) attendant ad ſpecialem noſtræ altiſsimæ paupertatis modum, ac iuxta illum, rerum neceſſariarum vſum Fratribus concedant, nihil ſuperfluum, aut ſtatui Fratris Minoris incongruum, eis permittendo.

Ex Toletan. 1563. & Cōcilio Trid. ſeſſ. 25. de Regul. c. 2. & Decr. Apoſt. Clem. VIII. anno 1599.

Pretioſorū vſus nō permittendus.

Hinc diſtrictè præcipitur, vt Fratres in particulari non habeant ad vſum, nec commodata vaſa aurea, vel argentea, nec eiſdem, aut alijs iocalibus pretioſis vtantur: & quicumque contrà fecerit, habitis expolietur, & pro rei gravitate puniatur.

Ex prim. Barch. c. 3.

Moderatus ſupellectilis vſus iudicio Prælatorum librandus.

Et cùm moderatus rerum vſus non ex arbitrio cuiuſcumque, ſed Prælati iudicio ſit librandus; ideò Miniſtri, & Guardiani, ſecūdùm neceſsitates occurrentes, & qualitates perſonarum, locorum, & temporum, moderatè, & nullatenus profanè debent vſum rerum Fratribus concedere: ſuper quo eorum conſcientias oneramus, ne ſub aliquo colore, ſeu pretextu ampliorem, quàm neceſsitas expoſtulet, ſuppellectilem alicui concedant: eiſdemque præcipimus, ne cuipiam habere permittant curioſa ſcrinia, ſeu ſcriptoria, imagines pretioſas, aut bibliothecas oſtentationi magis, quàm vtilitati, deſervientes.

Ex Toletan. 1583. Rom. 1600. & Roman. 1671. iuxta Decr. Apoſt. Clem VIII. anno 1599.

Quorum nō cōcedendus.

Quando ad hæc, cellæ Fratrum à Prælatis viſitandæ.

Ad hæc exactiùs obſervanda: præcipitur, vt Guardiani bis in anno, Provincialis verò tempore ſuæ viſitationis, cellas Fratrum viſitent, duobus

Ex eiſdem Tolet.

Fra-

Fratribus ex antiquioribus comitati; vt videntes quibuſnam Fratres vtantur, neceſſaria ſuppleant, & ſuperflua auferant: ſine conſilio tamen comitantium nihil ſubſtrahere valeant; nec quidquam ſubſtractum ſibi, ſed Conventui poſsint applicare.

Quænam Fratres à Cõventu inConventuum defferre poſſint.

Quando verò de vno in alium Conventum Fratres tranferuntur ad commorandum, ſecùm non deferant, niſi veſtimenta ſui vſus, & libros ſibi neceſſarios: ſuper quo maximopere invigilare ex ſuo munere tenentur Miniſtri. Ex Salm. 6. 6. & Valliſ. 1593.

Nihil ſupelleƈtilis extra Conventum deponant, ſub pœna.

Siquis autem Frater ſine ſui ſuperioris expreſſa licentia libros ſibi conceſſos, vel alia quæcumque extra Conventum, ſeu locum Fratrum deponat, & à ſæcularibus faciat cuſtodiri, ſeu apud eos ſervari, pæna proprietarij puniatur. Ex prim. Barch. c. 3.

§. XIII. *De largitione munerum.*

Fratres nihil dare poſſunt abſque licentia.

QVIA Fratres Minores nullius rei dominium vel proprietatem habent, ideò nihil intra, vel extra Ordinem dare poſſunt ſine licentia eorum, quibus à Sede Apoſtolica (cuius eſt dominium rerum, quibus vtuntur) committitur. Ex Conſtit. Iulij II. ann. 1508. c. 4.

Quid de levibus.

Nicolaus Tertius conceſsit eiſdem Fratribus, vt de rebus mobilibus, & parum valentibus, pietatis, ſeu devotionis intuitu, vel pro alia honeſta, & rationabili cauſa, poſsint aliqua elargiri, obtenta priùs ſuper hoc ſuorum ſuperiorum licentia, iuxta quod in Capitulis Fratrum fuerit determinatum. Decernimus autem præfatam licentiam debere eſſe expreſſam; & iudicium de parvitate valoris, conſcientiæ ſuperioris eam conceſſuri, committimus. Ex extr. Nicol. III. *Exiui, de para.*

Digitized by Google

Largitiones munerum prohibitæ, & ſub quibus pœnis.

Ex Conſt. Apoſt. Clem. VIII. *Religioſa congregationes.*

Clemens autẽ Octavus ſua ſuper id edita Conſtitutione, omnibus Religioſis, Prælatis, & Subditis cuiuſcũque Ordinis, vel inſtituti, ſub pœnis infamiæ perpetuæ, & vtriuſque vocis, dignitatum, graduum, munerum, & officiorum privationis, & inhabilitatis ad iſta, & ſimilia, præcepit, ne per ſe, aut per alios, etiam indirectè, aliquid liberaliter, vel munere donent, nec inter ſe largiantur, exceptis levibus eſculentibus, & poculentibus, & ad devotionem pertinentibus munuſculis, quæ adhuc non, niſi nomine Conventus, & vbi Superiori de conſenſu Conventus videbitur expedire, poſſe elargiri concedit.

Quibus ex cauſis licitæ.

Ex Conſt. Apoſt. Vrb. VIII. *Nuper à Congregat.*

Verùm circa hæc Vrbanus Octavus declaravit, munera à Religioſis tribui poſſe ex cauſis gratitudinis, conciliationis benevolentiæ, eiuſque conſervationis erga ipſam Religionem, vel Conventum, alijſvè cauſis ex ſua natura actum virtutis, & meriti continentibus, modeſtè tamen, & diſcretè, & dummodo id non fiat, niſi de ſuperiorum localium licentia.

Pecunias inſumere in exhibendis convivijs, & prohibitum.

Ex Conſtit. cit. Clem. VIII.

Clemens ipſe, eadem Conſtitutione ſub eiſdem pœnis Religioſis omnibus præcipit, ne in aliquibus perſonis, etiam Benefactore, aut Protectore, vel Ordinario, honorificè, lautè, & opiparè excipiendis, ſeu quibuſvis convivijs, comeſſationibus, aut compotationibus, eiſdem, aut cuivis alteri intra, vel extra Ordinem, exhibendis, vllas pecunias quoquomodo erogent; iniungens etiam eiſdem Religioſis, vt in hoſpitibus potentioribus recipiendis, ita ſe gerant, vt in eis frugalitas, & paupertas religioſa prorſus eluceat: decet enim eos refectorio communi cum Religioſis, menſaque, & ferculis communibus, nequaquam à cæteris diſtinctis, contentos eſſe.

Digitized by Google

Prohibitio moderatur.

Idem tamen Vrbanus declaravit, comeſſationes, compotationes, & convivia in excipiendis præſertim Benefactoribus, Protectoribus, vel Ordinarijs, honorificè, & lautè, cenſeri tantummodò prohibita, ſi decentiæ ſtatus regularis adverſentur. Ex Conſtit. Vrbani VIII.

Moderationibus ſolummodo vtendū ad præſcriptum Regulæ.

Præfatam Clementis Conſtitutionem cum declarationibus Vrbani, in quantum iſtæ ſtare poſſunt cum noſtra altiſsima paupertate, & precepto Regulæ de pecunia, aliunde nos obligante, omninò obſervari præcipimus, & obligationem reſtituendi aliter recepta, in eiſdem Conſtitutionibus contentam, & declaratam, de novo intimamus.

§. XIV. *De veſtimentis Fratrum.*

Integrum Fratrum iuxta Regulam veſtimētum

IVXTA Regulam, integrum Fratrum Minorum veſtimentum, vna tunica cum caputio, & alia ſine caputio (qui voluerint) chorda, & femoralibus tantummodo conſtare debet, vt Conſtitutionibus Apoſtolicis declaratum eſt. Quibus etiam vſus mantelli ab initio Ordinis praxi receptus, licitus declaratur. Ex decl Nicol. III. & Clem. V. Vrba. VIII. *Sacroſanct.* an 1625. & Mot. prop. Inoc. XI. *Sollicit.* anno 1679. q.

Cætera veſtimēta prohibita.

Vltra hæc, aliud quodvis veſtimenti genus, vt induſia, ſeu camiſiæ, ſudariola, tunicellæ, & ſimilia, eiſdem Conſtitutionibus contra Regulam eſſe decernitur, niſi adſit vera neceſsitas à præcepto excuſans, à Prælato probata. Ex eiſdem.

Tranſgreſſores puniēdi.

Hinc diſtrictè præcipitur Provincialibus, & Guardianis, vt graviter, tanquam Regulæ tranſgreſſores, puniant illos, qui inventi fuerint, abſque ſufficienti neceſsitate, Superioris iudicio probata, portare capitergia, ſeu ſudaria circa collum, aut almucia alba, ſive alterius coloris, ſive ex panno, ſive ex tela, aut tunicellas ſtamineas. Ex prim. Barch. c. 3.

Digitized by Google

Pœnæ contra vtentes lineis camiſijs. Severiùs autem puniendos eſſe cenſemus, camiſijs lineis vtentes, cùm ſit, non ſolùm contra Regulam, ſed etiam contra iuris diſpoſitionem: atque adeò quicumque abſque neceſsitate, à Prælato diligenter examinata, & per Medicos noſtri inſtituti conſcios cum iuramento in manibus Prælati probata, camiſijs, ſive truncatis, ſive manucatis, aut linteaminibus vtantur, voce activa, & paſsiva priventur, inhabileſque ad officia Ordinis cenſeantur; & ſi admoniti non ſe correxerint, tribus menſibus carceribus mancipentur. Miniſtris verò præcipimus, vt hac ſuper re maximoperè invigilent. Ex Rom. 1571. Tol. 1583. Valliſ. 1593. & Tolet. 1606 Cap. *Cum ad Monaſt. de ſtatu Monach.*

Culcitra, & linteamina prohibita. Severè etiam puniant Fratres ſanos, qui in dormitorio culcitris, linteaminibus, ac pulvinaribus de pluma vtuntur; cùm hæc ipſis, noſtræ Obſervantiæ antiquis Conſtitutionibus ſint prohibita. Ex prim. Barchin,

Cum habitu dormiendum. Et cùm, iuxta ius commune, Religioſus quivis, ſive in lectulo quieſcens, ſive in quocumque loco conſiſtens, conſtanter vti debeat apta Religionis profeſsioni veſte: iniungimus ſingulis Fratribus, ne vnquam ſine tunica cum caputio, femoralibus, & chorda, quæ ad formã noſtri habitus ſpectant, abſque manifeſta neceſsitate, in lectulo decumbant: & quicumque repertus fuerit ſine habitus præmiſſa forma, in ſequenti prandio, coram Fratrum communitate, abſque habitu in terra comedat. In cap. *Vidua* 20. q. 5. Ex prim. Barch.

Caputium non deſuendum ab habitu. Conſervetur etiam antiquiſsima noſtri Ordinis conſuetudo, à maioribus noſtris præſcripta, & recepta, habendi caputium conſutum habitui, & qui diſutum portaverit, eadem pœna puniatur. Ex eiſdem.

Veſtis vilitas in quibus attendi debeat. Circa veſtis materiam, cùm regula præcipiat, vt Fratres omnes veſtimentis vilibus induantur: ſtatuimus, & ordinamus, vt, iuxta S. Bonaventuræ Conſtitutionem, veſtimenti vilitas attendatur in Ex eiſdem.

 pre-

pretio paritèr,& colore,ita vt in omnibus,quæ ad habitum Fratrum ſpectant, ad imitationem Patrum noſtrorum ſemper in veſtimentis noſtris reluceat aſperitas, vilitas, & paupertas.

Panni qualitas.

Ad hæc in vniverſum præcipitur, vt pannus,ex quo habitus,& mantellus conficiendi ſunt,ſit vilis, chordatæ texturæ;Fratres autem Hiſpani non alio panno,niſi eo, qui vulgò *Sayal* dicitur, induantur. qui contra fecerit, indumentis illico ſpolietur, & arbitrio Superioris puniatur: Prælatus verò, qui conſenſerit, ſuſpendatur ab officio per bimeſtre. Ex Tolet. 1606.

Eiuſdem color.

Color tam habitus, quàm mantelli ſit cinericius, prout frequenter in Capitulis Generalibus præſcriptum eſt, & antiqua conſuetudine receptum: Nec Prælati alterius coloris panno Fratres indui permittant, ſed contrà facientes habitis contra hoc ſtatutum veſtimentis ſpolient. Ex prim. Barch.

Eodem panno omnes Fratres induendi.

Omnes itaque Fratres eodem modo, eiſdem pannis eiuſdem vilitatatis, pretij, & coloris in communi veſtiantur: nullique cuiuſvis qualitatis, vel conditionis, minùſque Prælatis liceat,ſub proprietatis, & privationis officiorum pœna, alio habitu, & mantello vti, niſi eiuſdem pretij, & coloris, quo Fratres communitatis vtuntur: & ne aliquis ſub prætextu eleemoſynæ ſibi à benefactore, vt veſtiatur, elargitæ, præmiſſa tranſgrediatur: præcipitur ſub pœna privationis indumenti, ne quis Frater habitum ſibi confici curet,niſi præſentato priùs panno Superiori ſuo; vt videat,num cõformis ſit illi, quo communitas Fratrum vtitur. Ex Viſit. 1596 approbat. Rom. 1600.&Decr. Apoſt. Clem.VIII. ann. 1599.

Pannus ſemper à ſuperiori videndus.

Difformitas habitus cavenda.

Circa habitus formam,vt ſingularitates, & novitates pernicioſæ vitentur; prohibetur, iuxtà Apoſtolicas ſanctiones, ne Fratres deferant habitus curtos,ſtrictos,inuſitatos,ſqualidos,& novitatis plenos,cùm eiſdem ſanctionibus Fratribus omni- Ex Extr. Ioan. XXII. *Quorumdã.*

Standum ſuperiorum iudicio.

nibus iudicio Prælatorum in his ſtare debere, præſcriptum ſit.

Conformitas ſervanda.

Hinc, vt omnimoda inter Obſervantes vniformitas conſervetur, ſequentia ad præſcriptum antiquarum Familiæ Conſtitutionum obſervari præcipimus, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio Prælatis in eorum obſervatione negligentibus. Ex prim. Barch.

Habitus forma & magnitudo.

Longitudo habitus talis ſit, vt Fratris ipſum deferentis nullomodo ſtaturam excedat, latitudo eius vltra ſexdecim palmos non extendatur, nec minor, quàm quatuordecim palmorum ſit; caſu autem quo, notabilis alicuius corpulentia latitudinem maiorem expoſcat, iuxta Guardiani iudicium protendi poterit. Manicarum longitudo vſque ad extremam iuncturam manuum, & non vltrà, protendatur: latitudo, in extremitate manum pertingente, palmum non excedat. Ex eiſdem. Ex Tolet. 1671.

Forma Caputij.

Caputium, ea parte, qua tegit caput, rotundum ſit, aut quadratum, iuxta conſuetudinem Patriæ; cætera, quæ quaſi mucetam efformant, ſic diſponantur, vt longitudo à parte anteriori, vltra ſex digitos non protendatur; à lateribus, conum iuncturæ humerorum non tranſeat; & longitudo à parte poſteriori, cingulum non excedat. Ex eiſdem. Barchin.

Mantelli menſura.

Mantellus ſit humilis preciſæ neceſsitati inſerviens, non rugatus circa collum, vel criſpus, nec vſque ad terram protenſus, ſed inferior extremitas eius à terra per ſemiulnam, ſeu duos palmos, diſtet. Ex eiſdem, & Tol. 1671.

Chorda qualis.

Cingulum ſit chorda communis, & rudis, omnis curioſitatis expers, vt decet Fratres, qui ex humilitate fune ligantur; Fratres autem, qui curioſas chordas, vel portãt, vel cõficiunt, ſeuerè puniãtur. Ex eiſdem. Barchin.

Curioſitas quævis vitanda.

Et quia non ſolùm mala, ſed quæ ſpeciem mali habent, ſunt à Nobis vitanda: præcipitur Fratribus Ex Tolet. 1583.

bus omnibus ſub nota irreligioſitatis, vt nullam prorſus curioſitatem in veſtimentis deferant, vt ſunt repuncta, & ornamenta nodoſa, quæ græcè *condyli*, vulgò *botones*, appellantur, ex quacumque materia ſint.

Tonſura quo tempore, & qualis facienda.

Ex prim. Barchin.

Quia verò tonſura ad religioſi. hominis habitum aliquatenùs pertinet: ſtatuitur, vt ad quindenam ſemper omnes Fratres radantur, tonſura autem deſupèr aures, nec Clericis, nec laicis fiat; à ſuperiori aurium parte inferiùs omnes radantur; Clericis non modica fiat in vertice capitis tõſura, vt Religioſos decet, talis ſcilicèt, vt circulus capillorum inter tonſuram capitis, & aures, qui coronã format, trium digitorum latitudinem non excedat.

§. XV. *De non portandis calceamentis.*

Fratres tenentur excalceati incedere.

Ex Conſtit. Vrb. VIII. *Sacroſ.* & Innoc. XI. *Sollicit.* 1679.

EX præcepto Regulæ, Apoſtolicis Conſtitutionibus declarato, tenentur Fratres ad incedendum ſine calceamentis, hoc eſt, abſque aliquo, quod pedem cooperiat, cuiuſcumque illud materiæ ſit, niſi adſit vera neceſsitas à Prælato probata.

Sandalia aperta non ſunt calceamenta.

Ex eiſdem.

Calepodia autem, ſeu ſandalia aperta, non ſunt calceamenta, vti ex eiſdem Conſtitutionibus Apoſtolicis habetur, ac proinde cum eis incedere, abſque vlla diſpenſatione Fratribus licet, & decet.

Abſque expreſſa licentia nullus calceatus incedat.

Ex Rom. 1611.

Vt verò omnis occaſio tranſgrediendi hoc præceptum auferatur: præcipimus, vt nullus calceamenta portet, ſeu pedibus coopertis incedat, abſque expreſſa licentia ſui Superioris: Superiorum autem conſcientias oneramus, ne alicui Fratri calceaméto vllo vti permittant, niſi manifeſta neceſſitate cogatur; & ſi quem abſque præfata licentia calceatum repererint, publicam pœnitentiam in refectorio facere compellant.

Si

Pœnæ notabiliter defectuoſi.

Si quis autem ſemel admonitus, in portãdis ſecùs calceamentis notabiliter defectuoſus inveniatur, actibus legitimis privetur, & inhabilis ad officia Ordinis habeatur; & ſi Sacerdos non fuerit, reducatur ad ſtatum Novitiatus per annum. Ex eiſdem Rom. 1612.

Calceamenta pro Miſſis celebrandis habeantur.

Pro Miſsis celebrandis calceamẽta ex corio in communi poſſunt, & debent habere, quibus pro tanti ſacrificij decenti cultu, ſicut alijs ſacris veſtibus, vti poſſunt. Ex prim. Carch.

§. XVI. *De Fratrum neceſsitatibus per Prælatos providendis.*

Providere ſubditis de neceſſarijs, eſt præcipuũ medium obſervandæ paupertatis.

QVANDOQVIDEM Concilium Tridentinũ, ad præcludendum aditum Regulariũ proprietati, eadem vi qua iniungit Prælatis Regularibus, vt nihil ſuperfluum ſuis ſubditis permittant, præcipiat ipſis, vt nihil neceſſarium eis denegetur; hoc, vt præcipuo noſtræ altiſsimæ paupertatis obſervandæ, medio vtendum cenſemus. Triden. ſeſſ. 25. c. 2.

Prælati moneant ſubditos vt ad ipſos recurrãt.

Ad hæc, eiſdẽ Guardianis ſub pœna ſuſpenſionis ſui officij per bimeſtre, iniungimus, vt in ſingulis culparum Capitulis moneant, ac exhortentur ſuos ſubditos, quatenus ipſis confidenter ſuas veras neceſsitates manifeſtent, cũ ſponſione eis providendi: quòd ſi ſubditus monitus non fecerit, inexcuſabilis in proprietate erit: Si autem Guardianus promiſsis non ſteterit, Provincialis moneatur. Ex Toletan. 1633. moderatis.

Neceſsitatũ ſubventioni tenentur ſuperintendere Miniſtri.

Provincialis verò, cui principaliter, hoc onus Regula noſtra imponit, ſub gravi conſciẽtiæ obligatione tenetur Guardianum in providendis ſubditis de neceſſarijs notabiliter defectuoſum ab officio amovere, & alium Superiorem ſubſtituere, qui ſuam conſcientiam exoneret. Quòd ſi non fecerit, per Superiorem Generalem, vſque ad priva- Ex eiſdem.

tio-

tionem officij, & inhabilitatem ad alia, pro rei gravitate, mulctetur.

Cura immediata induendi Fratres Guardianis incumbit.

Quia autem Regula duas neceſsitates, vtpotè notiores, & frequentiores, in ſpecie exprimit, iniungens Miniſtris, & Cuſtodibus, vt in eis providendis ſolicitam curam gerant; nempe induitionis Fratrum, & infirmorum ſubventionis, quibus immediatè per Miniſtros non poſſet pro merito provideri, immemoriali Ordinis praxi ſtabilitum eſt, vt hæc immediata cura in Guardianos tranſeat.

Ex declar. Regulæ, & ex Vallis. 1593. c. 4.

Mandatur ipſis ſub pœna.

Hinc Guardianis ſub pœna privationis ſuorum officiorum præcipimus, vt in ſingulis quotannis, veſtimentum, quo indiguerint, femoralia, & ſandalia, omnibus ſuis ſubditis elargiantur: ſubditi autem teneantur veſtimentum vetus, novo recepto, Guardiano, pro neceſsitatibus communitatis, conſignare.

Ex Toletan. 1583. & Vict. 1596.

Guardiani non induantur, niſi ſubditis indutis.

Et, vt hæc Fratrum induitio celeriori cura fiat: præcipitur ſub eadem pœna Guardianis ipſis, ne ipſimet ex quacumque eleemoſyna, vel quovis pretextu de novo induantur, nec pannum pro ſuo veſtitu recipiant, donec omnibus ſuis ſubditis indigentibus fuerit ſufficienter proviſum.

Ex Burdegal. 1510.

Miniſtrorū obligatio ſuper Fratum induitione.

Provinciales autem, ex transfuſione huius immediatæ curæ in Guardianos, à Regulæ obligatione ipſis impoſita non cenſeantur immunes: tenentur enim ſummoperè curare, vt Guardiani ſuos ſubditos, iuxta præmiſſa, cum effectu induāt.

Ex Toletan. 1583. & Vict. 1596.

Pœnæ in deſides.

Quòd ſi deſides in hoc reperti fuerint, Prælatus Generalis, aut eius Commiſſarius, Fratres indigentes primò indui cum effectu faciat; deinde pœnas in deſides applicet, & in Capitulo, Provincialis, & Guardiani voce activa, & paſsiva, per biennium priventur.

Quia

Digitized by Google

Indigentibus vti p[r]ohibitis, per Guardianos providendū.

Quia verò aliquibus Religioſis fractæ valetudinis, ſeu debilibus, neceſsitas concedit, vt lineis, calceamentis, alijſque rebus interdictis, vtantur; Guardianis ipſis ſub eadem privationis officij pœna præcipitur, vt ſi temporalis Medicus (ſignificata ſibi obligatione Regulæ, & inſtituti noſtri) iuraméto interpoſito declaverit, Religioſum aliquem neceſsitate conſtringi adVſum aliquarum rerum ex interdictis, eius Guardianus illi de omnibus neceſſarijs ſic declaratis omninò provideat, ita vt, ſi neceſsitas ſit vtendi lineis, adhuc communitatis expenſis ea faciat lavare, & reficere.

Ex Tolatan. 1606.

Tenentur ſuper his invigilare Miniſtri.

Super his etiam, & ſuper aſsiſtentia, in omnibus neceſſarijs, gravioribus Patribus, ſenioribus, valetudinarijs, & habitualibus infirmis, invigilare debent Miniſtri: circa infirmos actu, de quibus maior habenda eſt cura, ſequentia ſtatuuntur.

ExReg.c.4. & Toletan. 1583.

§. XVII. *De infirmorum cura.*

Immediata infirmorum cura infirmarijs demandatur.

QVAMVIS omnes Fratres ſtricto Regulæ præcepto teneantur infirmis confratribus ſervire, ſicut vellent ſibi ſerviri; pro ſolertiori tamen aſsiſtentia, & maiori infirmorum commodo, ipſorum immediata cura aliquibus particularibus Fratribus ad id ſpecialiter deputatis, quos infirmarios vocamus, commiſſa, & demandata eſt.

Ex declarat. Nicol. III. & ex Salmant. 1553. c. 6.

Quales debent infirmarij deputari.

Infirmarios iſtos pro ſingulis Conventibus, illis præcipuè in quibus curantur infirmi, tenentur conſignare Miniſtri, viros adeò charitate, patientia, pietate, & diligentia præſtantes, vt cæterorum Fratrum onus in eos transfundi tutò poſsit, eiſque, vbi opus fuerit, de ſimilibus ſocijs providere.

Ex Valliſol. 1593 & Tolet. 1633.

Quid debeant præſtare erga infirmos.

Tenentur infirmarij cum omni diligentia, & ſedulitate, iuxta Regulæ, & charitatis præceptum, in-

Ex Salmant. 1553.

Digitized by Google

infirmis ſervire, ac ſerviri facere, & omnia ad curationem, & ſubventionem eorum, opportunis temporibus adminiſtrare: inſuper & Provincialem monere, ſi Guardianus ipſis de omnibus neceſſarijs non providerit.

Providere de neceſſarijs ad Guardianos attinet.

Guardiani autem tenentur de communibus Conventus eleemoſynis, niſi aliquæ ſpeciales pro infirmorum curatione eſſent deputatæ, ita providere, vt nihil omninò infirmis deficiat. Ex prim. Barchin. & Tolet 1633.

In ſingulis Conventibus ſit locus Infirmariæ.

Vt autem infirmorum curatio commodiùs, ac religioſiùs fiat, decernimus, vt nullus ſit Conventus, qui non habeat locum vnum commodum pro curandis Fratribus infirmis deputatum, quem Infirmariam vocamus, omni ſuppellectili neceſſaria pro ipſorum curatione inſtructum, ac ornatum. Ex Toletan. 1583. & Valliſ. 1593. & decr. Apoſt. Clem. VIII. ann. 1599.

Eius cuſtodia infirmarijs committitur.

Ab eá nihil extrahendū.

Huius Infirmariæ, ac ſuppellectilis eius, curam habeat infirmarius, qui nihil præfatæ ſuppellectilis ab ea extrahere, aut alijs vſibus applicare valeat, etiam dùm in ea nullus infirmus ſit; & ſi ſecùs fecerit, ſevere à Guardiano puniatur: Si verò Guardianus ipſe, aut eius Vicarius id fecerint, aut permiſerint, per bimeſtre ſuſpendantur ab officijs. Ex eiſdem.

Infirmi Cōventuum à populis diſtantium, vbi curandi.

Si autem aliqui Conventus ſint, qui propter nimiam populi diſtantiam, commoditatem non habeant ad infirmos curandos, ad viciniorem Cōventum commodum Fratres infirmi diligenti cura remittantur: & ipſorum Guardiani ſolicitè provideant, vt omnia neceſſaria ſuis infirmis adminiſtrentur. Ex eiſdem.

In ſæcularium domibus non eſt curandus Frater.

Nullatenus verò permittatur, vt aliquis Frater in ſæcularium domibus curetur, niſi ex magna occurrente cauſa, iudicio Provincialis determinata: Guardianus, qui ſecùs fecerit, aut permiſerit, per ſemeſtre ab officio ſuſpendatur. Ex Toletan. 1583.

Cum

Patres privati viſitent infirmos frequenter.

Cùm itaque infirmorum cura omnibus Fratribus per Regulam demādata ſit, ſinguli pro modo ſuo debent eis ſervire. Et primum privati Fratres debent infirmos frequenter viſitare, miſericorditer adiuvare, & piè conſolari in Domino: ac ſi adverterint cum ipſis in aliquo defici, Guardianum, aut etiam (ſi opus fuerit) Provincialem monere. *Ex Tolet. 1633.*

Guardiani, & Vicarij, quotidie.

Deinde Guardiani, & eorum Vicarij, debent ſingulis diebus infirmos viſitare, vt & ſolatio illis ſint, & meliùs, quæ illis neceſſaria ſint, cognoſcānt; ab ipſiſmet inquirentes, an infirmarij ſuum munus fideliter exequantur, & omnia neceſſaria ipſis ſufficienter adminiſtrentur: Et ſi Guardiani infirmarios negligentes compererint, ſeverè eos corrigant, & puniant. *Ex Valliſ. 1593. & Tolet. 1633.*

Infirmarios negligentes puniant.

Vlteriùs Provinciales, vbi infirmos repererint, perſonaliter debent eos viſitare, & ab eis de præmiſsis inquirere, ac in ſuis viſitationibus ſpecialem articulum de infirmorum cura formare: & ſi invenerint, Fratrem aliquem notabiliter defectuoſum in viſitandis infirmis, eum corrigant: ſi infirmarium in officio negligentem, ſeverè ipſum puniant, aut etiam pro qualitate negligentiæ officio, & ſuffragiorum iure privent: ſi Guardianum in debita neceſſariorum pro infirmis ſubventione graviter delinquentem, eum ſtatim ab officio ſuſpendant, poſtmodùm à Diffinitorio Provinciæ pro criminis gravitate, vt inhumanum, & crudelem, privatione officij, & perpetua inhabilitate ad alia, puniendum. *Ex eiſdem.*

Quibus pœnis debeant agere in negligentes.

Inquirant Viſitatores de cura infirmorum.

Denique Viſitatores Provinciarum tenentur, articulo formato de præmiſsis, ſignāter inquirere, & in delinquentes eiſdem pœnis animadvertere: Et ſi ab ipſis Miniſtri in præmiſsis graviter negligentes aut culpati comperti fuerint, vt crudeles *Ex eiſdem.*

per biennium actibus legitimis in Capitulo Prouinciali priventur.

Quid de Provincia circa infirmos defectuoſa.

Debent etiam Viſitatores diligenter inquirere, num in ſingulis Conventibus ſint formatæ Infirmariæ: & perſonaliter examinare, ſi infirmariæ ſufficienti, pro curandis infirmis, ſuppellectili, ſunt inſtructæ; & quæ defecerint, cum effectu ſupplere. Et ſi aliquas Provincias, vel Conventus in his quæ ad infirmorum curationem pertinent, vitioſas invenerint, Prælatum Generalem moneant, & etiam Generali Capitulo; aut Congregationi fideliter referant; vbi pro re adeò gravi de opportuno remedio debet provideri.

In periculo mortis quomodò aſsiſtendum infirmis.

In gravibus infirmitatibus curent Guardiani, vt convenienti tempore, infirmi Sacramenta pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & Extremæ-vnctionis recipiant. Adminiſtrationi Viatici, & Extremæ-vnctionis tota Fratrum communitas, ſono campanæ convocata, aſsiſtat. Et à tempore, quo infirmus in imminenti mortis periculo fuerit conſtitutus, Guardianus Fratres aliquos conſignet, qui ſucceſſivis horis die, noctuque aſsiſtant infirmo, ſuis eum orationibus, & exhortationibus adiuvando: Guardiani autem in præmiſsis negligentes pro qualitate negligentiæ à Superioribus puniantur. Ex Valliſ. 1593.

Morienti Fratri omnes aſsiſtat.

Demùm morienti Fratri, totus Conuentus aſsiſtat, eius exitum ſuis orationibus, & ſuffragijs protecturus: & hoc quando bono modo fieri poterit iudicio Guardiani. Si autem totus Conventus adeſſe non valeat, maior, vel ſaltèm magna pars ipſius vocetur, ſecundum diſpoſitionem præſidentis. Ex prim. Barch. & Toloſan.

(✠)

§.XVIII.

§. XVIII. *De cæteris Regulæ præceptis.*

Præcepta Regulæ quomodo obſervanda.

CÆTERA Regulæ præcepta à Summis Pontificibus Nicolao III. & Clemente V. ſignata, ac declarata, ad præſcriptum declarationum eorumdem obſervanda ſunt, vti ſemper Obſervantiæ Familia tenuit, & cenſuit. Quæ autem pro pleniori eorum obſervatione ſtatuta ſunt, opportuniùs ſuis locis inſerentur. Ex Salm. 1553. c. 1.

In zelo obſervātiæ tepidi minus habiles ad officia Ordinis.

Exhortamur autem Fratres omnes in Domino, vt ſuæ profeſsionis memores, obſervantiæ præceptorum ſuæ Regulæ zelatores ſeſe factis, verbiſque oſtendant: qui verò in hoc zelo tepidi, aut ſegnes notati fuerint, vt minùs habiles ad Ordinis officia habeantur.

Qui à præceptis excuſantur, ſunt inhabiles ad Prælaturas.

Et qui, vrgente habituali neceſsitate, ab obſervatione præceptorum Regulæ excuſantur, ad Ordinis Prælaturas per Conſtitutiones Apoſtolicas, inhabiles cenſentur, vtpotè qui vitam communen non ſequantur. Ex Conſtit. Clem. VIII. & Mot. pro. Innoc. XI. *Solicitudo* anno 1679.

Pœnæ in tranſgreſſores Regulæ.

Si qui verò reperti fuerint, qui nulla neceſsitate vrgente, aut rationabili cauſa excuſante, præceptum aliquod Regulæ tranſgrediantur, pro qualitate delicti, ad præſcriptum horum ſtatutorum, vſque ad incarcerationem, ſuperiorum iudicio, puniantur.

⁂

Digitized by Google

CAP. III.

De Cultu Divino, & alijs exercitijs vitæ regularis.

§. I. De Choro.

Chori cultus, & cura.

CHORVS, vt ſpecialis orationis locus, omni reverentia tractandus eſt, nec in eo quidquam indecens permittendum: eius munditia, librorum, & ſuppellectilis cuſtodia, ac dicendorum, agendorumque in eo præparatio, Magiſtro Novitiorum, aut iuvenuũ committitur. Ex ant. Ordin. cõſuet.

Quo tempore ad eum eſt accedédum.

Statuimus, vt ante cuiuſvis horæ canonicæ initium Fratres omnes, quos cauſa rationabilis non excuſat, ad Chorum conveniant præparaturi Domino corda ſua. Ex prim. Barchin.

Quid faciendum in ingreſſu.

Poſt ingreſſum, ſtatim ſinguli coram Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento genuflexi Chriſtum Dominum adorent, oſculata terra, quæ in conſpectu eorum eſt: deindè vnuſquiſque ad Sedem ſibi convenientem, ſuo ordine, cum ſilentio accedat, ibique abſque vlla exteriori diſtractione in oratione vſque ad principium officij, genuflexus perſeveret. Ex Valliſ. 1593. & ant conſuet.

Dum officium durat, qua vniformitate permanendum

In officio autem, ſimul omnes pro temporis, & officij ratione, ex inſtituto Eccleſiæ, & ex veteri, & probata Religionis conſuetudine, æquè ſtent, inclinent, ac genuflectant, & omnia denique ſimul omnes vniformiter agant, curentque diligenter, vt inter ſe, nec minimum quidem diſcrepent. Ex eiſdem.

Quævis irreverentia ſtatim punienda.

Quævis verò irreverentia in officio, vt murmur, diſcurſus, riſus, vagus aſpectus, & ſimilia non ſolùm Ex prim. Barch.

ſum coërcenda eſt, ſed ſtatim per Superiores puniendа, vel genuflexione, vel in formam crucis poſitione delinquentis.

Serò accedentis pœna. Qui Chorum, incepto iam officio, ingreſſus fuerit, genuflexus ſuam negligentiam in medio Chori recognoſcat, & antequam à Præſide, nutu, vel ſigno iubeatur, non ſurgat. Ex Segov. 1611. & ant conſuet.

Abſque licentia, non egrediendū. Prætereà nemini liceat, niſi peractis ex toto Diuinis officijs, è Choro egredi, niſi neceſsitas vrgeat, tuncque Superioris venia petita, cui etiam cauſam ſui egreſſus ſignificet. Ex Salmat. 1553. c. 3.

Quomodo diſcedendū, expleto officio. Expletis officijs, omnes genuflectant, nec priùs ſurgant, quàm à Superiore diſcedendi ſignum detur; & tunc eadem modeſtia, qua Chorum ingreſſi ſunt, egrediantur. Ex Valliſ. 1593.

§. II. *De Chori Vicario.*

Vicarij Chori inſtitutio, & officium. VT Diuina, quæ in Choro agenda ſunt, diſertè, ordinatè, & ſine errore, aut defectu peragantur: ſtatuimus, vt in ſingulis Conuentibus per Miniſtrum Prouincialem idoneus Religioſus, qui in cantu firmo, ſeu Gregoriano ſit benè inſtructus, ac verſatus, & in Eccleſiaſticis, & Ordinis ceremonijs eruditus, in Chori Præfectum, & ceremoniarum Magiſtrum inſtituatur, quem Chori Vicarium appellamus. Ex Valliſ. 1593 & Tolet. 1633.

Eius munus quoad cantum. Ad ipſum ſpectat Eccleſiaſticum cantum ducere, ac moderari, vt, eo ductore, ea quæ ab omnibus canenda ſunt, conformi voce canantur, & ea, quæ tractim, alterni Chori ordine ſuo ſimul incipiant, ſimul contiñuent, & ſimul pauſent: ipſique præeunti omnes ſeſe diligenter debent conformare. Ex eiſdem.

Quoad ceremonias. Ad ipſum etiam ſpectat Chori ceremonias dirigere in ſedendo, ſtando, inclinando, genuflectédo, Ex eiſdem.

do,

do, capite tegendo, detegendo, inclinando, & cæteris, iuxta ordinis Ceremoniale, & receptas conſuetudines.

Quod commendationem dicendorum.

Ad ipſum demum ſpectat ea, quæ in Choro ab aliquibus ſeparatim canenda, aut recitanda ſunt, commendare, & agenda prævenire, & tabulam officiorum hebdomadæ diſponere, eamque in refectorio legere: ac ipſi, in præmiſsis omnibus, tenentur Fratres ſine reluctantia obedire; alioquin pro reluctantiæ gravitate, ſeverè puniendi Superiorum arbitratu. Ex eiſdem.

Idem Chori Vicarius Guardiano, & eius Vicario abſentibus, Conventus præſidentiam, & curam habeat: Semper autem ſpecialem ſedem, & locum in Choro, & in refectorio teneat, iuxta conſuetudinem vniuſcuiuſque Provinciæ. Ex eiſdem.

§. III. *De celebratione Divini Officij.*

Officium Divinū qua ſolemnitate celebrandū.

STATUIMVS, vt Divinum Officium, tam in horis, quàm in Miſſa, ea ſolemnitate celebretur, quæ gradui, aut claſsi, quam in Kalendario habet feſtum, de quo agitur, plenè correſpondeat: in nulla autem feſtivitate, ſub prætextu vllo, cantus indecentes, diſſoluti, aut fracti permittantur. Ex ant. conſuet & prim. Barch.

Qua reverentia perſolvendum.

Hortamurque in Domino Fratres, vt Divinas laudes integrè, attentè, devotè, ac reverenter perſolvant: & ordinamus, vt quæ recitanda ſunt, cum honeſta pauſa dicantur; quæ verò canenda, cantu firmo, ſeu Gregoriano, graviter decantentur. Ex eiſdem.

Muſica figurata apud Nos prohibita.

Quod enim de cantu fracto, quem figuratum vocant, aliàs prudenter quidem, ac piè, ſtatutum eſt, opportunè renovantes; huiuſmodi muſicam à Fratribus fieri, etiam in Eccleſijs noſtris, diſtrictè prohibemus, ſub pœna Provinciali permittēti ſuſpen- Ex Conſtit. Mart. V. & ex prim. Barch. c. 1. Salm. c. 3. & Rom. 1600. Valliſ. 1593.

penſionis ab officio ad arbitrium Generalis;introducenti verò, privationis vocis activæ, & paſsivæ per triennium.

Quibus ritibus peragendum.

Et cum ex Regulæ noſtræ ſpeciali præcepto teneamur Divinum Officium perſolvere, ſecundũ ordinem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ: ſtatuimus,vt omnes Fratres tam in Choro, quã extrà, rubricas Breviarij Romani Pij V. iuſſu editi, & Clementis VIII. primùm, deinde Vrbani VIII. authoritate recogniti, adamuſsim obſervent. Ex declar. Reg.& ant. Stat.

De quibus feſtis generaliter.

Officia autem de Sanctis vniverſaliter fiant, ſecundùm quòd à Sancta Apoſtolica Sede fuerit præceptum,aut conceſſum & quævis natio; conceſsionibus Apoſtolicis Regulares comprehendentibus pro ea factis,conformetur. Ex Rubric. Breviar.

De quibus in Ordine, & quomodo.

Officia verò noſtro Ordini ſpecialiter conceſſa,eo modo,quo conceſſa fuerint, debent, & poſſunt fieri,itaut conceſſa toti Religioni ab vniverſo Ordine; conceſſa vni Congregationi, ab illa Congregatione; conceſſa vni Familiæ, à Familia ipſa; Provinciæ,à Provincia;& Conventui,à Conventu ſolummodò peragantur, vt noviſsimè à Sacra Rituum Congregatione declaratum, & mandatum eſt. Ex decreto S Rit.Congr. 16. Decemb.1679.

Quo tempore ſingulæ horæ dicendæ.

Horæ canonicæ ſuis opportunis temporibus, iuxta Eccleſiæ Ordinem,& Religionis noſtræ cõſuetudinem,in Choro dicantur, niſi aliqua gravis cauſa occurrat, ob quam neceſſe ſit aliquam horam à tempore ſibi proprio extrahi. Ex ant.conſuet.

Matutinum media nocte

Alicubi ſummo mane.

Matutinum verò in omnibus Conventibus, etiam minoribus, ac in omni anni tempore,media nocte dicatur, iuxta probatam totius Ordinis conſuetudinem: quòd ſi propter aeris intemperiem,vel aliam neceſſariam ob cauſam, à Provinciali,& toto Diffinitorio probatam, alicubi media Ex eadem, & Seg.1612

nocte recitari non poſſit, id ſaltem ſummo manè recitetur, ita vt in ortu Solis, vel circiter, poſt ipſum, poſſit Prima recitari: nullatenùs verò ipſum poſt Completorium recitare liceat, niſi in feſto Corporis Chriſti, ob indulgentias ſæcularibus aſſiſtentibus conceſſas. Guardiani, qui ſecùs fecerint, ab officio ſuſpendatur, Superioris arbitrio.

Quinam tenentur aſſiſtere officio D. ſine exceptione.

Omnes Fratres horis omnibus die, noctuque in Choro aſſiſtere tenentur, præter Lectores, & principales Conventuum Prædicatores, qui prædicandi onus actu ſuſtinent; quos tamen hortamur in Domino, vt quantùm per occupationes licuerit, & ipſi pro ſua pietate & Religione Divinis Officijs intereſſe velint.

Ex Salmat. 1551. cap. 6. Pariſ. 1579. & Roman. 1611. & decret. Apoſt. Clem. VIII. an. 1599 & Vrb. VIII ann. 1614

Lectores, quandò.

Diebus autem feſtis Lectores, horæ Tertiæ, Conventuali Miſſæ, & veſpertino Officio, omninò aſſiſtant: Solemnioribus verò Feſtis, Matutinis etiam intereſſe teneantur.

Ex ant. conſuet. prob. Seg. 1611.

Quando Prædicatores Conventuales.

Prædicatores Conventuales, horæ Tertiæ, Cóventuali Miſſæ, & veſperis, ſingulis diebus; Matutinis verò in Feſtis ſolemnioribus, niſi illis diebus prædicent, aſſiſtere debent.

Ex eiſd. Seg.

Cæteri Prædicatores, quando.

Cæteri verò Prædicatores, horis ſingulis, tam nocturnis, quàm diurnis, in hebdomada, in qua nó ſint concionaturi, aſſiſtere tenentur: in hebdomada autem concionis, Tertiæ, Miſſæ, & Veſperis interſint: & pro qualibet concione, octo duntaxat diebus, à Matutinis eximantur.

Ex eiſdem.

Qua ratione eximendus quis à Matutino.

Si quis Frater, neceſſitate habituali præpeditus, Matutinis intereſſe non valeat, Provinciali manifeſtet, ſine cuius licentia in ſcriptis obtenta nullo modo ſit exemptus: Provinciali verò iniungimus, ne præfatam licentiam, niſi gravi ex cauſa, concedat.

Ex eiſdem.

Non aſsiſtētium officio Div pœnæ. Qui autem ſine impedimento legitimo, vel officij, vel infirmitatis, ſingulis horis non interfuerit, pro prima vice, quinquiès *Ave Maria* in Communitate recitet; deinde pro modo culpæ, vel negligentiæ, arbitrio Superioris puniatur. Ex Salm 1553 c.3.&. Valliſ. 1593

§. IV. *De Miſſa Conventuali.*

Miſſa Conventualis ſolemniter cantenda. QUIA Sacroſanctũ Miſſæ ſacrificium eſt præcipuum Eccleſiaſticum Officium, ad quod cætera ordinantur: ſtatuimus, vt in quolibet Conventu, ſingulis diebus ſolemniter decantetur vna Miſſa, quæ maior, ſeu Conventualis dicitur; cui principaliter, iuxta præordinata, omnes Fratres debent aſsiſtere. Ex ant.conſuet. prob. Segov.

Concordare debet cũ officio. Miſſa hæc cum Officio diei debet convenire, ſiue de feria, ſiue de feſto fiat; idque ob nullam cuiuſcumque ſpecialem devotionem prætermittatur, cùm ſecùs facere, aperta ſit rubricarum tranſgreſsio. Ex Segov. 1621.

Applicanda eſt pro Conventu. Debet præfata Miſſa pro Conventu ipſo, & Fratribus de familia commorantibus, applicari; nec licebit Guardiano, aut Provinciali, aliter de ipſa diſponere, niſi, aliqua vrgentiſsima cauſa interveniente, Prælatus Generalis cum conſilio, & aſſenſu Diffinitorij Provinciæ diſpenſaverit. Ex eiſdem.

Qua diligentia cavendi in illa defectus. Et licèt in omnibus Miſsis, etiam privatis, rubricæ Miſſalis Romani adamuſsim obſervandæ ſint; in Conventuali tamen, cui communitas, & populus adeſt, ne alicui ſcandalo aditus pateat, ſumma diligentia adhibenda eſt, vt nec minimus quidem defectus in ritibus, ceremonijs, aut cantu committatur: quoſuper invigilare debet Chori Vicarius, cui commiſſorum defectuum correctio iniungitur. Ex Valliſ. 1593.

§. V. *De Sacriſtia, & eius Præfecto.*

Sacriſtæ deputatio, & officium.

CVM omnia, quæ ad cultum Dei, & ſacrum ornatum pertinent, ſumma diligentia curanda ſint: præcipimus, vt in ſingulis Conventibus, vnus deputatus ſit Frater, qui, ſi commodè fieri poſsit, ſit Sacerdos, diligens, gravis, & honeſtus, cui Sacriſtia ſervanda, & miniſtranda committatur. — Ex Tolet. 1583.

Eius munus & debitum.

Huic incumbit, omnia quæ ad Miſſarum celebrationem neceſſaria ſunt, iuxta Rubricas, parare, altaria ornata, & munda habere, de renovatione conſervatæ Euchariſtiæ opportuno tempore curare, vniverſam ſacram ſuppellectilem cum decentia, & munditia cuſtodire, & de ea rationem reddere. — Ex antiq. & prob. conſuet.

Sit regiſtrũ omniũ, quæ in Sacriſtia habentur.

Ad hæc præcipimus, vt ſit regiſtrum eorum omnium, quæ in Sacriſtia ad cultum Dei continentur, ſigillo, & ſubſcriptione Miniſtri Provincialis munitum, per cuius tenorem Sacriſtæ, ipſo ſubſcribente, prædicta omnia tradantur, & per quod Sacriſta ipſe de omnibus traditis rationem reddat. — Ex Segov. 1611.

Sit liber ſuffragiorum, & tabula.

Sit etiam liber, in quo Miſſæ, & officia omnia, quæ Conventus, pro fidelibus celebrare tenetur, ſint fideliter annotata: & ex eo extracta tabula in Sacriſtia collocetur. Sacriſta autem teneatur ſingulis diebus monere Guardianum de numero Miſſarum, quæ illa die cantatæ, & recitatæ ſunt. — Ex eiſdem.

Moneatur Guardianus quotidie de Miſsis celebratis.

Regiſtrum, & liber viſitentur.

Tam regiſtrum prædictum, quàm librum, teneantur Provinciales, & Viſitator in ſuis viſitationibus recognoſcere, & per illa rationem quærere, & expoſcere. — Ex eiſdem.

***

§. VI. *De Miniſtris ad Divinum Cultum.*

Qui Hebdomadarij qui Diaconi, & Subdiaconi debent eſſe.

Ex Tolet. 1583.

UT Miniſtri idonei pro Divino cultu in altari, & Choro nuſquam deſint: præcipimus, vt omnes Sacerdotes, qui Choro intereſſe tenentur, ſint Hebdomadarij: & qui nondum habent triginta Religionis annos, ſerviant in Diaconatus miniſterio; qui verò nondum viginti attigerunt, in Subdiaconatus officio adminiſtrent.

Prædicatores non eximendi.

Ex eiſdem.

Prædicatores ab hac lege nullo modo ſunt exempti: omnes enim (dempta hebdomada, in qua prædicaverint) ſuo ordine hebdomadarij debent eſſe; & qui duodecim annos prædicationis non attigerit, in Diaconatus, & Subdiaconatus officio miniſtrare tenetur: reſiſtentes autem, arbitrio Guardiani, ſine diſpenſatione puniantur: Eximuntur tamen Prædicatores Conventuales.

In maioribus ſolemnitatibus, quibus commendandum officium.

Ex antiq. & prob. conſuet.

In ſolemnioribus autem feſtivitatibus, ſecundùm antiquam, & laudabilem Ordinis conſuetudinem, celebratio Miſſæ Conventualis, & officij, gravioribus Conventus Patribus commendetur. Et quidem in ſolemnitatibus primæ claſsis ſuperior Prælatus, aut Guardianus, ipſam celebret; in alijs verò ſecundæ claſsis alicui Patri ex gravioribus, aut antiquioribus commendetur, ad arbitrium Guardiani.

Quæ dicenda ſunt, qualiter prævenienda à miniſtris.

Ex Tolet. 1583. moderata.

Vt itaque omnia rectè, & ſine errore in altari, & Choro fiant, tenentur Hebdomadarij, & reliqui altaris, Chori, & refectorij miniſtri (quos omnes in ſingulis Sabbatis Vicarius Chori, vt præmiſſum eſt, in tabula leget) dicenda, & cantanda prævenire, & prævidere; & ſi in aliquo dubitent, aut non plenè noverint, debent Vicarium Chori adire, qui eos doceat, & inſtruat, vt tenetur.

Digitized by Google

Errores ab ipſis commiſſis puniendi.

Quod ſi non fecerint, & errores in commendatis ſibi miniſterijs commiſerint, ſeverè à Guardiano puniantur.

Ex Rom. 1600.

Neſcientes cantum ad diſcendum compellantur.

Guardianus etiam quoſvis cantum firmum neſcientes, omnibus medijs compellat, vt addiſcant; quos Vicarius Chori, ſtatuta hora convenienti, tenetur edocere.

§. VII. *De Conformitate cum Clericis ſæcularibus in Sacris.*

Quomodò conformandi ſunt Fratres cum Eccleſijs Matricibus qui cum ad interdictum.

QUIA conformitas noſtri Ordinis cum Clericis ſæcularibus, præſertim in Horis Canonicis, multum habet ſplendoris: volumus; vt tempore generalis interdicti (ſecundum formam iuris, Domini Clementis V. & Concilij Tridentini) Fratres omnes Matricibus Eccleſijs ſe conforment, ſervatis tamen noſtri Ordinis privilegijs.

Ex Salm. 1553. c. 6.

Clem. 1. *de ſent. excommunic.* Côc. Trid. ſeſſ. 25. *de Regular.* c. 12.

Quantum ad obſervationem feſtorum.

Ordinamus etiam, vt dies feſti, quos in Dioeceſi ſua Epiſcopus ſervandos præceperit, à Fratribus noſtri Ordinis omninò ſerventur. His tamen diebus feſtis, ritus, & ordo recitandi noſtræ Religionis, quo Miſſas, & cætera Divina officia in Eccleſijs noſtris, tam publicè, quàm privatim, permanere debet.

Conc. Trid. ibid.

Ex decl. Sacr. Côgreg. Conc.

Quomodò accedẽdum cum Clericis ad proceſsiones publicas.

Ordinamus denique, vt iuxta Concilij Tridentini decretum, ad publicas proceſsiones vocati accedant, cum Clericis ſæcularibus, niſi Conventus vltra medium milliare diſtet à Populo, vbi proceſſio eſt facienda, vt à Sacra Concilij Congregatione ſæpè declaratum eſt.

Con. Trid. ibid. c. 13.

Regeſt Côgr. Côc. fol. 11. & 14.

***

§. VIII.

Digitized by Google

§. VIII. *De Oratione mentali.*

Ad mentalem orationem exhortatio.

MONEMUS, & exhortamur Fratres omnes in Domino, vt congruis horis, ſanctæ meditationis, & orationis mentalis ſtudio incumbant; animadvertentes, nullum exercitium eſſe magis neceſſarium, ac opportunum àd conſtituendum, & conſervandum Fratrem Minorem in puritate ſui inſtituti, & in ſancta obſervantia Ordinem ipſum, quàm iugis huius orationis frequentia; cuius ſpiritui nuſquam extinguendo, iuxta Seraphici Parentis oraculum, cætera temporalia debent deſervire.

Ex primo Barc. Baſil. 1455. Salm. 1553. c. 5. & Pariſ. 1579.

Oratio mentalis habenda poſt Completorium.

Atque adeò (præter particulares receſſus, quos vnuſquiſque pro ſuo fervore, & opportunitate temporis ad vacandum huic ſancto ſtudio ſibi aſſumet) ſtatuimus ſecundum antiquam noſtri Ordinis conſuetudinem, vt in Communitate, poſt Completorium, omnes Patres, ac Fratres, tam Clerici, quàm Laici, per ſpatium integrum dimidiæ horæ, orationi mentali devotè inſiſtant.

Ex Toletan. 1583.

Ab ea nemo exemptus.

Ab hac orationis hora nemo, quamtumvis privilegiatus, ſit exemptus: & vt omnes (nulla occupatione excuſante) illi poſsint aſsiſtere; ordinatur, vt à Reſurrectione Domini vſque ad feſtum Exaltationis Sanctæ Crucis, vel præfatum orationis exercitium habeatur poſt Nonam; vel Completorium hora ſexta dicatur, qua & egreſsi è Conventu deben redire, & aliàs occupati, à ſuis exercitijs ceſſare: de quo ſingulæ Provinciæ, quod convenientiùs iudicaverint, determinent.

Ex eiſdem accomodatis.

Habenda etiam poſt Matutinum.

Poſt Matutinum ſimiliter, per alteram dimidiam horam, omnes, qui illi adſtiterint, mentali ora-

Ex eiſdem.

orationi vacent : licitum tamen erit Provincijs, ſi hoc opportuniùs ſibi iudicaverint, iſtud matutinum orationis mentalis exercitium in horam Primæ, antè, vel poſt eius recitationem explendum, transferre; vt eo pro tota die, corda ad Deum dirigantur.

Orationi lectio præmittenda.

Ante orationem autem, ſemper lectio alicuius libri ſpiritualis, qui materiam contemplationi, aut meditationi miniſtret, præmittatur. Ex eiſdem.

Prælatorum aſsiſtentia orationi.

Prælati maiores curare debent, vt quantum per inexcuſabiles occupationes eis licuerit, eidem orationis exercitio, cum reliquis omnibus Fratribus, interſint. Superiores verò locales omninò cum illis intereſſe tenentur. Ex eiſdem.

Eorum ſuper oratione vigilantia, & negligentiæ pœna.

Omnes verò Superiores, præcipuè Provinciales, & Guardiani, tenentur ſedulò invigilare ſuper obſervatione præmiſſorum, circa per neceſſarium hoc ſanctæ orationis mentalis exercitium. Guardiani autem, qui in ipſis obſervandis negligentes fuerint, ſuſpendatur ab officio ipſo facto, vel etiam priventur pro negligentiæ modo, Superiorum arbitratu : quibus etiam pœnis ſubiaceant Provinciales, ſi eadem negligentia laborauerint. Ex eiſdem. & Pariſ. 1579. & Tolet. 1606.

§. XI. *De Oratione Vocali.*

Orationes vocales ſpeciales habendæ.

CUM in omnibus probatis Religionibus, antiqua, ſancta, & laudabilis conſuetudo inoleverit pſallendi, vel recitandi ſpeciales quaſdam orationes poſt horas canonicas; ideò eas, quas noſtra ſacra Religio ab antiquo, & proximioribus temporibus ordinavit, innovantes, ſequentia ſtatuimus. Ex ant. conſuet. prob. Tol. 1583.

Conceptio Immaculata B. V. quà ſolemnitate celebranda.

Et primùm, cùm à ſuis incunabilis Religio noſtra Seraphica, Sanctiſsimam Virginem Mariam Dei- Ex Annal. Ord. ad an. 1210 & ſequent.

Deiparam in ſuam ſpecialem protectricem aſſumpſerit, ac deinde fœlici ſorte, ipſam ab originali culpa in ſua Conceptione præſervatam, concordi devotionis fervore defenderit; ac tandẽ eamdẽ quatenùs in ipſa Conceptione ab originali labe immunem, in Comitijs Generalibus Patronam totius Ordinis Minorum vnanimi voce dixerit: Ordinamus, vt quouſque Patronatus iſte à Sede Apoſtolica, ad præſcriptum decreti Vrbani VIII. approbetur, feſtum immaculatæ Conceptionis eius, ea ſolemnitate, & maieſtate in omnibus, quæ rubricis Breviarij, & Miſſalis Romani, non opponuntur, celebretur, quaſi eſſet primæ claſsis, & Patroni vnici.

Ex Cap Gener. Piſ. an. 1263. vbi feſtum Conceptionis Virg. receptum eſt in Ordine, & defenſa immunitas ab ann. 1300.

Ex Toletan. 1645.

Nocturnum Benedicta feria ſexta canendum.

Deinde ſtatuimus, vt in qualibet hebdómadá, in qua, Sabbati die, feſtum duplex non ocurrat, feriá ſexta poſt Completorium, in Virginis immaculatæ laudem; decantetur Nocturnum, vulgò dictum *Benedicta*, cum Reſponſorijs, *Sancta, & immaculata virginitas*, & *O glorioſa Domina*, & oratione de Conceptione.

Ex ant. cõſ. probat. in Tolet. 1583

Miſſa de immaculata B. V. Conceptione canenda in Sabbato.

Et in ſequenti Sabbato, poſt Primam decantetur ſolemniter Miſſa de Immaculata Conceptione Deiparæ, in qua (& in cæteris ſolemnibus Miſsis de eodem myſterio) ad verſum: *Veni Regina noſtra, &c.* omnes exiſtentes in Choro genuflectant.

Ex Toletan. 1633. ſumpto initio à 1 Cap. Gen. 1219.

His omnes debent aſsiſtere.

Huic Miſſæ, & Nocturno præcedentis diei, omnes Fratres, & Patres quomodolibet exempti, tenẽtur adeſſe. Singulis etiam diebus, poſt veſperas ſolemniter decantetur Antiph. *Tota pulchra es, Maria.*

Ex Roman. 1664.

Ex Segov. 1621.

Commemorationes de SS. Franciſco, & Dominico.

In honorem S. P. N. Franciſci, ſingulis diebus, quibus intra officium facta nõ eſt, fiat commemoratio, poſt veſperas cum Antiph. *Salve Sancte Pater*; & poſt laudes cum Antiph. *Sancte Franciſce.* Et poſt ipſam, ſimiliter de S.P.N. Dominico comme-

Ex ant. cõſ. prob. Seg. 1621.

me-

memoratio fiat; quandò autem intra officium de S.P.N. Franciſco actum eſt, fiat de S. P. Dominico extra officium vt (quantùm licet) vtrumque Patriarcham ſimul veneremur, & collaudemus, quos eadem fides, & charitas verè fecit eſſe germanos. Ex Toletan. 1658.

Suffragia poſt Completorium dicenda.

Poſt Completorium verò, ſingulis diebus, pro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ exaltatione, ac incolumitate, & noſtri Ordinis in ſancta religione, conſervatione, & profectu, fiant ſequentes cõmemorationes: De Sanctiſsima Trinitate, Antiph. *Te Deum Patrem*, cum verſu, & oratione: De Sanctiſsimo Sacramento, antiph. *O Sacrum convivium*, cum verſ. & oratione. De immaculata Virginis Conceptione, antiph. *Conceptio tua*, cum verſ. & oratione. De Sancto Michaele Archangelo, antiph. *Princeps glorioſiſsime*, cum verſ. & oratione. De Sacris Stigmatibus S.P.N. Franciſci, antiph. *Cœlorum candor* (feria verò ſexta *Crucis apparet hoſtia*) cum verſ. *Signaſti*, & oratione *Domine Ieſu Chriſte*: poſt quam, dicatur oratio: *Eccleſiæ tuæ*, & terminetur cum oratione, *Omnipotens ſempiterne Deus, ædificator, & cuſtos Hieruſalem, &c.* Ex Toletan. 1633. & Segov. 1611.

Oratio poſt terminatum Officium.

Tandem quoties terminatur Officium, dicatur oratio, *Sacroſancta, & individuæ Trinitati, &c.* quam devotè poſt Officium recitantibus, Leo Papa X. defectus, & culpas in eo perſolvendo ex humana fragilitate contractas, indulſit. Ex Valliſ. 1593.

Viſitanda Eccleſia ad lucrandas indulgentias.

Monemus etiam Fratres, vt ſingulis diebus, aliqua ſaltem vice, ex his quibus ad chorum accedunt, Eccleſiam viſitent, vt magnas, ac indubitatas indulgentias lucrentur, quas Paulus V. Religioſis conceſsit, dicens; Religioſi intra clauſtra viventes, qui ſuam Eccleſiam devotè viſitaverint, & Ex Conſtit. Pauli V. *Romanus Pontif.* 13. Maij. 1606.

★Examinãdum eſt autem an eiuſmodi côceſſio abrogata maneat per decretum Innoc. XI. de die 7. Martii 1678. in fine.

& pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, Romani Pontificis ſalute, ac Sãctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, conſequantur eaſdem indulgentias, quas viſitantes Eccleſias Vrbis, & extra eam diebus ſtationum, conſequuntur, in omnibus diebus; perindè, ac ſi ipſas Vrbis Eccleſias perſonaliter viſitarent. ★

§. X. *De ſuffragijs pro defunctis.*

Suffragia pro defunctis debita.

Ex conſtit. antiq. c. 12. & prim. Barchinonen.

CUM Charitas, miſericordia, ac iuſtitia expoſcant, vt pro Fratribus noſtris defunctis, eis præcipuè, qui in Ordinis regimine laboraverunt, & pro benefactoribus vita functis, quorum eleemoſynis viuunt, aut vixerunt Fratres, ſuffragiorum ſubſidium Domino offeramus, vt huiuſmodi debito in Ordine noſtro ſatisfiat, ſequentia abſolutè obſervanda ſtatuimus.

Quænam pro Cardinali Protectore.

Ex eiſdem.

Pro Cardinali Protectore, qui in Ordinis regimine deceſſerit, à quolibet Sacerdote Ordinis tres Miſſæ celebrentur, & à quolibet Clerico vnum Pſalterium, & à quovis laico ter centum *Pater noſter* dicantur.

Quæ, pro Miniſtro Generali in officio moriēte.

Ex Rom. 1651. c. 3.

Pro Miniſtro Generali moriente in officio, ſinguli Sacerdotes Religionis celebrent duas Miſſas, & ſinguli Conventus vnam ſolemnem, cum officio magno defunctorum; ſinguli autem Clerici, laici, & Moniales, tres Coronas Virginis, & duas ſtationes recitent.

Quæ, pro Vicario Generali.

Ex eiſdem.

Pro Vicario Generali Ordinis in officio decedente, ſinguli Ordinis Sacerdotes celebrent vnam Miſſam, & ſinguli Conventus vnam ſolemnem cum vigilia defunctorum; & ſinguli Clerici, & laici, dicant duas Coronas.

Quæ pro Patre totius Ordinis.

Pro Patre totius Ordinis defuncto, ſinguli Sacerdotes Ordinis celebrent vnam Miſſam; ſinguli Conventus aliam ſolemnem cum vigilia defunctorum; & ſinguli Clerici, & laici dicant vnam Coronam Virginis, & vnam ſtationem. Ex eiſdem.

Quæ, pro Comiſſario Generali Familiæ.

Pro Commiſſario Generali Familiæ in officio moriente, ſinguli Familiæ ipſius Sacerdotes, celebrent vnam Miſſam; ſinguli Conventus vnam ſolemnem cum officio magno defunctorum; & ſinguli Clerici, laici, & Moniales dicant duas Coronas Virginis, & duas ſtationes. Ex eiſdem.

Quæ pro Vice Commiſſario Generali Familiæ.

Pro Vice-Commiſſario Generali Familiæ in officio moriente, eadem ſuffragia fiant, ac pro Comiſſario Generali. Ex eiſdem.

Pro Patre autem Familiæ, ſinguli Sacerdotes eiuſdem vnam Miſſam; ſinguli Conventus vnam ſolemnem; & omnes Clerici vnam Coronam, & vnam ſtationem dicant.

Cura deptæ miſsis ſuffragijs ſolvendis.

Vt autem ſuffragia præfata ſolvantur, debent Prælati Generales quàm primùm, Ordinem, aut Familiam, reſpectivè, de morte cuiuſvis prædictorum, quæ contigerit, litteris impreſsis monere: De morte Protectoris, aut Patris totius Ordinis, Miniſter Generalis, totum Ordinem: De morte Miniſtri, aut Vicarij Generalis, Vicarius ſuccedens, totum Ordinem: De morte Patris Familiæ, Commiſſarius Generalis, & de morte iſtius, aut Vice-Commiſſarij Generalis, Vice-Commiſſarius ſuccedens, Familiam ipſam. Et ſingulæ Provinciæ tenentur ad Generale Capitulum de præmiſsis ſuffragijs ſolutis, teſtimonium mittere. Ex eiſdem.

Quæ, pro Fratribus in via ad Capitulum Generale morientibus.

Pro omnibus illis Fratribus coniunctim, qui ad Capitulum Generale accedentes, aut ab eo reuertentes, obierint in via; à quolibet Sacerdote Ordinis Ex anticuis, & primis Barchinonẽſibus.

nis vna Miſſa dicatur. Quod adverti debet in tabula generalis Capituli.

Quæ, pro aliis Superioribus à ſuis ſubditis

Pro quolibet Fratre in officio prælationis, Guardiani, Cuſtodis, aut Provincialis decedente, à quolibet Sacerdote, cui in morte præerat, duæ Miſſæ celebrentur, & à quolibet Clerico, ac laico duæ Coronæ Virginis dicantur. Ex eiſdem.

Quæ pro quocumque Fratre moriente.

Pro ſingulis autem Fratribus quibuſcumque, qui obierint, à quolibet Sacerdote Provinciæ, cuius filij erant tempore mortis (vel quia in ea profeſsi, vel quia incorporati) vna Miſſa dicatur: itaut Guardiani ſinguli teneantur tot Miſſas applicare pro quolibet Fratre defunćto, quot Sacerdotes ſubditos habuerint, etiamſi ſint abſentes, vel infirmi: & qui ſecùs fecerint, arbitrio Superioris ſuſpendantur ab officio, & Miſſæ omninò dicantur: à Clericis autem ſingulis integrum officium defunćtorum, & à ſingulis laicis cẽtum *Pater noſter*, cum totidem *Ave Maria* recitentur: & inſuper in ſingulis Conventibus vna Miſſa ſolemnis, cum vigilia, pro illo decantetur. Ex eiſdem.

De celeri, ac ſecuro medio monendi Conventus de obitu Fratris, vnaquæque Provincia provideat. In vnoquoque autem Conventu ſit tabula, in qua nomina defunćtorum ſcribantur in patenti Chori loco collocata. Et ad Capitulum, ac Congregationem Provinciæ, à quovis Conventu teſtimonium de ſolutis ſuffragijs, pro ſingulis nominatim, tranſmittatur.

Quæ, pro omnibus Fratribus defunćtis.

Pro omnibus item Fratribus in noſtro Ordine decedentibus, quilibet Sacerdos, ſingulis hebdomadibus, in vna Miſſa ſpecialem memoriam faciat per appropriatam collećtam defunćtorum. Ex eiſdem.

Officium feriæ ſecundæ

Præterea in qualibet ſecunda feria, in qua, iuxta rubricas Miſſalis, fieri poſsit, cantetur Miſſa defun- Ex ant. conſuet. & Tolet. 1583.

functorum pro defunctis Fratribus,& pro his, qui in noſtris Conventibus ſepulti iacent, immediatè poſt Primam; &,finita Miſſa, fiat Proceſsio per Clauſtrum, canendo Reſponſoria defunctorum; cui omnes aſsiſtant, præter lectores actu legentes, & audientes diſcipulos.

Tria officia generalia pro benefactoribus — Vlteriùs,pro defunctis Fratribus,& benefactoribus, & pro illis,qui in noſtris cementerijs ſepulti ſunt,officium tèr in anno ſolemnitèr celebretur, ſcilicèt, proxima die ante feſtum B. Mariæ Magdalenæ, & proxima die ante feſtum S. Michaelis, & feria ſecunda poſt Dominicam ſeptuageſsimæ. *Ex antiq. Conſtit. & prim. Barchin.*

Quartũ pro Parentibus Fratrum. — Simile officium fiat pro Patribus, & Matribus omnium Fratrum,vltima die feriali;aut non impedita ante Adventum: iſta verò quatuor officia generalia, non ſunt ommittenda propter officia,quæ in Breviario dicenda præcipiuntur. *Ex eiſdem.*

Suffragia pro recipientibus Fratres. — Item ſingulis annis, pro hoſpitibus,qui itinerantes Fratres recipiunt, infra octavam S. P. N. Franciſci, in ipſius ſancti honorem, & beneficij accepti gratitudinem, applicetur Miſſa Conventualis vnius diei, ſpeciali, & maiori ſolemnitate canenda, cum aſsiſtentia omnium cuiuſvis qualitatis Fratrum; & vna privata à quolibet Sacerdote cum collecta pro benefactoribus dicatur; & à quolibet Clerico,& laico,duæ Coronæ,infra eamdem octavam, pro ipſis recitentur. *Ex eiſdem.*

Memoria de præcipuis benefactoribus habenda, & renovanda. — Item, in quolibet Conventu ſit liber (de quo inferiùs) in quo ſcribantur nomina, & cognomina illorum, qui Conventum ipſum in toto,vel in parte fundaverunt, aut Fratribus ædificia proprijs expenſis conſtrui fecerunt, aut eis notabilia dona fuerunt elargiti: & præter commendationem generalem benefactorum, quæ in ſingulis Capitulis culparum à Prælato Fratribus facienda eſt, in primo *Ex prim. Barchin.*

mo Capitulo, Advetus tempore habito, prædictorum nomina, & beneficia expreſsè recolantur; Fratribus iniungendo, vt pro ipſorum animabus ſpeciales preces, & orationes ad Deum fundant.

Miſſæ Dominicarum quomodò pro benefactoribus applicandæ.

Demùm ſtatuitur, vt omnes Miſſæ, quæ in Dominicis diebus à cunctis Sacerdotibus cuiuſvis Provinciæ celebrantur, (exceptis his, quæ pro ducentorum ducatorum eleemoſyna, ad emendos libros à Provinciali procuranda, neceſſariæ fuerint, in Capitulo Provinciali taxandis) pro benefactoribus, & defunctis Fratribus applicentur. Nec Guardianus, aut Provincialis, quacumque occaſione occurrente, poſsint eas pro alia intentione applicare, nec alicui Fratri concedere, vt pro alia intentione illis diebus celebrare valeat: nam Capitulum Generale, præſenti decreto, iuxta præmiſſa, applicat intentionem. Nec Prælati Generales, aliter de præfatis Miſsis poſsint diſponere, niſi vrgenti ex cauſa, & cum expreſſo conſenſu Diffinitorij Provinciæ, ac ſingulis Conventibus ſcripto commonefactis.

Ex Toletan. 1583.

Ex Roman. 1625.

§. XI. *De Sacramentorum Euchariſtiæ, & Pœnitentiæ frequentatione.*

Sacramenta à Fratribus frequentanda.

Ut mentibus ſine labe puris, & ſpiritu virtute roborato, Fratres in ſancta religione Domino famulentur; hortamur eos in Domino, vt Sacramentum Pœnitentiæ ad purgandam animam, & Sacramentum Euchariſtiæ ad eam alendam, à Chriſto Domino miſericorditer inſtituta, debitè, iugiterque frequentent.

Ex primo Barch.

Sacerdotes quotidie celebrent.

Sacerdotes, præmiſſa Sacramentali peccatorum confeſsione, adhuc quando non occurrunt mortalia, ob maiorem ſacrificij conficiendi reveren-

Ex antiq. & prob. Ordinis conſ. & Salm. c. 5.

rentiam, quotidie Miſſam celebrent: talis enim ſpiritualis vitæ ratio de eorum altiſsima dignitate,& ſtatu præſumitur, vt ſingulis diebus ad ſanctiſsimum,& tremendum Corporis, & Sanguinis Chriſti Sacramentum convenienter accedere valeant.

Alij, bis in ſeptimana confiteatur.

Ex prim. Barch.

Fratres verò,qui Sacerdotes non ſunt, ſi adhuc ſub Magiſtri diſciplina manent, ſuo Magiſtro,vel, ſi ſunt extra illam, alicui ex Sacerdotibus ad id à Guardiano pro ſua conſcientia deputatis, bis ad minùs in qualibet ſeptimana ſacramentaliter confiteantur. Monemus autem Guardianos, & Magiſtros, quatenùs in concedenda facultate ſubditis, vt alijs probatis Ordinis Sacerdotibus confiteantur, ſtricti non ſint; vt ſic meliùs conſcientiarum exonerationi conſulatur.

Communio quibus diebus faciẽda.

Ex eiſdem. &Tol. 1673 moderatis.

Communio Euchariſtica ab octiduo in octiduum, vel circiter, fiat;dies autem eius erunt feſta primæ, & ſecundæ claſsis, vel duplicia maiora Chriſti Domini;& eius Sanctiſsimæ Matris, vel Dominicæ,ita tamen diſponatur, vt extra præfatos dies numquam fiat; & ſi aliqua ex prædictis feſtis proxima inter ſe ſint, non fiat in vtroque Communio,niſi inter vnum, & alterum, tres ad minus dies interiaceant.

Quomodo fieri debet.

Hæc communio ſemper fiat in Miſſa Conventuali, vel in aliqua privata, cui omnes communicaturi ſimul aſsiſtant, ſi aliqua vrgenti ex cauſa aliquando Guardiano videatur in primo diſpenſare. In ea omnes Fratres non Sacerdotes opportuno tempore(bini, & bini) nudis pedibus, iunctis manibus,& cum omni reverentia ad altare accedentes, Sacratiſsimum Chriſti Corpus devotè ſuſcipiant. Nec aliquis excuſari valeat ſine expreſſa licentia Guardiani, vel Magiſtri;alioquin

in

in pane,& aqua pœnitentiam facturus.

Dies determinata cómunionis legatur in tabula.

Et vt dies certa communionis huiuſmodi omnibus communicaturis innoteſcat, & ad ipſam ſe præparent;ordinatur,vt in tabula officiorum,quæ ſingulis ſabbatis legitur, exprimatur determinata dies eius, iuxta præmiſſa, & preparatio iniungatur. Ex ant. conſuet.

Quomodo maior frequentia concedenda.

Per hæc autem non prohibemus, vt ſi aliquis Frater, ferventiori devotionis ſpiritu actus, maiorem exoptet ſacræ Communionis frequentiam, id præſtare poſsit privatim, de conſilio ſui Patris ſpiritualis,& licentia Guardiani.

§. XII. *De Confeſſarijs Fratrum.*

Confeſſarij Fratrum à quo inſtituendi.

CONFESSARIJ Fratrum à Miniſtro Provinciali valent,& debent inſtitui;nec ab alio inferiori Prælato poſsint. Eorum inſtitutio in ſcriptis dari debet,vt pleniùs de ea conſtet. Ex Toletan. 1583.

Eorum qualitates.

Non poterunt verò inſtitui ante trigeſimum ætatis annum, & niſi fuerint priùs examinati de præceptis Divinis, de Sacramentis Eccleſiæ, de cenſuris Eccleſiaſticis,& de præceptis Regulæ, ac caſibus reſervatis: & ſi aliter fuerint inſtituti,non cenſeantur idonei Fratrum Confeſſarij: ſuper quorum inſtitutione, Provincialium conſcientias oneramus. Ex eiſdem.

Qua ratione diſpenſari cum eis poſsit in ætate.

Si tamen contingat, in aliquo Conventu non eſſe Fratres triginta annorum ad hoc munus,pro ipſius neceſsitate,ſufficientes; in hoc caſu poterit Provincialis alios Sacerdotes minoris ætatis inſtituere Fratrum Confeſſarios, dum tamen morum probitas ſuppleat ætatis defectum. Ex eiſdem.

Digitized by Google

§. XIII. *De Caſibus reſervatis.*

Caſuum reſervatio antiqua & perpetuo vſu in Eccleſia, & Ordine noſtro recepta.

CASUUM reſervatio (in Eccleſia Dei antiquiſsima, Sacrorum Canonum, Apoſtolicarum ſanctionum, & ſacri Concilij Tridentini, authoritate probata, ac in noſtra Religione ab ineunte Ordine, iuxta Regulam, vſu recepta) cum pœna ſit delinquentium, piè decernimus, & ſancimus, vt in illis caſibus, quos reſervatos eſſe, aut reſervari contigerit, nemo temerè manum mittat, aut quemquam, illis ipſis criminum vinculis irretitum abſolvere præſumat, niſi à Superiore Generali, vel Provinciali, neceſſariam abſolvendi facultatem habeat.

Ex Bull. Alexand. VI. *In eminenti* Conc Trid. ſeſſ. 14. c. 7. & eadẽ, ſeſſ. can. 11. & Reg. c. 7. & ex Salm. c. 7. & Pariſ. 1579.

Caſus in Ordine noſtro reſervati.

Quot autem, & quales caſus reſervati ſint in noſtro Ordine, conſtat ex vetuſtiſsimis ſtatutis, vbi Miniſtris Provincialibus ſequentes quatuordecim caſus reſervantur.

Ex antiq. Conſtitut. & prim. Barch. & Salm. c. 7. Pariſ. 1579. & Tol. 1583.

PECCATVM.

1. Inobedientiæ contumacis.
2. Proprietariæ rerum detentionis.
3. Lapſus carnis.
4. Tactuum impudicorum, & enormium.
5. Solicitationis ex certa ſcientia ad peccatum carnis.
6. Furti rei notabilis, ſeu frequẽter iterati.
7. Iniectionis manus violentæ.
8. Falſi teſtimonij in Iudicio facti.
9. Compoſitionis, vel proiectionis, aut publicationis libelli famoſi.
10. Falſificationis ſigilli, aut litterarũ quorumcumque Prælatorũ noſtri Ordinis, vel alterius perſonæ notabilis.
11. Apertionis litterarum Prælatorum, vel malitioſæ earum retentionis.
12. Falſi criminis in infamiam cuiuſcũque,

De-

13. Depoſitionis falſæ, & ſcienter factæ in iudicio contra Religioſum aliquem, præſertim Prælatum, & inductionis ad id faciendum.

14. Revocationis eorum, quæ verè in Iudicio depoſita ſunt, & procurationis, vt revocentur.

Inobedientia contumax, quid. Dicimus autem inobedientiam contumacem, quando quis, trina admonitione præmiſſa, factis congruis intervallis per diem naturalem, inobediens perſeverat. Ex prim. Barchin.

Caſuum reſervatio nũquam abrogata. Reſervationem caſuum prædictorum ſemper in ſua vi permanſiſſe, nec vmquam abrogatam, vel ſuſpenſam, quin potius in omnibus Capitulis Generalibus innovatam, & probatam eſſe, decernimus, & declaramus; & in præſenti probamus, ac innovamus: Qui verò temerè contrarium aſſerere præſumpſerit, tamquam errans, ſubverſor, & errorum ſeminator, carceri mancipetur, & graviùs, ſi non reſipiſcat, puniatur. Ex Segovi 1621.

Capitula poſſunt reſervare caſus ſine reſtrictione. Declaramus autem, Capitulum Generale pro toto Ordine, & Capitulum Provinciale pro Provincia, poſſe quodcumque peccatum grave reſervare, ſi matura habita diſcuſsione pro Religionis conſervatione, aut prò conſcientiæ puritate reſervandum videatur, vt habetur in decreto Clementis Papæ Octavi, ſuper qualitate caſuum in Religionibus reſervandorum edito. Ex decret. Clem. VIII. 1593. 16. Maij.

Superiores ſine Capitulo poſſunt reſervare caſus determinatos à Clemente VIII. Declaramus etiam, iuxta prædictum Clementis decretum, Miniſtrum Generalem in toto Ordine, Commiſſarios Generales in tota ſua Familia, ac Miniſtros Provinciales, in ſua quoſque Provincia, poſſe extra Capitulum Generale, & Provinciale, reſervare ſibi omnes illos caſus, aut eorũ aliquot, qui in eodem decreto exprimuntur, prout Ex eod. decret. & Segov. 1621.

ſubditorum vtilitati expedire prudenter in Domino iudicaverint.

Qui ſunt caſus reſervabiles extra Capitulum.

Caſus verò, ex prædicto decreto, per ſuperiores reſervabiles ſunt ſequentes: veneficia, incantationes, ſortilegia: Apoſtaſia à Religione, ſive habitu dimiſſo, ſive retento, quando eò pervenerit, vt extra ſepta Monaſterij, ſeu Conventus fiat egreſsio; Nocturna, ac furtiva è Monaſterio ſeu Conventu egreſsio, etiam non animo apoſtatandi facta; Proprietas contra votum paupertatis, quæ ſit peccatum mortale: Iuramentum falſum in iudicio regulari, ſeu legitimo: Procuratiò, auxilium, ſeu conſilium ad abortum faciendum poſt animatum fœtum, etiam effectu non ſecuto: Falſificatiò manus, aut ſigilli officialium Monaſterij, aut Conventus: Furtum de rebus Monaſterij, ſeu Conventus, in ea quantitate, quæ ſit peccatum mortale: Lapſus carnis voluntarius opere conſummatus: Deciſio, aut vulneratio, ſeu gravis percuſsio cuiuſcumque perſonæ: Malitioſum impedimentum, aut retardatio, aut apertio litterarum à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores.

Extra illos nullum caſum poſſunt reſervare Prælati.

Ex eodem decret.

Vltra aut extra prædictos caſus nullus ſuperior, ſine conſenſu Capituli, poteſt aliquod peccatum reſevare, vt eodem decreto prohibitum, ac vetitum eſt.

Nec extra poſſunt reſervare cenſuras.

Ex declar. Sacr. Congreg 7 Iulij 1617. in Regeſt. fol. 80.

Monemus etiam, Sacram Epiſcoporum, & Regularium Congregationem declaraſſe, Prælatos Religionum per ſe ſolos abſque Capituli conſilio, & conſenſu, non poſſe reſervare ſibi cenſuras à ſe impoſitas ſuper aliqua peccata in præfato decreto non contenta; atque ita obſervandum, præcipimus.

***

§. XIV.

§. XIV. *De Abſolutione à reſervatis in Ordine.*

Recurſus pro abſolutione à reſervatis non differendus.

AD præſcriptum Regulæ ſtatuimus, vt ſi qui Fratrum, Divina permittente iuſtitia, & antiqui hoſtis fallacia procurante (quod abſit) præmemoratis criminibus de facto reſervatis, aut aliquo ipſorum fuerint irretiti, pro abſolutionis beneficio ad Miniſtrum Generalem, aut Provincialem, vel eorum Comiſſarios, recurrere debeant ſine mora. Ex Regul. c. 7. & Salm. c. 7. & Pariſ. 1579. & Tolet. 1583.

Autoritas abſolvendi à reſervatis cõceditur Guardianis.

Quia verò, neque Cuſtodes, neque Guardiani, nuda officij vi, poſſunt abſolvere à prædictis, adhuc occultè commiſsis, niſi per Miniſtrum committatur eiſdem: vt prompto peccantium remedio conſulatur; decernimus, ac declaramus, omnes, & ſingulos, tam Cuſtodes Cuſtodiarum, quàm Guardianos, eo ipſo, quòd electi fuerint, commiſſam habere facultatem activam, & paſſivam, ac etiam commiſsivam, abſolvendi ſuos ſubditos, atque Fratres hoſpites ad ſuos Conventus adventantes, ab omnibus, & ſingulis caſibus reſervatis ſuprà recenſitis, in occulto dumtaxat commiſsis: Circa eos verò, qui publicè fuerint comiſsi, quævis Provincia provideat, iuxta ſuam probatam conſuetudinem. Ex eiſdem, & Segov. 1611.

Vicarijs etiã in Guardiani abſentia.

Vicarij etiam, Guardianis abſentibus, eamdem authoritatem illis per Miniſtrum conceſſam habent abſolvendi à caſibus reſervatis, & ea vti poſſunt, tam activè, quàm paſsivè; idque etiam cenſendum declaramus de Præſidentibus, & Vicariorum Vicarijs in eorum abſentia. Ex Lavalſen. 1505.

Concedenda eſt à Miniſtris in quovis Convẽtu qui

Et vt opportuniùs animarum ſaluti conſultum ſit, ordinamus, vt, iuxta præfatum Clementis VIII. decretum, Miniſtri Provinciales, in ſua quiſque Pro- Ex decret. Clem. VIII. citat. & Palęquel. 1480 & Par. 1579

quibuſdam conſignatis Confeſſarijs

Provincia, pro ſingulis Conventibus deputent duos, tres, aut plures Cõfeſſarios, pro ſubditorum numero, maiori, vel minori, eoſque doctos, prudentes, ac charitate prædìtos, atque eiſdem, à prædictis caſibus in foro conſcientiæ abſolvendi facultatem concedant, ipſos inſtruendo, prout ſaluti animarum viderint expedire.

Pœnæ in præſumentes abſolvere à reſervatis ſine commiſſa authoritate.

Quicumque autem Confeſſarius, non habens commiſſam authoritatem, ex certa ſcientia præſumpſerit abſolvere à prædictis reſervatis, ſuſpenſus ſit ipſo facto à Confeſsionibus audiendis; nec reſtitui poſsi, niſi per Miniſtrum Provincialem: & quicumque in hoc vitioſus legitimè fuerit deprehenſus pœna carceris puniatur. Ex Bul. Alexand. VI. & Carp. 1521. Salm. c 7. & Tolet. 1583.

Pœnæ in affirmantes id licere.

Si quis verò auſus fuerit affirmare, quòd quilibet Sacerdos poſsit abſolvere à peccato, ſuper quo non habet cõmiſſam authoritatem: aut quòd Confeſſarius quivis, ſine commiſſa authoritate, poſsit à reſervatis abſolvere, & correctus, palinodiam decantare noluerit, tamquam errans, & ſubverſor, carceri mancipetur. Ex eiſdem.

Duratio authoritatis à Prælatis cõmiſſæ.

Quando autem Superior aliquis Prælatus commiſsit alicui ex ſuis ſubditis ſuam authoritatem abſolvendi à reſervatis, ſi contingat Prælatum prædictum mori, vel ab officio amoveri, talis commiſsio penès ſubditum illum, cui facta fuit, remaneat; donec alius ſimilis Prælatus habeatur. Ex Tolet. 1583.

Abſolutio à reſervatis virtute Cruciatæ, in Religioſis non valet.

Iuxta Apoſtolica decreta, ac Ordinis antiqua ſtatuta, decernimus, & declaramus, conceſsionem Sanctæ Cruciatæ, & quorumcumque aliorum indultorum, ſive generalium, ſive particularium, quantum ad articulum eligendi Confeſſarium, & abſolvendi à caſibus reſervatis, locum minimè habere cum Fratribus noſtri Ordinis, neque cum ſororibus Monialibus, quæ noſtræ ſubiacent obedien- Ex Conſtit. Sixti IV. & Conſt. Innocent VII. & Cõſt. Clem. VIII. *Rom. Pont.* & Vrban. VIII. ann. 1630.

dientiæ:eſt enim expreſſa Summorum Pontificum intentio,quòd ijdem Fratres, & Moniales, quantùm ad Sacramentum Pœnitentiæ, ſeu Confeſſionis adminiſtrationem, diſpoſitioni ſuorum Prælatorum ſubdantur.

Conſtitutiones Apoſtolicæ id declarãtes ſunt in ſuo robore.

Ex Conſtit. Clem. VIII. & Vrb. VIII citatis.

Quocirca declaramus, ſemper eſſe ac manere in ſua vi,& robore Conſtitutiones, & declarationes Summorum Pontificum Clementis Octavi, & Vrbani Octavi ſuper hac re editas, ac proinde Bullam Cruciatæ, & alia quæcumque indulta Religionibus conceſſa, quantum ad prædictum articulum eligendi Confeſſarium, & abſolvendi à caſibus reſervatis, cum Religioſis locum minimè habuiſſe,nec habere,nec illis vllo modo ſuffragari potuiſſe,neque poſſe,vt expreſsit Vrbanus.

Pœnæ in affirmantes cõtrarium.

Quicumque autem contrarium affirmare auſus fuerit, tamquam temerarius pœna carceris, ſiue graviori,ad arbitrium Superioris,puniatur.

§. XV. *De abſolutione, & diſpenſatione Fratrum, à Cenſuris, & pœnis.*

Facultas Apoſtolica abſolvendi, & diſpenſandi cõceſſa Prælatis erga Fratres.

Ex Mart. Mag. Clem. IV. & Sixt. IV. Iul. II. apud Comp. Priv. verſ. *Abſolutio, quoad Fratres.*

EX Apoſtolica conceſsione, poſſunt Generalis,ac Provinciales,eorumque Vicarij,& Cuſtodes in ſuis Cuſtodijs, Fratres illis commiſſos, vel ad eos vndequaque declinantes, ab omnibus caſibus, in quos inciderint, ſive ante, ſive poſt ingreſſum in Ordinem, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis(hæreticis,relapſis, ſchiſmaticis, litterarum Apoſtolicarum falſificatoribus, ad partes infidelium prohibita deferentibus, Bigamis, vel homicidis voluntarijs,exceptis) abſolvere, & à quibuſcumque ſententijs excommunicationis, ſuſpenſionis,& interdicti, à iure, vel ab homine, generaliter promulgatis, & etiam diſpenſare in irregulari-

ritatibus, propter dictas ſententlas; aut ob celebrationem Divinorum officiorum in locis interdicto Eccleſiaſtico ſuppoſitis, vel ob ſuſceptionem Ordinum, cum prædictis cenſuris, contractis. Poſſuntque Prælati ipſi ab ijſdem caſibus, à proprijs, quos ſibi elegerint, Confeſſarijs abſolvi, & diſpenſari.

Qua circũſpectione vtẽdum alijs privilegijs Apoſtolicis abſolvendi, & diſpenſandi.

Quia verò Prælati noſtri Ordinis vti poſſunt privilegijs Apoſtolicis, alijs Religionibus, cum quibus noſtra communicat, conceſsis, in abſolutione ſuorum ſubditorum à caſibus, & cenſuris reſervatis, & in diſpenſatione ſuper irregularitatibus, & alijs pœnis: Monemus, vt, antequàm eis vtantur, diligenter examinent, an ſint revocata, vel generaliter, quia vivæ vocis oraculo conceſſa; vel alia quavis ſpecialiori revocatione; & omninò advertant ad conditiones, limitationes, & modos vtendi, ſub quibus conceſſa ſunt; ne in re adeò gravi, quidquam invalidum, aut illicitum fiat.

Quis poſsit abſolvere ab excommunicatione pro iniectione violenta manuum.

Ex Salm c.7 & Tol. 168.

Ab excommunicatione pro iniectione manuum violenta poteſt Cuſtos Cuſtodiæ, & Guardianus abſolvere, ſi Provincialis præſentia infra diem naturalem non poſsit haberi, & etiam Vicarius Guardiani, ſi Provincialis, vel Guardiani præſentia infra triduum haberi non poſsit. Quod tamen de percuſione atroci, vel ſubditi in Prælatum, numquam intelligendum decernimus.

§. XVI. *De ſilentio.*

Silentium quibus horis nocturnis obſervandũ.

Ex prim. Barch.

NE devotionis fervor, & religioſa tranquillitas, per inquietudinem multiloquij tepeſcat, aut extinguatur: ſtatuimus, vt ſilentium, à dando ſigno poſt expletum Completorium, & Refectorij communitatem, vſque ad primam pulſatio-

nem

nem campanæ pro hora Primæ diei ſequentis, ab omnibus inviolatè obſervetur : exceptis tamen hoſpitibus, & eiſdem miniſtrantibus, vel de licentia Guardiani aſsiſtentibus, quibus modeſtè, & ſubmiſsè loqui permittitur.

Quibus in locis generaliter ſilendum.

Sileatur verò in Clauſtro, in Dormitorio, & in Choro, & in Eccleſia, à principio Chori: in Refectorio etiam tam in prima, quàm in ſecunda menſa, & hoc non ſolùm à reſidentibus, ſed etiam à forenſibus obſervetur. Ex eiſdem.

Deſignanda ſunt loca ſilentij, & collocutionis.

In locis autem, vbi Fratres non habent officinas diſtinctas, aſsignentur à Guardiano, vel Præſide, loca diſtincta, & commoda, vbi Fratres ſileant, & vbi poſsint loqui cum alijs, dum oportet. Ex eiſdem.

Quibus horis diurnis obſervandū eſt ſilentium regulariter.

Similiter ſtatuitur, ſilentium tempore dormitionis à feſto Reſurrectionis Domini vſque ad feſtum Exaltationis Sanctæ Crucis, obſervandum qualibet die, à pulſatione campanellæ poſt ſecundam menſam, vſque ad Nonam. Ex eiſdem.

Quando in diebus ieiunij.

In diebus verò ieiuniorum ſimili modo obſervetur à pulſata campanella poſt menſam ſecundam quovſque detur ſignum ad ſurgendum à ſomno, iuxta ſpatium à Guardiano prouidè aſsignandum; liceat tamen Fratribus quod neceſſe eſt loqui breviter, & ſubmiſsè, ſicut viros religioſos, & pios, decet. Ex eiſdem.

Pœna frangentium ſilentium.

Si quis autem præordinatum ſilentium fregerit, debeat in Capitulo dicere culpam ſuam, eam, prout ſe in hoc deliquiſſe meminerit, exprimendo: cui à Guardiano aliqua pœnitentia, ſecundum culpæ exigentiam, imponatur. Ex eiſdem.

Modeſtia in collocutionibus obſervanda.

Hortamur quoque Fratres, vt aſſueſcant etiam vbique religioſè, modeſtè, & ſine clamore loqui, maximè in Dormitorio, Eccleſia, Oratorio, Clauſtro, Bibliotheca, & ſecretæ neceſsitatis loco; qui- Ex eiſdem.

Digitized by Google

bus in locis ſtrictum ſilentium, iuxta præmiſſa, eſt obſervandum.

Silentij tempore, nullus alterius cellam ingrediatur, ſub præcepto obedientiæ.

Sacri ſilentij, ac religioſæ honeſtatis, & modeſtiæ accuratiùs obſervandæ gratia, inhibemus ſub obedientiæ præcepto omnibus, & ſingulis Fratribus, ne tempore ſilentij meridiano, & nocturno, ingrediantur cellam vllam alterius, exceptis tamen cellis Prælatorum, pro negotijs dumtaxàt neceſſarijs, & Patrum habentium per Conſtitutiones ſocios, pro ipſis dumtaxàt; & Magiſtri Novitiorum, pro ipſis ſolummodò. Ex Segovi 1621.

§. XVII. *De communi Refectorio.*

Congregatio, & ordinatio Communitatis pro ingreſſu in Refectorium.

PULSATA, tempore prandij, & cœnæ, campanella pro communitate ad Refectorium convocanda, omnes Fratres ad locum ante Refectorij portam pro ordinanda communitate deſtinatum teneantur convenire; ibique ſub ſilentio, cum decenti modeſtia, & gravitate ſedeant, donec Præſes, recitato alternatim Pſalmo *De profundis*, & dicta Oratione pro Fratribus, & benefactoribus defunctis, ingrediendi ſignum dederit. Ex antiq. & prob. conſ.

Cæremoniæ & mortificationes in Refectorio faciendæ.

Circa menſæ benedictionem, gratiarum actionem, mortificationis exercitia, & alias ceremonias in Refectorio obeundas, inſtructio ſancti Bonaventuræ, & laudabiles cuiuſvis Provinciæ conſuetudines obſerventur. Ex eiſdem.

Lectio ſpiritualis in eo habenda, & quorum librorum.

In Refectorio autem quandiu prandium, aut cœna duraverit, lectio ſpiritualis omninò habenda eſt. Alijs quidem temporibus ab aſſignatis pro Regula, eius declarationibus, & ſtatutis legendis, in prandio poſt aliquas periodos Sacræ Scripturæ occurentis, reliquum lectionis ſit de aliquo ſpirituali libro, vulgari idiomate ſcripto, quem magis Ex Toleto 1583. & Tolet. etiam 1633.

Re-

Religioſorum profectui profuturum, Prælati iudicaverint.

Quia tamen ad perfectam interioris, & exterioris hominis compoſitionem, maximè præſtare Sancti Bonaventuræ Diſciplinam Religio noſtra experimento didicit; eius lectio inter cæteras, ſaltem ſemel in anno, legenda commendatur. In cœna verò de noſtri Ordinis Choronicis, vel Sanctorum vitis, ſit lectio.

Lectio menſæ nunquàm intermittenda, ſub pœna.

Strictè verò præcipitur, ne lectio menſæ in Refectorio vnquam intermittatur, adhuc in feſtis præcipuis, & Paſchalibus, ſub pœna Guardiano contra facienti ſuſpenſionis ab officio, Superioris arbitrio; quæ, pro inobſervationis modo, aggravanda erit vſque ad privationem: in gravioribus autem Conventibus, adhuc in ſecunda menſa lectio eſt habenda. Ex Tolet. 1583.

Primæ menſæ omnes Fratres non occupati aſſiſtant.

Ad primam menſam omnes Fratres, qui legitimè occupati non ſunt, accedere teneantur; alioquin puniendi arbitrio Guardiani. Ex prim. Barchin.

Extra Refectorium nec comedere, nec cœnare licet.

Nulli verò omninò, cuiuſvis gradus, vel conditionis exiſtat, in cella, ſive alio loco extra Refectorium, liceat comedere, neque cœnare: quod ſi vna, vel altera vice dumtaxàt neceſsitas vrgeat, in hoſpitio, ſive infirmaria, charitativè reficiatur, de licentia tamen Guardiani. Ex Segovi. 1621.

§. XVIII. *De Ieiunio.*

Duæ quadrageſimæ ex præcepto ieiunandæ.

SECUNDUM Regulam, tenemur duas Quadrageſimas ieiunare; alteram, à feſto omnium Sanctorum vſque ad Nativitatem Domini; alteram vſque ad Reſurrectionem, ab Eccleſia ſtatutam. Ex Reg. & ex ant. conſ. & ex prim. Barch. c. 4.

Tertia, ſub benedictione ſuadetur.

Tertia verò, ab Epiphania vſque ad continuos quadraginta dies, non præcipitur à Seraphi-

 co

co legislatore, ſed ſuadetur, ſub benedictione Dei, voluntariè ieiunanda. Ex huius benedictionis amore ſtatuimus, quòd tali hora comedant Fratres, vt qui voluerint ieiunare non graventur, ſcilicet, hora ſexta.

In ea Fratres vnica refectione ſint contenti.

Ex eiſdem.

Obſecramus autem omnes Fratres, vt in iſta voluntaria quadrageſima, à Seraphico P. N. Franciſco ſub benedictione ſuaſa, in Conventu ſint vna refectione contenti, ad amovendas plures deordinationes, & adeò optabilem benedictionem obtinendam; debilibus, & infirmis exceptis.

Alia ieiunia de præcepto.

Ex præc. Eccleſ. & Reg.

Ad ieiunandum in quatuor Temporibus, vigilijs de præcepto, & ſingulis ſextis ferijs, omnes Fratres, quos neceſsitas non excuſat, tenentur.

Ieiunia ex ſtatutis obſervanda.

Ex prim. Barchin.

Statuimus etiam, iuxta antiquam in noſtro Ordine conſuetudinem, vt vigilias Aſcenſionis Domini, & feſtivitatum Sanctiſsimæ Genitricis Mariæ, nec non & Seraphici P. N. S. Franciſci, omnes Fratres intra, & extra Conventum ieiunent.

Populi ieiunia à Fratribus obſerventur.

Ex Tolet. 1583.

Demum, cùm multa ſint oppida, & Civitates, quæ ex voto, vel ex ſuorum maiorum conſuetudine, plures ieiuniorum dies obſervent; præcipimus vt omnes noſtræ Religionis Fratres, etiamſi extra mœnia Conventus ſint conſtituti, eiſdem diebus ieiunent: Guardiani autem, qui oppoſitum fieri permiſerint, per bimeſtre ab officio ſuſpendantur.

§. XIX. *De Diſciplina.*

Diſciplina flagellationis quibus diebus regulariter ſumenda.

Ex Tolet. 1583.

UT verò carnis mortificatio in nobis reſplendeat, præcipitur, vt in quacumque hebdomada tribus diebus fiat diſciplina in communi, nempè feria ſecunda, quarta, ac ſexta; à qua nullus Frater, niſi infirmitate præpeditus ſit, excuſetur.

Si

Feſtiuitates eximendæ. Si tamen in his diebus duplex primæ, aut ſecundæ claſsis, vel maius Chriſti Domini, & eius Sanctiſsimæ Matris, vel feſtum obſeruandum occurrat, diſciplina eo die ceſſabit, & idem fiet in Octauis Natiuitatis Domini, Epiphaniæ, Reſurrectionis, & Penthecoſtes, Aſſumptionis B. Virginis; omnium Sanctorum, & Seraphici P. N. S. Franciſci. Ex eiſdem.

Quanto tẽpore durare debet diſciplina ordinaria. Diſciplina verò durabit interim dum recitatur Pſalm. *Miſerere mei Deus*, cum verſibus, & orationibus in Provincijs conſuetis. Eius hebdomadarius, ſit ſemper ſuperior Prælatus ex illis, qui aſtiterint, à Miniſtro Generali, vſque ad Vicarium Conventus, & Præſidem: & ſi quis renuerit, indevotionis notetur, & à Superiore corrigatur. Ex eiſdem. Ex Toleta. 1633.

Diſciplinarum maioris hebdomadæ duratio. Diſciplina tamen, quæ fieri debet in quarta, & quinta, & ſexta ferijs maioris hebdomadæ, erit prolixior: nam quarta feria, recitabuntur Pſalmi cantici Graduum, in tribus intervallis: In quinta feria dicentur Pſalmi Primæ, Tertiæ, Sextæ, & Nonæ, ſub alijs tribus intervallis: In ſexta verò feria, ſolùm dicentur Pſalmi *Miſerere mei*, & *De profundis*.

§. XX. *De Capitulo Conventus.*

Capituli localis finis, & vtilitas. PERUETVS eſt ſanctum illud inſtitutum perpetuo Sanctorum Patrum vſu receptum, & Eccleſiæ authoritate probatum, vt qui religioſam, & regularem vitam profitentur ad Capitula Conventualia, Superiorum localium iuſſu, ſtatutis temporibus convocentur; vt ibi regularibus diſciplinis, paternis cohortationibus, ac ſalutaribus monitis, per Prælatum ſalubriter inſtituantur. Ex Ultram. c. 5. Salm. & Valliſ. 1595.

Digitized by Google

Duplex modus illud celebrandi.

Hoc Capitulum poteſt fieri ſine ſolemnitate, & ſolemniter: ſine ſolemnitate fit, in Refectorio ad prandium, vbi omnes Religioſi, flexis genibus, recognoſcunt ſuas quotidianas negligentias, & Clerici, laici, & Sacerdotes iuvenes, culpam in medio Refectorij dicunt; & Guardianus admonenda admonet, præcavenda denuntiat, & benefactores recommendat. Ex ant. conſuet. & Ultram. c. 5.

Modus illud celebrãdi ſolemniter.

Solemniter fit, convocata communitate poſt Completorium ad locum Capituli. Ubi primò Novitij, ſi adſint, culpas ſuas dicunt, & recepta pœnitentia, & aliqua ſpirituali exhortatione à Superiore, diſcedunt: deinde profeſsi, per ſuas claſſes, culpas ſuas ſimiliter dicunt coram Superiore; qui eos, ſecundùm defectus commiſſos, reprehendit, & admonet: poſteà Superior communes defectus corrigit, providet de remedio opportuno, & modicum ſermonem exhortatorium facit ad obſervantiam regularem, & ea, quæ pro maiori Religioſorum profectu neceſſaria iudicaverit, conducentem: denique benefactores recommendat, eos præſertim, qui ſpeciales eleemoſynas Cõventui largiti ſunt, & Fratribus abſolutionem generalem, iuxta vſum Ordinis, impartitur. Ex eiſdem.

Quando celebrandum vno, aut altero modo.

Iuxta hæc ſtatuimus, vt Capitulum non ſolemne, fiat ſingulis ſextis ferijs à Guardiano, niſi feſtum obſervandum, aut claſsicum occurrat. Capitulum autem ſolemne celebretur à Guardiano ipſo, ſemel in menſe: quod ſi ſaltem poſt duos mẽſes non celebraverit, per Miniſtrum Provincialem ſuſpendatur ab officio per bimeſtre. Ex Tolet. 1583.

Pœna Prælatorum negligentium, circa obſervationem ſta-

Divinum denique cultum, Dei laudes, ſacrificia, Sacramentorum frequentiam, Orationem, tum vocalem, tum mentalem, ſilentium, crebra ieiunia, diſciplinas, exhortationes, ac reliqua omnia Ex Tolet. 1606. iuxta decr. Apoſt. Clem. VIII. ann. 1599.

ſpi-

ſtatutorum, exercitia vitæ-regularis conſtituentium.

ſpiritualia, & corporalia exercitia, quæ pietatem excitant, regularis vitæ diſciplinam iuvant, & Deum reddunt propitium, integrè inſtaurare cupientes: ſtatuimus, vt Miniſtri Provinciales, & Prælati locales, qui in obſervatione præmiſſorum ſtatutorum, in quibus exactè, & copiosè ſuper hæc proviſum eſt, negligentes fuerint, ſuſpendantur ab officio ipſo facto, vel etiam priventur, pro negligentiæ modo, Superiorum arbitratu.

CAP. IV.

De modo interius converſandi.

§. I. *De Conventibus, & eorum ædificijs.*

Votum obſervātiæ circa ædificia Conventuū.

Ex Toletan 158?. Leo X. in Bull *Mo... ...*

QUAMVIS amplas Eccleſias, & Conventus fabricatos, aut receptos deferre nobis non liceat, Apoſtolica Conſtitutione id prohibente; ſemper tamen noſtræ Obſervantiæ familia optauit, vt Conuentus noſtri de nouo fabricandi, modo noſtræ paupertati congruo, ad præſcriptum declarationis Clementis Papæ V. conſtruerentur;

Conventus quomodò fabricandi, ſi de novo fiant.

Ex eiſdem.

Hinc ſtatuimus, vt ſi qui Conuentus de nouo fabricandi ſint in noſtro Ordine, in ea ſolùm magnitudine fabricentur, quæ officinarum diſtinctioni, & numero Fratrum in eis de familia conſtituendorum, ad præſcriptum noſtræ paupertatis, decenter congruat.

Iam fabricati qualiter adaptandi.

In Conventibus autem iam fabricatis, ordinamus, vt eæ officinæ, quæ ad regularis vitæ, & exerci-

citiorum noſtro inſtituto convenientium neceſſariæ ſunt, diſtinctè, & decenter componantur, & adaptentur, & fabrica Conventus ſarta, tectaque omni ex parte conſervetur, ne pro novis fabricis faciendis, recurſus quotidie fiant, cum paupertatis diſpendio, & ſæcularium ſcandalo; Guardianus autem, qui in reparando ſuo Conventu negligens fuerit, ſuſpenſione ab officio, pro negligentiæ gravitate, puniatur.

Cellæ amplæ, nec fabricādæ nec permittēdæ.

Ex Tolet. 1583. Rom. 1600 & Roman. 1611.

Præcipimus etiam, vt in cellarum fabricis, & diſpoſitionibus, eiuſdem paupertatis, & diſciplinæ regularis decor eniteat: Quare, quarumdam Provinciarum abuſus cellas amplas conſtruendi, cum pluribus cameris, aut cubiculis intrò contentis, omninò prohibemus: in aliqua tamen privata cella, magna ex cauſa, permittatur vna camera pro manſione, & alia parva pro cubiculo.

Feneſtræ profanæ prohibitæ.

Ex eiſdem, iuxta decr. Apoſ. Clem. VIII. anno 1599.

Prohibemus etiam, ne fiant, nec permittantur valuæ, feneſtræ, nec illa ambulacra extrinſecùs prominentia, quæ Hiſpano idiomate dicuntur *Balcones*. Qui contra præmiſſa fecerit, actibus legitimis privetur, & Prælati, qui permiſerint, ab officijs deponantur.

Ædificia nec coſtruēda, nec deſtruenda, ſine licentia Miniſtri.

Ex Salm. cap. 6.

Nullum etiam notabile ædificium conſtruatur, vel deſtruatur, ſine licentia, & diſpenſatione Miniſtri Provincialis, de conſilio Diſcretorum Conventus in ſcriptis data. Et qui contrarium fecerit, vel conſuluerit, per Miniſtrum Provincialem de loco irrevocabiliter expellatur, & alijs pœnis gravibus puniatur: Fratres verò prædictum exceſſum denuntiare debeant Provinciali Miniſtro.

Guardiani deſtruentis fabricam à Prædeceſſore inchoatam, pœna.

Ex Rom. 1611.

Et nullus Guardianus (ſub pœna privationis officij, & carceris per menſem) inchoatā à Prædeceſſore fabricam audeat, vel deſtruere, vel mutare, niſi licentia à Miniſtro Provinciali in ſcriptis obtenta.

Sta-

Concediτur Prouincijs facultas admittendi novas fundationes Conventuum

Ex Tolet. 1606.

Statutum antiquum de non ædificandis novis Conventibus abſque ſpeciali licentia Capituli Generalis, iuſtis de cauſis irritatum eſt, & plena facultas conceſſa omnibus, & ſingulis Provincijs, vt maturo habito conſilio, quod magis expedire videatur deliberent, & provideant; attendendo; quòd ſine præiudicio Conventuum veterum novi erigantur; & quòd nullus ædificetur, vbi duodecim, ad minùs, Fratres cõmodè vivere non poſſint; & tandem, quòd licentiæ ex Concilij Tridentini decreto, Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Regalibus Pragmaticis requiſitæ, præhabeantur.

Ipſis committitur oppoſitio in fũdationes noſtris Conventibus nocivas.

Ex Tolet. 1606.

Similiter, Provincijs relinquitur, vt circa incommoda, ſiue damna ſibi de aliorum Conventuum nova ædificatione imminentia, valeant omnibus remedijs opportunis, licitis tamen, vti ante Diœceſanos, & Curiam Romanam, cauſam huiuſmodi pro viribus, Divino implorato auxilio, defendentes.

§. II. *De hortis Conventuum.*

Horti intra Conventus mœnia habe ri poſſunt.

Ex Clem. Ex*iui, de Paradyſo, §. Licet vero.*

IUXTA Clementis V. declarationem, intra mœnia noſtrorum Conventuum poſſunt haberi horti pro oleribus, & fructibus in ſpecie, in Fratrum vſum conſumendis, ac pro honeſta illorum recreatione; in quibus fructiferæ, & infructiferæ arbores, ad ornatum, & congruentem vtilitatem, haberi poſſunt.

In eis, nec triticũ, nec vinum colligendum.

Ex Vallis. 1593.

In eiſdem tamen nullatenùs permittatur ſeminatio frumenti, vel tritici cuiuſcumque alterius generis; vel cultus vineæ, ex qua vinum adhuc pro Fratrum vſibus efficiatur; etiam Syndici Apoſtolici interventu, ſub pœna proprietarij aliter facientibus, ac permittentibus irroganda.

Nullus

Nihil ex eorum fructibus vendere licet, nec ipſos locare.

Nullus etiam Guardianus, loci Vicarius; aut alius quomodocumque Præſidens, etiam per Syndicum Apoſtolicum, audeat vendere ligna, fœnum, aut quidquam aliud ex ijs, quæ in hortis prædictis naſcuntur; nec paſcua intra ipſos contenta, aut hortos ipſos, ſeu eorum partem, quovis modo locare, ſub pœna etiam proprietarij, facienti, aut permittenti.

Ex Salm c. 6. & Valliſ. 1593.

Nullæ ipſorum arbores incidendæ ſine licentia, ſub pœna.

Cùm autem congruum ſit, hortos ipſos cum illis, quæ decenter pro ſolamine, & vtilitate Fratrum, in eis habentur, conſervari: præcipimus omnibus Fratribus, tam Guardianis, quàm ſubditis, ſub pœna privationis actuum legitimorum per biennium, ne ſine ſcitu, & licentia in ſcriptis obtenta Provincialis, incidant aliquam arborem horti, viridarij, aut nemoris Conventus, ſive fuerit fructifera, ſive ad ſolum ornatum. Provinciales verò prædictam licentiam dare non debeant, ſine Diſcretorum Conventus aſſenſu.

Ex Salmant. c. 5.

§. III. *De numero Fratrum.*

Qui Fratrũ numerus admittendus, & conſervandus eſt.

QUONIAM pro exacta paupertatis obſervatione, neceſsitatum Religioſorum ſubſidio impendendo, & eorum vagatione evitanda, nimiam Fratrum multitudinem prohibendam eſſe, noſtri antiqui Patres decrevere: ſtatuimus, vt ſecundum Concilij Tridentini decretum, in ſingulis Conventibus hic tantùm numerus Fratrum conſtituatur, & in poſterum conſervetur, qui ex conſuetis eleemoſynis poſsit ſuſtentari.

Ex Toletan. 1583.

Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. c. 3.

Eius taxatio quomodò facienda.

Atque adeò præcipimus, vt in ſingulis Provincijs ſit determinata taxatio numeri Fratrum, pro quocumque Conventu, iuxta eiuſdem communes, & ordinarias eleemoſynas. Quæ taxatio ſubſcripta

Ex eiſdem, & Tol. 1606.

Digitized by Google

ta à Patribus Diffinitorij ſit in libro principali Provinciæ, & ex eo tranſcribatur ad manuale Miniſtri, vt videat, quem Fratrum numerum poſsit in vnoquoque Conventu collocare, & ad quem numerum vſque, valeat Novicios recipere.

Taxatus numerus Fratrum non excedatur.

Ultra taxatum numerum nullus in poſterum Frater ſuperaddi poſsit, prout de mandato Domini Papæ Pauli V. in quodam Generali Capitulo Toletano cautum eſt: & quia res humanæ nunquam in eodem ſtatu permanent, à novennio in novennium in Capitulo Provinciali recognoſcatur taxatio, vt videatur, num pro temporis viciſſitudine augenda, vel minuenda ſit.

Ex Tolet. 1606 de mãdato Paul. V. & decr. Ap. Clem. VIII. anno 1599.

Quando innovanda taxatio.

Ubi numerus Fratrum taxationem excedit, Novitij nõ ſunt admittendi.

Quotieſcumque autem reperiatur in aliqua Provincia maior Fratrum numerus, quam is, qui in taxatione ſtante continetur, aut quam in Provincia illa ſuſtentari valeat, nullus exinceps Novitius ad Religionem admittatur, quouſque deſcẽdatur ad præfixum numerum; & Miniſter, qui contrà fecerit, puniatur pro Superioris arbitrio.

Ex Segou. 1611.

§. IV. *De Incorporatione.*

Incorporatio in aliena Provincia quomodò facieda.

NULLUS incorporetur in aliena Provincia, niſi ex licentia vtriuſque Provincialis, vel Generalium Prælatorum. Præter eam autem omninò requiritur, vt in ea Provincia, in qua incorporandus eſt, biennio ſaltem cõmoratus fuerit, & deinde conſenſus Capituli Provincialis accedat: quo diſſentiente, nulla alicuius Prælati licentia ſuffragetur; niſi Miniſter ipſe Generalis, ex officio, id effecerit. Monemus tamen eundem Reverendiſsimum Patrem Miniſtrum Generalem, ne id vnquam faciat, niſi magna, & notoria efflagitante ratione.

Ex Tolet. 1583.

Incorporati non poſſit ad officia promoveri ante decennium.

Nullus Frater ex vna Provincia, in aliam coaptatus, poſsit ad officia Ordinis promoveri, ante decimum annum completum à prima receptione. Ex Rom. 1612.

Incorporatus delinquens, vbi puniendus

Si quis iam incorporatus delictum aliquod commiſerit in ea Provincia, vbi eſt incorporatus; in eadem, iuxta delicti qualitatem, puniendus eſt; nec ad aliam, ex qua venit, ampliùs, eſt remittēdus. Ex Valliſ. 1593.

Incorporati, ad propria reverſi, pœnæ.

Quicumque in aliqua Provincia incorporatus, ad ſuam reverti impetraverit; in ſuæ mobilitatis pœnam, non recipiatur, niſi per bimeſtre caparonem portaverit; nec gaudeat præcedentiâ, niſi à die novæ receptionis, & incorporationis. Si autem de mandato Prælatorum, pro vtilitate ſuæ Provinciæ (ad inſtantiam maximè Patrum eiuſdem) reverſus fuerit, nulla afficiatur pœna. Ex Salm. c. 2.

§. V. *De Hoſpitibus.*

Hoſpites qua charitate recipiendi.

FRATRES omnes hoſpites recipiantur in viſceribus charitatis, maximè venientes de extraneis, & remotis partibus; ac hoſpitio recepti, benignè, & perhumaniter tractentur. Ex prim. Barchin. c. 4.

Ipſorum pedes lavētur.

Vt verò Fratres omnes hoſpites maiora experiantur religioſa charitatis indicia: ordinamus, vt iuxta probatam Patrum noſtrorum inſtitutionem, pedes eorum laventur, ipſique religioſa quadam refectione recreentur. Ex eiſdem.

Hoſpitium in ſingulis Conventibus habendum.

Ad hæc præcipimus, vt nullus ſit Conventus, in quo non ſit Hoſpitiū, & cellæ aliquæ pro hoſpitibus recipiendis ſpecialiter deputatæ, cum opportuna ſupellectili, quæ ſolis hoſpitibus deſerviat: ſitque Frater vnus pro recipiendis, & inſerviendo hoſpitibus deputatus, cui de prædicta ſupellectili cura incumbat. Ex eiſdem, & Tol. 1631

Ve-

Profana in hoſpitijs cavenda.

Verùm ſindones non apponantur in lectulis; Ex Tolet. 1583. nec pro noſtræ Religionis Prælatis vlla ornamenta profana apponi permittantur in lecto, camera, aut menſa; ſed ita ſuæ neceſsitati, & continuæ fatigationi ſucurrere velint, vt honeſtas, & parſimonia, in omnibus reſplendeant.

Pœnæ in Superiores defectuoſos in charitatis officijs erga hoſpites.

Si qui autem locorum Superiores, in his præ- Ex Tolet. 1633. ſtandis, quæ ad charitatem hoſpitibus exhibendam pertinent, notabiliter defectuoſi inveniantur, vt homines ſine charitate, ſuſpendantur ab officio, vel etiam abſolvãtur pro gravitate defectus.

Hoſpites poſt triduū acceſſus, cōmunitates ſequantur.

Ipſi verò hoſpites, in locis, in quibus vltra tres Ex prim. Barc. c. 4. dies moram traxerint, ex tunc communitates omnes ſervare teneantur, & in Capitulo culpas ſuas dicant, dictiſque, & accepta pœnitentia, egrediantur. Quomodò autem, & à quibus puniendi ſunt hoſpites delinquentes; exprimetur, dum de correctione delinquentium agatur.

§. VI. *De adminiſtratione temporali Conventus.*

Temporalis Conventus cura, Guardiano commendatur.

TOTA temporalis cura, tam eleemoſynarum vndecumque provenientium, quàm Ex Regul. & eius declarationibus. aliarum quarumcumque rerum, ad Conventum pertinentium, pro vſu, & neceſsitatibus Fratrum, Guardiano principaliter committitur; qui pro eorum adminiſtratione, fidelibus, ac opportunis miniſtris vti debet. Pro cuius fidelitatis experimento ſequentia omninò obſervanda ſtatuimus.

Ratiocinia ſingulis menſibus à Guardiano reddenda.

Et primùm Guardiani ſingulis menſibus, prima Ex antiq. Conſt. c. 3. & ex Salm. c. 6. eiuſdem menſis die, feſto duplici, vel ſervando non impedita, teneantur reddere computum clarum, & diſtinctum de eleemoſynis elargitis, & de modo, quo ſunt factæ, coram Diſcretis Conventus, &

Poſt trimeſtre communitati ratio danda.

Syndico: poſt trimeſtre verò coram tota communitate teneantur rationem reddere omnium eleemoſynarum, & expenſarum. Secùs facientes pro prima vice per ſemeſtre; pro ſecunda, per annum; pro tertia, perpetuo, ſuis officijs priventur.

Liber de Miſsis, & quæ in eo ſcribenda ſunt.

Ut autem omnia qua oportet claritate fiant, Guardiani ſinguli teneantur in libro ad hoc ſpecialiter deputato omnes Miſſas, quæ commendantur, ſcribere, perſonis ſingulis, pro quibus celebrandæ ſunt, annotatis, atque etiam eleemoſynis pro eis oblatis; quatenùs conſtare poſsit de Miſſis, quæ celebratæ ſunt, & de his, quæ reſtant celebrandæ, ac de eleemoſynis pro eis oblatis, & per Syndicum receptis: & in ſingulis menſibus fiat earumdem Miſſarum computum coram Diſcretis. Ex Segov. 1621.

Liber de anniverſarijs habendus.

In alio libro ſcribantur Memoriæ, & anniverſaria, quæ in Conventu celebrantur, cum nominibus Fundatorum, & perſonarum, quæ tenentur eleemoſynam Syndico perſolvere, & qua ratione. Ex eiſdem.

Liber de receptis, & expenſis pro computis.

Sit etiam liber, in quo ſcribantur quæcumque Syndicus receperit, diſtinctè, & clarè; ac ſeorſim expenſæ quotidianæ ſingillatim notetur; quatenùs conſtare poſsit: quidquid ſingulis menſibus per manus Syndici receptum, & expenſum fuerit; atque in hoc libro computa cum Syndico fiant. Ex eiſdem.

Liber de Eleemoſynis per Fratres collectis.

Eleemoſynæ etiam omnes, quæ à Fratribus exiguntur, diſtinctè ſcribantur in alio libro, & à ſingulis eleemoſynarijs ſimul cum Diſcretis ſubſignetur, quid quiſque collegerit; vt clarè conſtet de eleemoſynis, quæ ſingulis annis colliguntur. Ex eiſdem.

Præ-

Liber de ſupellectilibus officinarum communiū.

Præterea omnia, & ſingula ſupellectilia, quæ tam in Sacriſtia, quàm in alijs Conventus officinis ſunt, in libro particulari clarè, atque diſtinctè ſcribantur per inventaria ſeorſim, in quibus Diſcreti cum Guardiano, & officialibus, proprijs manibus ſubſcribant.

Liber de ſupellectilibus cellarum.

Sit etiam liber, in quo cuiuſvis cællæ ſupellectilia de communi ad vſum Fratris in ea commemorantis applicata ſcribantur, à quovis recipiente ſubſcripta, cum obligatione reddendi rationem de ſibi traditis.

Bis in anno omnia recognoſcenda per inventaria.

Bis autem in anno, eo tempore, quo cellæ viſitandæ ſunt, fiat etiam prædictarum officinarum viſitatio; videantque Diſcreti cum Guardiano, an ea omnia, quæ in inventarijs ſcripta ſunt, reperiantur, nec ne; & iuxta inventa provideant. Ex eiſdem.

Pœnæ in Guardianos, præordinata non obſervantes.

Guardianus verò, qui prædicta omnia non ſervaverit, prima vice ſuſpendatur per ſex menſes, ſecunda pro modo culpæ. Si autem circa fidelitatem in eleemoſynis diſtribuendis, defectuoſus inveniatur, omninò officio privetur. Ex eiſdem, & ex Tolet. 1583.

Ratio totius recepti, & expenſi ad Capitulum, & Congregationem mittenda.

Quando verò Guardiani, ſeu Superiores locales, ad tempus celebrandi Provinciale Capitulum, ſeu Congregationem intermediam acceſſerint, totius adminiſtrationis rationem, vt ſuprà, diligenter conſcriptam, & à Syndico, & Diſcretis, proprijs manibus ſubſignatam, afferre, aut mittere teneantur. Contrà qui fecerit, aut prætermiſerit, officio deſtitutus, graviùs etiam puniatur Diffinitorij arbitratu. Ex Vallis. 1593.

§. VII.

§. VII. *De administratione temporali Provinciæ.*

Quibus neceſsitatibus incumbit Provinciali providere.

Ex ant. conſuet.

PROVINCIALI incumbit neceſsitatibus communibus Provinciæ providere, nempe ſuſtentationi Fratrum in Capitulo, aut Congregationibus Provinciæ; ſubſidijs Vocalium pro itinere ad Capitulum Generale, ſi occurat; defenſioni cauſarum communium Provinciæ; indigentiæ librorum pro communibus Bibliothecis; & alijs huiuſmodi.

Ex queis eleemoſynis

Media autem ſubventionis harum neceſsitatum ſunt eleemoſynæ, ſi fortè ab aliquo Patrono conſignatæ ſunt pro Capitulis; ſpolia notabilia, ſi fortè ſint, Fratrum defunctorum; eleemoſynæ Miſſarum Dominicalium ad taxam ſuprà præfixam; eleemoſynæ prædicationis aliquarum Quadrageſimarum, iuxta ſtylum Provinciæ; & contributio ſingulorum Conventuum, ad ſummam præcisè neceſſariam.

Cura eas colligendi Provinciali imponitur.

Cùm autem tota hæc temporalis adminiſtratio Provinciali ſit commiſſa, ipſe debet curare de receptione eleemoſynæ conſignatæ, mediante Syndico, & procurare prædictarum Miſſarum eleemoſynas; de Predicatoribus pro Quadrageſimis providere; ſuper ſpolia Defunctorum invigilare; & contributionem Conventuum proponere.

Spolia defunctorum qua fidelitate ipſi reſervanda.

Quantum ad ſpolia Fratrum defunctorum; ordinamus, vt poſt cuiuſvis Fratris mortem, quàm primùm Guardianus, & Diſcreti Conventus, omnibus, quæ ad vſum particularem defuncti pertinebant, perquiſitis, inventarium forment librorum, ſupellectilium, & eleemoſynæ pecuniariæ, ſi fortè apud Syndicum, vel alibi, pro ſuis neceſsita-

ti-

tibus habebat,& ſubſcripto inventario à Guardiano,& Diſcretis,omnia conſervent, vſque ad adventum Provincialis,ipſi de illis rationem per inventarium reddituri.

Defunctorũ libri quomodo applicandi.

Provincialis accedens,libros Bibliothecis communibus applicet,iuxta ſtatuenda, cùm de libris agatur,niſi aliqui ſint tales, qui prædictis Bibliothecis non ſint accomodi, vt libri devotionis, & alij minoris momenti, quos Miniſter Fratribus indigentibus applicare poteſt, cum obligatione non alienandi,vel diſtrahendi ipſos, ſub cenſuris, & pœnis impoſitis contra fraudantes, vel diſtrahentes libros noſtrarum Bibliothecarum.

Ex prim. Barch & Tolet. 1583.

Res æſtimationis neceſſitatibus Provinciæ applicantur.

Alias res parui momenti, præcipuè ad veſtitum pertinentes, inter Fratres indigentes diſtribuat. Eleemoſynam autem pecuniariam, & alias res conſiderabilis æſtimationis, ſi fortè fuerint inventæ, neceſſitatibus communibus Provinciæ applicandas reſervet.

Contributio Conventuũ quomodo facienda.

Quantum ad contributionem Conventuum (ſolùmmodò faciendam, quando aliæ Prouinciæ, eleemoſynæ pro eiuſdem neceſſitatibus non ſuffecerint) ſtatuimus, vt à ſolo integro Diffinitorio poſſit taxari, & pro qualitate Conventuum, ipſis imponi.

Ratio recepti,& expenſi quando, & quomodò à Provinciali reddenda.

De omnibus autem prædictis eleemoſynis, & expenſis factis (authenticis teſtimonijs vtrinque præſentatis) tenetur Provincialis poſt expletum officium coram toto Diffinitorio diſtinctam, & claram rationem reddere. Quod vt commodiùs, peractis omnibus expenſis,fiat;ordinamus,vt præfata ratiocinia reddantur in prima Diffinitorij Congregatione poſt celebratum Capitulum Provinciale: & præcipimus, vt iudicium Diffinitorij de prædictis ratiocinijs à novo Provinciali, & cæte-

teris Patribus Diffinitorij ſubſcriptum, ad Prælatum Generalem tranſmittatur, vt pro meritis, aut pœnam imponat, aut reddat gratiam.

§. VIII. *De Præcedentia.*

Ordo præcedentiæ obſervandus.

CUM Divus Paulus ordinem ſervandum moneat, & hic in Religioſorum congreſſibus confuſionem evitet, & pulchritudinem pariat; ſtatuimus iuxta antiqua, & moderna Religionis noſtræ ſtatuta, vt ſequens præcedendi ordo inviolatè ſervetur. Ex Toletan. 1583.

Præcedentia inter Prælatos actuales.

Et primùm inter Prælatos actuales, in Communitatibus ſuorum ſubditorum, primum locum habeat Miniſter Generalis, vel Vicarius Generalis totius Ordinis: poſteà CommiſſariusGeneralis Familiæ, vel Vice-Commiſſarius Generalis eiuſdem: deinde Commiſſarius Viſitator Provinciæ: poſt hunc Miniſter, vel Vicarius Provincialis: & tandem Guardianus Conventus. Ex antiq. conſuet. & Barch. 1621 & Roman. 1639.

Inter Patres Ordinis, & Familiæ.

Inter Patres Ordinis, & Familiæ, primum locum habeant qui Miniſtri Generales fuerunt; deinde qui Vicarij Generales per biennium: poſt hos, qui fuerunt Commiſſarij Generales, ſecundùm Bullam vnionis, aut novam diſpoſitionem Apoſtolicâ electi: deindè qui Vice-Commiſſarij Generales biennio extiterunt: & ſi fortè ſint plures qui idem ex præmemoratis officijs habuerint, ille in ſuo ordine præcedat, qui primò illud habuit. Ex ijſdem.

Vnus tantù Prælatus actualis præcedere poteſt Patres Ordinis.

Præfatos Ordinis, & Familiæ Patres, non omnes ſimul prænominati Prælati actuales poſſunt præcedere; ſed Patres totius Ordinis, tantùm vnus, ille nimirùm, qui Communitati præſidet, ſive ſit Miniſter Generales, ſive CommiſſariusGeneralis, ſive Viſitator, ſive Provincialis, ſive Guardianus: Patres Ex Roman. 1639. declaratis in Roma 1651.

Digitized by Google

Patres Familiæ quot. tres verò Familiæ tantùm, in caſu, quo ſimul Miniſter Generalis, & Commiſſarius Generalis aſſiſterent, poſſent duo iſti ipſos præcedere; ſi verò vnus illorum abſit, aut ambo, vnus ſolus Prælatus actualis illos præcedere valet. Ex Rom. 1639.

Comiſſarius Generalis Indiarum. Poſt Patres, & Prælatos actuales præfatos, ſequentem locum habeat Commiſſarius Generalis Indiarum, in Curia Regis Catholici reſidens. Ex eiſdem declaratis in Rom. 1651.

Officiales Curiæ Romanæ actuales. Deinde Procurator Generalis Ordinis in Romana Curia. Poſteà Commiſſarius eiuſdem Curiæ Romanæ: & tandem Procurator Reformatorum Ultramontanæ Familiæ, dum actu ſuis muneribus funguntur. Ex eiſdem.

Diffinitores Generales actuales. Poſt hos ſedebunt Diffinitores Generales actu Diffinitoriatu fungentes: qui inter ſe præcedentiam ſervabunt, iuxta gradus, in quibus inveniebantur, dum in Diffinitores Generales eligerentur: & qui in eodem gradu erant, præcedant ſe ſecundùm antiquitatem adeptionis illius, nulla habita ratione de maiori, aut minori antiquitate Provinciarum, aut de electione in priori, vel poſteriori ſcrutinio, aut de maiori, aut minori numero ſuffragiorum.

Officiales Curiæ Romanæ officio functi. Deinde qui ProcuratoresGenerales Ordinis in Curia Romana per triennium, ſaltèm incæptum, fuerunt. Poſt ipſos, qui Commiſſarij Romanæ Curiæ per idem tempus extiterunt: iſti enim Procuratores, & Commiſſarij officio functi, etiamſi non fuerint Miniſtri Provinciales, præcedere debent, tam intra, quàm extra Provinciam propriam, omnes ſubſequentes Patres, licèt Miniſtri Provinciales, aut Diffinitores Generales extiterint. Ex eiſdem.

Ex Diffinitores Generales, & Ex Miniſtri Provinciales propriæ Prouinciæ.

Poſt prædictos, ſequentur illi Ex-Diffinitores Generales, qui anteà quàm aſſumerentur ad Diffinito iatum Generalem, fuerunt Provinciales Miniſtri: Deinde ex Miniſtri Provinciales, qui in proprijs Provincijs Miniſteriatu functi ſunt, & Ex-Diffinitores Generales qui anteà non fuerunt Miniſtri Provinciales, ſumpta inter eos præcedentia à tempore, quo ad prædicta munia Miniſteriatus, aut Diffinitoriatus, aſcenderunt. Ex Eiſdem declaratis in Valliſ. 1661

Secretarij Generales actuales.

Inter hos locum habeant Secretarij Generales actuales, ita vt immediatè ſequantur poſt Patrem Provinciæ in conſeſſu antiquiorem, ſi iſte Miniſter Provincialis, aut Diffinitor Generalis fuerit. Cæteros autem huius ordinis Patres Provinciæ præcedant. Inter Secretarios autem, ſemper præcedant illi, qui Miniſtri, aut Vicarij Generalis totius Ordinis à ſecretis ſunt, eum, qui Commiſſario Generali Familiæ inſervit. Ex Tolet. 1673.

Ex-Secretarij Generales.

Poſtmodùm ſedebunt qui triennio Secretarij Generales Ordinis fuerunt, videlicet Miniſtri, aut Vicarij Generalis totius Ordinis: Deinde qui per idem tempus fuerunt Secretarij Generales Familiæ, videlicet Commiſſarij, aut Vice-Commiſſarij Generalis ſecundùm Bullam vnionis electi. Ex eiſdem, & declarat. Sac. Cong. Regul.

Ex Commiſſarij Generales apud Indos.

Poſteà qui Commiſſarij Generales fuerunt, aut in Regno Peruano, aut in Nova Hiſpania, aut in India Orientali per triennium; dummodò in eiſdem muneribus laudabiliter ſe geſſerint, & anteà vel Diffinitores ſuæ Provinciæ, vel Lectores Iubilati, extiterint. Ex Rom. 1639. Ex Victor. 1569.

Ex Vicarij Prouinciales biennales propriæ Prouinciæ.

Poſteà, qui in proprijs Provincijs Vicarij Provinciales per biennium completum extiterunt. Ex eiſdem.

Dein-

Ex Miniſtri Provinciales alienæ Provinciæ.

Deinde qui Miniſtri Provinciales in aliena Provincia fuerunt; qui reverſi ad proprias, in omnibus, & per omnia, ſunt ipſarum Patres, cum vltimo loco inter Ex-Provinciales. Ex eiſdem, & Tol. 1583

Lectores bis Iubilati.

Poſteà Lectores bis Iubilati, & Scriptores ipſis aggregati, ſecundùm ſtatuta; & qui per ſexenniũ Archivarij Generales Ordinis Matriti fuerunt cum approbatione Prælati Genaralis, & dummodò ſint Lectores Iubilati. Ex Victor. 1648. Valliſol. 1670. & Tol. 1673

Prædicatores Regum.

Poſt hos ſequentur actuales Prædicatores Regum, ſi in exercitio ſunt tales, & non nomine tenus, & ſi in proprijs Provincijs Diffinitores, aut Lectores Iubilati, aut Guardiani inſignioris Conventus fuerint. Quibus annectitur Confeſſarius Regalium Diſcalceatarum Matriti, qui per triennium prædicto officio inſervierit, & conditiones præfatas habeat. Ex eiſdem declaratis in Victorianis 1648. & Roman. 1651. Ex Tolet. 1673.

Subſtituti in Diffinitoriatu Generali.

Deinde qui pro Diffinitoribus Generalibus in Capitulo Generali ſubſtituti ſunt (niſi aliunde dignior eiſdem locus debeatur) dum tamen ſint Lectores Iubilati, aut Theologiam ſexennio legerint, aut ſint, vel fuerint Diffinitores, vel Guardiani maioris Conventus Provinciæ. Ex Rom. 1639. & Victor. 1648.

Commiſſarij Terræ Sanctæ 12. annorum.

Poſteà ſequentur qui per duodecim annos, in Curia Regis Catholici, fuerunt Commiſſarij Generales Terræ Sanctæ. Ex eiſdem.

Vice-Commiſſarij Indiarum 12. annorum.

Deinde qui per duodecim annos, Hiſpali, Vice-Commiſſarij Generales Indiarum extiterunt. Ex eiſdem.

Cuſtodes & Diffinitores actuales Provinciæ.

Poſteà ſequentur Cuſtodes, & Diffinitores actuales Provinciæ: inter quos, ſi in eodem Capitulo ſunt electi, ſervetur præcedentia, iuxta illam, quã antequàm eligerentur, habitualiter habebant: vt ſi exempli gratia, Prædicator Religione antiquior, & Lector Iubilatus, ſimul ad Diffinitoriatum aſ- Ex eiſdem declarat. in Tol. 1645.

ſumantur; iſte debet præcedere, qui ante electionem habitualiter præcedebat. Subrogati autem, niſi ſint Provinciæ Patres, poſt cæteros Diffinitores ſedebunt.

Ex Cuſtodes & Prominiſtri, in Ultramontano Capitulo ſuffragati.

Ex Rom. 1664.

Poſt hos immediatè ſequentur Ex-Cuſtodes, & Prominiſtri, qui in Capitulo Generali Ultramontano ſuffragati fuerint; dum tamen dicti Prominiſtri, vel Diffinitoriatu, vel ſexennali Sacræ Theologiæ lectura, vel ad minùs triplici Guardianatu, poſt ſexennium prædicationis Conventualis, anteà decorati fuerint.

Cæteri Ex-Cuſtodes & Ex Diffinitores Provinciæ.

Ex Rom. 1639.

Poſteà cæteri Ex-Cuſtodes, & Ex-Diffinitores, inter ſe præcedentiam ſervantes, iuxta tempus Capitulare ſuæ aſſumptionis ad prædicta officia; & in eodem Capitulo electi, iuxta modum, quo ſedebant, dum erant actualiter Diffinitores. Cuſtodes autem hoc gradu non gaudebunt, niſi aut in Capitulo electi ſint, aut ſi extra Capitulum, per biennium completum in officio duraverint, aut ad Capitulum Generale ſuffragium attulerint, licèt biennium non compleverint; dummodò extra Capitulum Provinciale non renuntient..

Ex Rom. 1651. vid. inf. cap. 8. §. 11.

Ex Secretarij Curiæ Romanæ.

Ex eiſdem, & Conſt. Apoſt. Urban. VIII. *Cum per quaſdam* ann. 1642.

Deinde, qui per triennium Secretarij fuerunt Procuratoris, aut Commiſſarij Curiæ Romanæ; dummodò anteà, per ſexennium, munus Prædicatoris Conventualis exercuerint, vel per triennium completum Theologiam legerint, vel functi fuerint officio Guardianatus per trienium.

Ex Secretarij Commiſſarij Generalis Indiarum.

Ex eiſdem.

Poſteà, Secretarij Commiſſarij Generalis Indiarum in Curia Regis Catholici reſidentis, dummodo per ſexennium laudabiliter officium exercuerint, & aliquam ex præfatis conditionibus habuerint.

Dein-

Digitized by Google

Ex Commiſſarij Generales TerræSãctæ octennarius.

Deinde, qui per octo annos Commiſſarij Generales Terræ Sanctæ in Curia Regis Catholici extiterunt. Ex eiſdem.

Vice Commiſſarij Indiarum octenales.

Deinde, qui etiam per octo annos, Hiſpali, Vice-Commiſſarij Indiarum fuerunt. Ex eiſdem.

Lectores Iubilati

Deinde, Lectores Iubilati iuxta Ordinis ſtatuta, etſi nondum ſuffragium obtinuerint. Ex eiſdem.

Commiſſarij Curiarum Regum.

Poſtea, Procuratores, ſeu Commiſſarij Curiarum, vbi Reges, vel Principes abſoluti, aulam ſuam tenent. Ex eiſdem, & Roman. 1676.

Commiſſarius Terræ Sanctæ.

Deinde Commiſſarius Generalis Terræ Sanctæ, dum actu exercet officium in Curia Regis Catholici. Ex eiſdem.

Vice-Commiſſarius Indiarum.

Poſteà Vice-Commiſſarius actualis Indiarum, qui Hiſpali reſidet. Ex eiſdem.

PrimusTheologiæLector.

Deinde ſedebit primus Lector Sacræ Theologiæ: Poſteà Secretarius Provinciæ: & in principaliori, ſeu primo Provinciæ Conventu ſedeat poſt hunc qui in eo fuerit Guardianus, niſi aliundè dignior locus ei debeatur. Ex eiſdem, & 1673. Tolet.

Alij Lectores Theologiæ, & Prædicatores Cõventuales.

Alij autem Lectores Theologiæ, & Prædicatores Conventuales ſequentur ſupramemoratos in conſeſſu; ita tamen, vt Lectores Theologiæ non ſe præcedant iuxta habitus antiquitatem, ſed iuxta maius tempus Lectoratus, ad iubilationẽ computabile, & ſolùm in caſu æqualitatis præfati temporis, habitus antiquitatem ſeruent: cum Prædicatoribus verò Conventualibus, habitus antiquitatem ſequantur, niſi forte aliquis Lector ob maius tempus Lectoratus alium Lectorem, habitu antiquiorem Prædicatore Conventuali, præcedat; tunc enim non eſt attendenda reſpectu prioris maior in Ordine antiquitas Prædicatoris Conventualis. Ex Victor. 1648. & Roman. 1658. declar in Tolet. 1673.

Lector Philoſophiæ.

Lector Philoſophiæ in minoribus Convẽtibus, Ex Segov. 1622.

cum

cum Prædicatore Conventus ſeruet habitus antiquitatem; in maioribus autem poſt Conventus Vicarium ſedeat: qui poſt prænominatos locum habebit.

Vicarius Cõventus.

Deindè, qui per duodecim annos prædicationis munus exercuerunt frequenter, nõ ſolo titulo, ſed cum effectu, itaut ad minus per ſex annos prædicationem principalem Conventus ſuſtinuerint (de quo conſtare debet per Diffinitorij approbationem ſcriptam, & ſubſignatam) ſi tamen à die ſuſceptionis habitus viginti quinque annos in Religione compleverint: iſti enim præcedere debent omnes illos, qui quadraginta annos habitus non attingerint. Prædicatores verò, qui ſuprà dictis cõditionibus ſemel quoſpiam præceſſerunt, ſemper præcedere debent, etiam ſi iſti præfatos quadraginta annos habitus poſteà compleant.

Prædicatores privilegiati. — Ex eiſdem.

Qui eiſdem conditionibus viginti quinque annorum habitus, & duodecim prædicationis, ſexennio Sacram Theologiam, vel triennio Philoſophiam, & triennio Theologiam legerint, eamdem præcedentiam quadraginta annorum antiquitatis conſequantur; & inter hos, & primos, ſit talis ordo, vt qui primus eam conſecutus fuerit, ſemper præcedat.

Lectores ſexennales. — Ex Victor. 1648. & Toletan. 1673.

Tandem reliqui Religioſi, iuxta cuiuslibet antiquitatem à die ſuſceptionis habitus, mutuò ſe præcedant, quamvis in alijs Provincijs habitum ſuſceperint, & in ea, in qua commorantur, incorporati fuerint, niſi ad propriam fuerint mutabiliter reverſi.

Cæteri Religioſi. — Ex Segov. 1611 & Roman. 1664.

De loco autem, in quo ſedere debeant qui fuerunt Guardiani, Magiſter Scholaſticorum, Magiſter Novitiorum, Vicarius Chori, & alij, qui ob alia mu-

Quæ aſsignatio locorum ſit commiſſa Provincijs. — Ex Segov. 1611. & Toletan. 1673.

munia, videantur ſpecialiter attendendi; vnaquæque Provincia provideat; ſub expreſſa tamen prohibitione aſsignandi alicui officio, aut muneri præcedentiam ſuper Lectores, aut Predicatores Conventuales.

Ordo ſervandus in gradibus præcedentiæ.

Advertimus autem, quòd prænarrati gradus ita ſe excedunt, vt qui in inferiori eſt, quamtumvis in eius aſſecutione, aut in habitu antiquior ſit, non poſsit præcedere eum, qui in ſuperiori collocatur: & ſi plures in eodem gradu collocati ſunt, ille præcedere debet, qui prior ad illum aſcendit. Et ſi plures ſimùl aſcenderint, ille præcedit, qui ante aſcenſum præcedebat. Pro eiſdem.

Præcedentia Patrum Qualificatorum in alienis Provincijs.

In alienis autem Prouincijs Patres Qualificati, qui hoſpites acceſſerint, locum habeant iuxta præſtatutum ordinem ſub Patribus ipſius Provinciæ, ad quam acceſſerint, in ſuo quiſque gradu: vt, ſi Miniſter Provincialis actualis in aliena Provincia hoſpes fuerit, ante Patres illius Provinciæ immediatè ſedeat; ſi ex Miniſter Provincialis hoſpes fuerit in aliena Provincia, poſt Ex-Miniſtros illius Provinciæ locum habeat: ſi Diffinitor actualis, poſt actuales Diffinitores: ſi ex Diffinitor, poſt ex Diffinitores; & ſic de reliquis. Ex Toletan. 1673.

Ordo præcedentiæ inter Obſervantes, & Diſcalceatos in proceſſionibus.

Si in aliqua civitate, vel oppido Hiſpaniæ conſiſtant Conventus Obſervantiæ, & Diſcalceatorum, quorum Communitates Proceſsionibus generalibus intereſſe contingat, ſub eadem Cruce ambæ Communitates intermixtæ incedant; ita vt ſemper Obſervantiæ Guardianus, ſeu Præſes, primum, ſeu digniorem locum teneat; & immediatè Guardianus, ſeu Præſes Diſcalceatorum ſubſequatur: alij verò Fratres iuxta antiquitatem habitus, vel graduum qualitates, permixtim incedant, præcedēte ſemper, in eodem gradu, Obſervāte. Atque Ex Roman. 1676.

ita

Digitized by Google

ita ab omnibus,ad quos ſpectat,obſervari præcipitur,iuxta antiquam, & laudabilem Ordinis noſtri conſuetudinem, ſub pœna privationis officiorum Guardianis,aut Superioribus,præfatam diſpoſitionem innovare,vel alterare præſumentibus.

§. IX. *De Titulis.*

Ratio obſervandi Ordinem in Titulis.

Iuxt. Valliſ. 1593.

CUM in Ordine nihil inordinatum eſſe deceat, conſultò innovandas duximus antiquas Ordinis noſtri Conſtitutiones, & Patrum noſtrorum conſuetudines circa titulos honorificos, quibus Patres,ac Fratres, tractandi ſunt; ne (adhuc in his) aut irreverentia minorem debito honorem perſolvat, aut adulatio excellentiori blandiatur.

Tituli, quibus Familia noſtra vtitur.

Ex ant. conſuet.

Familiia itaque noſtra, ab antiquo his ſolis titulis vſa eſt, *Reverendiſsima*, *Reverenda Paternitas*, *Paternitas*, *Reverentia*, *Charitas*: ipſiſque, iuxta antiqua,& moderna ſtatuta, ſequenti diſtributione vtendum eſt.

Titulus *Reverendiſsimi* quibus debeatur.

Ex Valliſ. 1593. iuxt. ant.conſuet.

Miniſtro Generali, Vicario Generali totius Ordinis,ipſius Ordinis Patribus,Commiſſario Generali Familiæ,eiuſdem Vice-Commiſſario, Patribus Familiæ,& Commiſſario Generali Indiarum actuali,in Curia Regis Catholici reſidenti, & ſolis illis, titulus *Reverendiſsimi* tribuendus eſt.

Alijs nō erogandus ſub pœna,

Ex Roman. 1676.

Si quis autem alius quivis Superior, ſive ſit Commiſſarius delegatus ad regendam totam Nationem, ſive Commiſſarij nationales in partibus Indiarum Occidentis,aut Orientis, ſive Guardianus Hieroſolymitanus, aut alter quicumque, auſus fuerit ſibi vſurpare, aut acceptare præfatum titulum *Reverendiſsimi*, ſi fuerit delegatus, delegatione privetur;ſin minùs, titulo aliundè ſibi de-

bi

bito per triennium careat, & ſolo titulo communi Fratrum tractetur.

Fratres verò qui titulum ipſum illis erogaverint, in pœnam ſuæ adulationis, per triennium ad officia Ordinis ſint inhabiles. Pro eiſdem

Titulus *Paternitatis Reverendæ*, quibus dandus. Præfatis Commiſſarijs, & cuicumque Superiori totam aliquã Provinciam regenti, ac Patribus omnibus Provinciæ, habentibus ad minùs ius ſubrogandi, tribuendus eſt titulus *Paternitatis Reverẽdæ*. Ex ant. conſuet.

Quibus nudè *Paternitatis*. Patribus autem Provinciæ aggregatis, ſeu ius ſubrogandi non habentibus, nudus *Paternitatis* titulus eſt dandus; idemque conceſſus eſt Cuſtodibus, & Prominiſtris in Capitulis Generalibus ſuffragantibus, dum tamen Prominiſtri ipſi Lectores Iubilati ſint, vel Diffinitoriatu Prouinciæ fungantur, aut functi fuerint. Ex Roman. 1651.

Quomodò cæteri Fratres tractandi. Cæteris Sacerdotibus, tam Prælatis, quàm ſubditis, ſolummodò titulus *Reverentiæ* eſt tribuendus. Clerici autem non Sacerdotes, & laici, cum titulo *Charitatis* ſunt tractandi. Ex Vict. 1696.

Abuſus erogandi titulũ *Paternitatis* extirpandus. Et vt abuſus erogandi titulum *Paternitatis* his, quibus ex lege non debetur, excludatur, iniungimus Miniſtris Provincialibus, vt tranſgreſſores ſtatuti præmiſſi, aut in exigendo, ſeu admittendo, aut in erogando prædictum titulum, puniant, pro qualitate conſervationis abuſus, vſque ad privationem actuum legitimorũ, cùm hæc ſit pœna in antiquis Victorienſibus ſtatutis præfato abuſui impoſita. Ex Victor. cit. & Segov. 1611.

§. X. *De vita communi ſequenda.*

Vita communis Ordinis quid ſit. COMMUNEM Obſervantiæ noſtræ vitam appellamus, præceptorum Regulæ ſine exceptionibus, in ipſa propter infirmitates permiſſis, obſervationem, & cum Cõmunitate Fratrum in victu, Ex motu proprio S.D.N. Innoc. XI. *Solicit. Paſt.* ann. 1679.

victu, inceſſu, veſtimentis, lectulis, & rerum vſu conformitatem, ac Communitatibus Chori, Refectorij, & alijs, prout vnicuique in Conſtitutionibus præſcribitur, aſsiſtentiam.

Superiores omnes tenentur illam ſervare.

Præcipimus igitur, vt Miniſtri, Cuſtodes, Guardiani, eorum Vicarij, ac cæteri Superiores, præfatam vitam communem ſequantur, ac in hoc cum Fratribus Communitatis, quandiù fortes, & ſani fuerint, ſe conforment; quod ſi non fecerint, officijs privetur, & inhabiles ad alia cenſeantur, iuxta Apoſtolicas ſanctiones, & antiqua Ordinis ſtatuta. Ex prim. Barch. & ex Roman. 1612. iuxta Conſt. Ap. Clem. VIII. ann. 1599.

Eam ſequi non valentes, ab officijs abſolvantur.

Si verò, infirmitatis cauſa, id agere non poſsint, & infra quinque menſes non fuerit ſpes roboris, & firmæ valetudinis in ipſis ad communem vitam ſequendam, ab officio penitùs abſolvantur. Ex eiſdem, Rom. 1612.

Pœna in Superiores, particularia ſibi, aut alijs indulgentes.

Si verò Superiores tam Provinciales, quàm locales, dum ſani fuerint, quomodolibet ſibi ipſis, vel alijs quibuſcumque, particularitatem aliquam communi lege non ſtatatutam permiſerint, officijs per Superiores ſine diſpenſatione priventur. Ex Toletan. 1633.

Tenentur Prælati curare, vt à Fratribus communis vita ſequatur.

Atque adeò Prælatis omnibus, & ſingulis, diſtrictè præcipimus, vt ſubditos omnes ſanos ſeverè compellant vitam communem in omnibus ſervare, & communitatibus intereſſe; à quibus iuxtà præmiſſa nullum exemptum declaramus. Prælati autem qui in hoc ſegnes fuerint, à Superioribus ſuſpendantur, vel etiam priventur, pro negligentiæ modo, Superiorum arbitratu. Ex Concil. Trident. ſeſſ. 25. de Regular cap. 1. & ex Roman. 1612.

Et ipſis provideri de cômuni victu ſufficienti.

Ordinamus etiam, quòd Miniſtri ſolicitam curam generant, vt de eleemoſynis, & rebus alijs, quæ obvenerint Conventibus, provideatur per Guardianum moderatè, iuxta eleemoſynarum, & obventionum huiuſmodi quantitatem, omnibus Fratribus in communi; ne Fratres ipſi, propter defectum Communis, & ſufficientis victus, ſeorſim Ex prim. Barch. c. 4.

Digitized by Google

comedere, aut privatim, & inordinatè vitæ neceſſaria ſibi procurare cogantur.

Quomodò ſe habere debeat Cõmunitas circa eſum carnium.

Circa eſum carnium, Fratres temperatè ſe habeant; quos in Domino exhortamur, vt antiquam noſtræ Obſervantiæ conſuetudinem, de non manducandis in cœna carnibus, quantùm fieri poteſt, innovare, & conſervare ſtudeant. Circa aliam autem de non comedendo carnes in Refectorio, aut in nonnullis feſtivitatibus, vel ferijs per annum occurrentibus, teneant quælibet Provincia, & Conventus, ſuam conſuetudinem; vel faciant ſuper hoc iuxta ſuorum Præſidum diſpoſitionem. Ex eiſdem.

Quibus Patribus concedendus ſit ſocius particularis ex lege.

Circa ſervitium Patrum Qualificatorum, vel indigentium, ſecundùm antiquam Ordinis conſuetudinem, decernimus, ſolummodò Patribus Prouinciarum (his videlicèt, qui Miniſtri Prouinciales fuerunt, & qui eorum exemptionibus per hæc ſtatuta gaudent) licere, vt quilibet eorum ſuum ſocium habeat, qui eius perſonæ, & cellæ curam gerat. Guardiani verò, qui alium quempiam habere ſocium permiſſerint, ad arbitrium Superioris puniantur. Ex Veter. cõſuet. & ex Salm c. 8.

Quibus concedi poſſit, ob neceſſitates.

Poterunt tamen Provinciales, de conſilio Diſcretorum Conventuum, ſocios deſignare Fratribus, qui ſenectute, infirmitate, vel occupatione ſpeciali, illorum miniſterio indiguerint; & ij tempore ſilentij eorum cellas ingredi poterunt. Ex Segov. 1621.

Famulus ſive ſæcularis, ſive Donatus, nulli permittendus.

Famulum autem, ſive ſæcularem, ſive Donatum, ad ſervitium proprium deſtinatum, nemini habere liceat, cuiuſcumque gradus, conditionis, vei qualitatis exiſtat, ſub actuum legitimorum per triennium privatione, eo ipſo incurrenda. Sub hac autem lege non comprehenduntur Superiores Generales, & Provinciales; qui pro itineribus Ex eiſdem.

 vi-

Digitized by Google

viſitationum, famulum, ſeu Donatum habere poterunt, cùm hic, non tam ipſis, quàm Ordini, aut Provinciæ inſerviat.

Non ſequentes vitam communē, inhabiles ad Prælaturas.

De inhabilitate eorum, qui communem vitam non ſequuntur, ad officia Prælationis in Ordine, dicemus, cùm de qualitatibus eligendorum agatur.

§. XI. *De otio, & ludo excludendis.*

Ad otium excludendum, quo modò compellendi ſūt Clerici.

Ex prim. Barch.

AD otium evitandum, ordinamus, vt Clerici omnes compellantur per ſuos Superiores in occupationibus, ſtudijs, ſeu laboribus ſibi competentibus, iuxta præmiſſa, exerceri. Et qui inventi fuerint notabiliter otioſi, vel in hoc vitioſi, per Miniſtrum Provincialem voce activa, & paſsiva priventur, vel alia cuique competenti pœna puniantur. Quòd ſi Superiores in hoc fuerint negligentes, à Viſitatoribus mulctentur: qui diligenter inquirant, qualiter hæc Conſtitutio obſervetur.

Quibus pœnis Prædicatores.

Ex Tolet. 1583.

Et cùm otium omnibus modis ſit vituperandum, preſertim in his, qui fructuoſiùs occupari tenentur; ſtatuitur, vt Prædicatores, qui à prædicationibus ceſſaverint, vel qui huius vitij ſiniſtram habeant opinionem, nullo pacto ad Ordinis officiā promoveantur, cùm de otioſis Religioſis meritò ſuſpicari liceat, quòd conſcientiam tutam non habeant.

Quibus Cófeſſarij.

Confeſſarij autem, qui ſtatis horis in ſtudio moralitatis non ſe occupaverint, & de otio notati fuerint; frequenti, & rigidiori examini ſubijciantur: & ſi, vt de otioſis præſumitur, inſufficientes fuerint reperti, ab audiendis Confeſsionibus arceantur, & inhabiles ad officia Ordinis reputētur.

Quibus Sacerdotes ſimplices.

Cæteri autem Sacerdotes ſimplices, qui de otio, & negligentia addiſcendi, quæ ſuo ſtatui, & Ordinis ſervitio conveniunt, notati fuerint; recluſione intra domum, privatione confeſſus iuxta antiquitatem, & alijs pœnis arbitrio Superiorum, ad otium excludendum, & honeſtas occupationes aſſumendas, coerceantur.

Quænam laboritia Fratribus prohibentur.

Porrò laboritia, & negotia, quæ ad honeſtatem non pertinent, & multò magis quæ Regulæ puritati, vel Regularibus inſtitutis quoquomodo adverſantur, omninò prohibemus; præcipientes, ne quis audeat chordas, vel aliud opus quodcumque manuum, cuiuſcumque materiæ, ſive facturæ ſit, facere ſine licentia, & pro commodo Communitatis, & eius vtilitate. Secùs autem opus facientes, ſi venale opus ſit, vt proprietarij puniantur; ſin minùs, in communitate diſciplinæ ſubiaceant, dum Pſalmus *Miſerere* recitatur; & ſi reinciderint, ſeveriùs plectantur ad arbitrium Superiorum.

Opera manuum ſine licentia non fiant.

Ludus, qualis, & quando Fratribus licitus.

Et quamvis ludus aliquis honeſtus, temporibus à Prælato determinatis, recreandi animi cauſa non ſit Religioſis prohibitus, immò aliquando conveniens, ne ſemper rigidè intendatur Regulari diſciplinæ, ſed aliquando animus moderatè relaxetur: Quia tamen ludus alearum, taxillorum, & chartarum, iure Canonico, & Concilij Tridentini decreto, omnibus Religioſis prohibetur: ſtatuimus, vt qui præfatis prohibitis ludis ſe dederint, privatione ſuffragiorum per triennium puniantur, vel maiori, pro reincidentiæ qualitate.

Ex Valliſ. 1593.

Alearum, & Chartarum prohibitus ſub pœnis.

Ex Côſt. ant. c. 7. ex cap. *Cleric.* 15 *de vir. & honeſt. Cleric.* & Concil. Trid. ſeſſ. 22 de Reform. cap. 1. & ex Valliſ. 1593

Pœnæ in exponentes ludo pecuniã, vel rem valoris.

Si autem quis his, vel alijs ludis pecuniam, vel rẽ valoris conſiderabilis expoſuerit; vt proprietarius, abſque aliqua diſpenſatione, mulctetur. Et ſi id cum Sæcularibus, vel coram ipſis faciat, carceri ſtatim mancipatus, gravioribus pœnis arctetur Superiorum arbitratu.

Ex Côſt. ant. cap. 7.

§. XII.

§. XII. *De evitandis repræſentationibus, & veſtimentis extraneis.*

Veſtimentis extraneis indui, adhuc pro locis, Fratribus prohibetur.

CAVEANT Fratres in ferijs ante Nativitatem, in feſto Sancti Nicolai, vel Innocẽtium, vel quibuſcũque alijs feſtis ſolemnibus, aut occaſionibus, veſtes extraneas, ſive religioſas, ſive ſæculares, ſive Clericales, ſive muliebres, etiam ſub ſpecie devotionis, induere; ſub pœna vnius diſciplinæ in communitate, & ieiunij in pane, & aqua ſub menſa. Ex prim. Barch.

Etiam commodare habitus noſtros pro ipſis.

Nec habitus, aut veſtes Ordinis, pro ludis faciendis, aut ſimilibus, vllo modo commodentur, ſub pœna amotionis confuſibilis à Conventu, & privationis actuum legitimorum à Fratribus delinquentibus eo ipſo incurrenda. Guardiani verò, qui conſenſerint, ab officio per ſemeſtre ſuſpendantur. Ex Segov. 1621.

Repreſentationes in noſtris Conventibus inhibitæ.

Inhibemus prætereà, ne Fratres ipſi comœdias, aut tragœdias, ſive alias quaſcumque repræſentationes faciant, ſub pœna vnius diſciplinæ in Communitate, & ieiunio in pane, & aqua. Nec in Conventibus repræſentari à ſæcularibus Prælati permittant: ſecùs facientes per ſemeſtre ab officio ſuſpendantur. Ex Toletan. 1583.

Ipſis extra intereſſe Fratribus non licet.

Si qui autem fuerit Fratres, qui extra Conventum prædictis repræſentationibus frui, contra præſens ſtatutum, attentaverint, per annum ſint actibus legitimis privati. Ex eiſdem.

Multo minùs Taurorum agitationibus.

Severiùs autem puniantur qui Taurorum agitationibus interfuerint, cùm id à Summis Pontificibus, ſub excommunicatione maiori ferenda, omnibus Religioſis ſit prohibitum; ſuper quarum obſervatione debent maximè invigilare Prælati, ſub pœ- Ex Conſtit. Apoſt. Pij V. *De ſalute gregis*, anno 1567. & Clement. VIII. ann. 1596.

pœna negligentibus ſuſpenſionis ab officio per ſemeſtre.

§. XIII. *De ingreſſu mulierum in noſtros Conventus.*

Prohibitio Apoſtolica ingreſſus mulierum in Conventus.

APOSTOLICIS Conſtitutionibus mandatum eſt omnibus mulieribus, cuiuſcumque qualitatis ſint, ſub excommunicatione maiori latæ ſententiæ, poſtquàm prædicti mādati notitiam habuerint, vt non ingrediantur Monaſteria, ſeu Conventus quorumcumque Regularium. Et eiſdem prohibitum eſt Religioſis admittere illas intra eorum clauſuram, ſeu id permittere, ſub pœnis privationis officiorum, quæ in præſenti obtinuerint, & inhabilitatis ad illa, & omnia alia in poſterum, & ſuſpenſionis à Divinis, ipſo facto ſine alia declaratione incurrendis; & inſuper excommunicationis Pontifici reſervatæ.

Ex Conſtit. Apoſt Pij V. *Regularium perſonarum.* ann. 1570 & Greg. XIII. *Vbi gratia.*

Pœnæ in Religioſos permittentes.

Intimantur de novo.

Præfatas Conſtitutiones de novo intimamus omnibus noſtri Ordinis Fratribus, Prælatis, & ſubditis, omninò obſervandas, ſub præfatis pœnis in eiſdem contentis.

ExSeg. 1612

Quando, & quomodo liceat prædictus ingreſſus.

Verùm Pius Quintus, qui primus de hac re Motum proprium edidit, declaravit, quòd præfatis mulieribus in clauſtra Religioſorum licitus eſt ingreſſus, quando in eis Miſſæ, & alia officia celebrantur, ac cum Proceſsiones fiunt, & quando Chriſti fidelium cadavera ibi ſepeliuntur, ac etiam pro eis fiunt ſuffragia: ſimiliter quando Divinum Verbum in Clauſtris Monaſteriorum, & Regularium locorum huiuſmodi proponitur, vel propter aliam quamcumque cauſam tantus concurſus Populi fuerit, quòd commodè ingredi non poſsint, & egredi per portam Eccleſiæ; tunc enim concedit,

Ex Conſtit. Pij V. *Decet Romanum Pontificem* anno 1570. & eiuſdem Orac. per Gregor. XIII. prob. vt habetur in 4. tom. Decif. Rotæ.

vt dictæ mulieres, vnà cũ alijs Sæcularibus perſonis poſsint ingredi, & egredi per Portam Clauſtri Monaſteriorum, & locorum Regularium; dummodò recto tramite accedant ad Portam, qua exitur è Monaſterio, & ad interiores domus officinas non admittantur.

Cautio pro vitanda fraude huius legis.

Pro eiſdem.

Prohibemus autem omnino Prælatis, ne Proceſſiones inſtituant, vel Officia Diuina extraordinaria fieri diſponant ad eum finem, vt mulieres ingrediantur in Conventus Clauſtra; quia hoc eſt clarè contra intentum Pontificum: Ac proindè, iuxta tranſgreſsionis probationes, pœnæ Conſtitutionum Apoſtolicarum eiſdem infligentur.

CAP. V.

De Studio, & alijs pertinentibus ad ornatum Religionis.

§. I. *De Conventibus pro ſtudijs aſsignandis.*

Commendátur ſtudia litterarum in Ordine noſtro.

Ex Seg. c. 5. & 9. & Salm. c. 5.

CUM Regula Prædicatoribus præſcribat, vt eorum verba ſint examinata, & hoc ſine ſcientia congruè fieri non poſsit; ac etiam moneat, vt Fratres laboribus honeſtis exerceantur, de quorum numero planè eſt Sacræ Scripturæ & bonarum Artium ad eam intelligendam ſtudium; exhortamur Prælatos omnes, iuxta Legiſlatoris noſtri monita, vt litterarum ſtudia in Ordine promoveant: eſt enim ſcientia donum Dei, armatura ad defendendam Fidem Catholicam, corona

Re-

Religionis, lumen ad inveniendam veritatem, & ductus ad dirigendos in viam ſalutis fideles Populos.

Qualia eſſe debeant ad mentem Sancti Franciſci.

Monemus tamen ipſos, vt curent ſcientiam cum pietate iungi, cum humilitate ſociari, & ſanctæ orationis, & devotionis ſpiritum non extinguere: litteratos namque moribus relaxatos, vento vanitatis diſtentos, in que devotione tepidos, Seraphicus P. N. Franciſcus ſemper exoſos habuit.

Conventus pro ſtudijs conſignandi in ſingulis Provincijs.

Ex prim. Barch. & Valliſ. 1561

Ad hæc præcipimus, vt in ſingulis Provincijs Conventus aliqui opportuni, & magnitudini Provinciæ ſufficientes, pro ſtudijs deputentur, aut conſeruentur, cum omnibus neceſſarijs pro eorum exercitijs, in quibus Fratres habiles in primitivis ſcientijs, & in Sacra Theologia debitè inſtituantur: Nec hæc ſtudia poſſint augeri, minui, aut mutari, niſi in Capitulo, aut Congregatione intermedia, de conſilio, & conſenſu Diffinitorij Provinciæ.

Quot ad minus debeant eſſe.

Provincia autem, quæ non habuerit tres ſaltèm domos ſtudio litterarum, Grammaticæ ſcilicet, Philoſophiæ, & Theologiæ, occupatas, careat nomine Provinciæ, fiatque Cuſtodia, & applicetur alicui Provinciæ, ex qua poſſit ei provideri de Prædicatoribus, Confeſſarijs, & alijs viris doctis.

Studium Grammaticæ in quavis Provincia inſtituendum.

Ex Valliſ. 1593. innovatis.

Vt verò addiſcendis ſcientijs ſolidum, ac perneceſſarium apponatur fundamentum; ſtatuimus, vt in ſingulis Provincijs inſtituatur vnum ad minùs Grammaticæ ſtudium in Conventu ad id apto. Qui Conventus ſit quaſi profeſſorium, ad quod, iuxta ſtatuta, mitti poſſint iuvenes recenter profeſſi. Et in eo cum effectu collocentur ingenioſiores, & qui maioris aptitudinis ad litteras, ſpecimen præ ſe tulerint.

Quænam in eo docenda, & recolenda.

In hoc ſtudio à primis rudimentis vſque ad finem recolatur Grammatica, doceatur Rhetorica, & nonnihil humanioris litteraturæ. Super cuius prompta, & efficaci executione invigilabunt Miniſtri Provinciales cum ſuis Diffinitorijs. Et Prælati Generales, ac Viſitatores ſpecialiter inquirent de ea, negligentes puniendo, & media opportuna executioni applicando.

Quomodo ipſi providendum ſit de idoneo Magiſtro.

Et vt huic ſtudio de convenienti Magiſtro provideatur, ordinamus, vt Fratres cuiuſcumque conditionis exiſtant, modò ſint iudicati à Capitulo Provinciali idonei ad Grammaticam legendam, teneantur ſub pœna privationis vocis activæ, & paſsivæ per triennium, huiuſmodi magiſterium, & negotium Grammaticæ legendæ acceptare, &, ſecundùm gratiam ſibi cœlitus datã, exequi. Ex Salmat. cap. 5.

Magiſtri Grammaticæ priuilegia.

Magiſter autem Grammaticæ huiuſmodi, potiatur eiſdem privilegijs in conſeſſu, & in alijs, quibus fruuntur Lectores Philoſophiæ. Pro eiſdem.

§. II. *De Studentibus.*

Promovendorum ad ſtudia qualitates.

EXHORTAMUR omnes noſtræ Religionis Prælatos, vt hi, qui ad ſtudia litterarum aſſumendi ſunt, ſint in primis devoti, moribus conſpicui, ingenio pollentes, genio dociles, & ætate non grandævi: tales enim ad ſtudia applicandi ſunt, nec aliquo particulari affectu gravandi ſtudiorum Conventus ignavis, rudibus, aut indiſciplinatis, de quibus nulla prudens ſpes profectus in litteris poteſt haberi. Ex eiſdem.

Studentibus omninò providendum eſt de neceſſarijs.

Præcipimus autem Guardianis Conventuum ſtudiorum, vt ſtudentibus, & eorum Magiſtris, de omnibus, quæ ad ſtudia neceſſaria fuerint (nempe oleo, papyro, calamis, attramẽto, & alijs) opportunè Ex Vallis. 1593.

nè provideant, ſub poenis impoſitis Superioribus localibus non providentibus Fratribus de neceſſarijs: ſuper quo invigilabunt Provinciales, omnem opem, & favorem, ſtudijs impendendo.

Studentes non poſſunt inſtitui Prædicatores, nec Confeſſarij.

Interim tamen, quod Fratres ſtudio litterarum vocant: inhibemus, ne inſtitui poſsint Prædicatores, & Confeſſarij Sæcularium, nec talia munera exercere. Ex Toletan. 1581.

Non valeát extra Conventuú egredi, nec mitti.

Neque liceat Guardianis, ſub privationis officij pœna, eo ipſo incurrenda, ſtudentes extra Conventum mittere vllo tempore, neque pro eleemoſynis petendis. Et vt prætextu neceſsitatis quæſtorum non excuſentur, ordinamus, vt Provincialis in Conventibus indigentibus numerum ſtudentium minuat, & illorum loco aliquos eleemoſynarios laicos collocet, qui continuè in eleemoſynis petendis occupentur. Ex Valliſ. 1593. & Segov. 1611.

Quibus caſibus id liceat, & qualiter.

Pro neceſsitate tamen gravi, legitima, & vrgente, ſtudenti alicui occurente, de conſilio, & conſenſu Diſcretorum Conventus, & non aliter, poterit Guardianus ad oppidum, in quo moratur, licentiam eundi concedere, cum ſocio tamen probatæ virtutis, qui ſtudens non ſit. Ad exercitia tamen litteraria (nempe publicas diſputationes, quæ in Gymnaſijs, aut aliarum Religionum Conventibus fiunt) poſsint ſtudentes mitti, ſuos Lectores aſſociantes. Ex Segov. 1611.

Nullus ad ſtudium promoveantur, niſi per examen de litteratura cóſtet.

Ad audiendam liberalium artium lectionem nullus admittatur, niſi priùs de latinæ linguæ ſufficientia, examine præhabito, idoneus iudicetur: nec aliquis promoveatur ad Theologiam ſacram ediſcendam, niſi priùs de eius profectu in liberalibus diſciplinis, prævio examine, conſtiterit. Ex Valliſ. 1593.

Quando, & quomodò ſtudentes ſunt examinandi.

Pro eiſdem, & Seg. 1621.

Et vt ſtudia inhabilibus non graventur, ordinamus, vt Miniſter Provincialis, ante celebrationem Capituli, & Congregationis, mittat in ſingulas ſtudiorum domus aliquem Lectorem Theologiæ ex alio Conventu, qui ſtudentes examinet, & de ſufficientia, aut inſufficientia ſingulorum, in ſcriptis, ſub iuramento teſtimonium proferat: quo viſo in Diffinitorio, qui inhabiles fuerint reperti, omni ſtudio priventur, nec ad illud ampliùs admitti queant. Miniſtri verò Provinciales, qui hoc executioni non demandaverint, ſuſpendantur ab officio, vel alia condigna pœna puniantur, Superiorum arbitratu.

Quando eximendi à Choro.

De modo, & horis, quibus ſtudentes à Choro eximendi ſunt, vt ſufficiens tempus pro ſtudijs habeant, vnaquæque Provincia provideat.

§. III. *De Lectoribus Philoſophiæ.*

Ad Lectoratus, digniores ſunt eligendi.

Ex Conc. Trid. ſeſſ. 5. cap. 1. & ex Rom. 1587.

AD præſcriptum Concilij Tridentini præcipimus, vt ad Lectoratus officium digniores eligantur. Et cùm hoc munus à Philoſophiæ Lectoratu incipiat, in his eligendis exactiùs examen, & accuratior diligentia adhibenda eſt.

Pro Lectoribus Artiū, qui iam ad oppoſitionē ſunt vocandi.

Ex Roman. 1587. & Segov. 1621.

Vt itaque ad Artium Lectoratum digniores aſſumantur, omni prorſus perſonarum acceptione ſemota: ſtatuimus, vt poſtquàm in Capitulo, vel Congregatione intermedia per Diffinitorium, matura diſcuſsione habita, deſignati fuerint ij, qui magis idonei, tum litteris, tum maximè virtutibus pollere videantur, ad oppoſitionem eiuſdem muneris convocentur, pro tempore, & loco opportuno.

Oppoſitio quomodò facienda.

Ex eiſdem, & Roman. 1651.

His autem convenientibus, & Provinciæ Diffinitorio per Miniſtrū congregato, in quo, ſi nō ſint

ad

ad minùs duo Lectores Iubilati, pro hac functione Diffinitorio aggregentur, coram ipſis dentur oppoſitoribus ſortè (vt moris eſt) puncta, vt quiſque intra viginti quatuor horarum ſpatium, circa materiam ſibi ſorte advenietem, lectionem efformet, & recitet, & argumentis ſibi ab alijs obiectis ſatisfaciat.

Poſt oppoſitiones, Lectores per vota ſecreta, eligantur

Omnium itaque oppoſitione peracta, quos maior pars prædictorum Patrum, per ſecreta ſuffragia, & ſchedulas, digniores præ cæteris iudicaverit, iuxta numerum Lectoratuum vacātium, ij cenſeantur eo ipſo Lectores Artium, ſeu Philoſophiæ, legitimè inſtituti; & Provincialis teneatur ipſis tribuere litteras Patentes ſuæ inſtitutionis, aſsignato Conventu, in quo Philoſophiam lecturi ſunt. Ex eiſdem.

Sine oppoſitione, nullus Lector Artium poteſt inſtitui.

Sine præmiſſa oppoſitione nullus Lector Artium poſsit inſtitui, & ſi aliter quis inſtituatur, talis Lectura deinceps non ſerviat ei ad gratiam Iubilationis obtinendam. Ex Toletan. 1645.

Curſus Philoſophicus, quomodò ab ipſis legendus.

Lectores verò ſic inſtituti, Curſum Philoſophicum integrum, cum omnibus ad Sacræ Theologiæ aditum neceſſarijs, trium annorum ſpacio doceāt, & in Philoſophicis lucubrationibus doctrinam Scoti, iuxta communem Scotiſtarum interpretationem, ſequantur; vt fundamenta Philoſophica, doctrinæ in Theologicis ſequendæ conformia iaceant. Ex Valliſ. 1593.

Bis à nullo legatur

Lectores autem, qui ſemel Philoſophiam per triennium docuerunt, ad illam denuo docendam non aſſumantur, nec vllo modo in eiuſmodi Lectoratu continuentur. Ex Toletan. 1671.

Replicata Artium lectio, ad Iubilationem nō cōputanda.

Hæc enim replicatio alijs obſtaret, & ipſis non proficeret, cùm triennium replicatum Lectoratus Philoſophiæ nullatenus ad Iubilationem ſervire valeat; quod præſenti ſtatuto declaramus.

§. IV.

§. IV. *De Lectoribus Sacræ Theologiæ.*

Lectores Theologiæ à quibus, & quomodò instituendi.

LECTORES Theologiæ inſtituere non pertinet ad Miniſtros Provinciales tantùm, ſed ad integrum Diffinitorium per ſuffragia deciſiva, in Capitulo, vel Congregatione intermedia. Si tamen contigerit aliquem Lectoratum ex præciſis, ob mortem, aut ſimilem cauſam tempore Lecturæ inter Capitulum, & Congregationem, vacare, & non ſit aliquis alius pro prima vacantia inſtitutus; poterit Provincialis de prædicto Theologiæ Lectore preciſo providere, & Lectori ſic inſtituto, ſi in Capitulo, aut in Congregatione continuetur, tempus, quod ſic legerit, ad gratiam Iubilationis obtinendam inſerviat. Ex Roman. 1639. & Roman. 1651.

Nullus inſtituatur qui Philoſophiā non legerit.

Nemo inſtituatur Lector Theologiæ, niſi priùs legerit curſum Philoſophicum cum approbatione Provinciæ, & vtilitate Diſcipulorum. Ex eiſdem Rom. 1651.

Quot Lectores Theologiæ in quovis ſtudio conſtituendi.

Nullum autem Sacræ Theologiæ ſtudium habeat plures, quàm duos Lectores, & Magiſtrum Scholaſticorum, niſi tertium ob præcipuas cauſas Miniſter, aut Commiſſarius Generalis voluerit inſtituere. Quare, vbi fuerint tres, vacante vno, novi inſtitutio Superioris Generalis arbitrio relinquitur. Ex Roman. 1612.

Quo examine debeant inſtitui.

Cùm autem ad Lectoratus Theologiæ meliores eligi debeant: ordinamus, vt ſine maturo examine de probitate morum, & ſufficientia doctrinæ, Lectores Theologiæ nec inſtituantur, nec continuentur. Ex eiſdem 1651.

Diſquiſitio facienda pro eorum continuatione in Capitulis.

Quare præcipimus, vt in ſingulis Capitulis, & Congregationibus Capitularibus, per Provinciales, & Commiſſarios Viſitatores, & Patres Diffinitorij, fiat exacta diſquiſitio de moribus Lectorum Ex eiſdem 1651.

de

de eorum exercitijs litteralibus, aſsiſtentia, applicatione, & ſufficientia doctrinæ: & ſi qui inveniantur non eſſe doctrina, & ingenij claritate idonei, aut ignavos eſſe, aut moribus defeciſſe, deponantur, & alijs obſequijs Religionis applicentur, etiamſi à Prelatis Generalibus fuerint inſtituti (niſi in litteris inſtitutionis apponatur clauſula expreſſa, quòd nō amoveantur inſcio Superiore Generali; tunc enim debet Superior ipſe Generalis moneri, qui in conſcientia tenebitur, veritate comperta, inſufficientem, aut moribus deficientem Lectorem ab officio excludere)

Nullum ius habent ad continuandum in Lectoratu.

Lectores namque Theologiæ nullum ius quæſitum, aut actionem habent ad continuandum legendi officium quovſque tempus Iubilationis præſcriptum compleverint; ſed ſicut ad Diffinitorium pertinet eos primò inſtituere, ita &, cum libeat, eoſdem amovere, aut continuare in Capitulis, & Congregationibus, ad ipſum ſpectat. Monemus autem, ne facilè, & ſine gravi cauſa, pro Patrum Diffinitorij conſcientia ſufficienti, ipſos à Lectoratu amoveant.

Ex Roman. 1639. & 1651.

Pœnæ in litigantes ob amotionem à Lectoratu

Si quis autem Lector Theologiæ, à Lectoratu ſic excluſus, ob amotionem ipſam ab officio pro arbitrio, & conſcientia Diffinitorij factam, liteš movere præſumpſerit, vt inobediens puniatur.

Ex Romani 1651.

Lectores Theologiæ officiorum incompatibilium non ſunt capaces

Lectores Theologiæ, quamdiù tale munus exercent, nullum aliud officium habere poterunt cum præfato munere incompatibile, qualia eſſe declaramus officia Guardiani, & Secretarij, vnde ad ipſa eligi non poſſunt ſine vacantia Lecturæ; & ſi Lecturam inſimul exercuerint, tempus illud non computabitur inter annos ad Iubilationem requiſitos.

Ex Valliſ. 1661. & Roman. 1664.

Le-

Accedentibus ad Capitulum pro Theſibus ſuſtinendis tempus computatur.

Lectoribus tamen, qui ad Capitulum Generale pro ſuſtinendis Theſibus acceſſerint, curſus ille, & ſi nondum completus, propter iter neceſſarium computabitur; quia eidem exercitio Lectoratus in honorem Religionis aliquomodo incumbunt. Ex eiſdem.

Quis ſit Lector primarius Theologiæ.

Inter Lectores Theologiæ ille primarius ſit, qui plures Lectoratus annos ad Iubilationem computabiles habuerit; quòd ſi aliqui in illis pares ſint, antiquior in Religione primariam lectionem obtineat.

§. V. *De exercitijs litterarijs.*

Lectura habenda ſingulis annis.

LECTORES tam Philoſophiæ, quàm Theologiæ ſingulis annis per ſeptem, ad minùs, menſes continuos lectionibus vacent, quibuſvis diebus non feſtivis legentes; Lectores Theologiæ ſinguli vnam lectionem quotidie, diſtributis inter ſe horis; Lectores verò Philoſophiæ duas, manè vnam, veſpere alteram. Ex Romanis 1612.

Alia exercitia Lectorũ Artium.

Vltra hæc, Lectores Philoſophiæ tribus diebus ad minùs in hebdomada haberè debent conferentiam, & in ſingulis Sabbatis rationem eorum, quæ in hebdomada lecta ſunt, à ſtudentibus expoſcere, & ſingulis annis duas ad minùs diſputationes, ſeu concluſiones publicas habere.

Cætera exercitia Lectorum Theologiæ.

Lectores verò Theologiæ ſingulis diebus habere debent conferentias, præſidente Scholaſticorum Magiſtro & ipſis arguentibus, vel argumenta ſtudentium dirigentibus ſingulis hebdomadibus Sabbatinas ipſis alternatim præſidẽtibus; ſingulis menſibus publicas menſales, cum eadem alternativa præſidentiæ; & ſingulis annis quivis eorum ſemel Ex Romanis 1651.

Concluſiones impreſſas. Super quibus exercitijs omninò exequendis invigilabunt Miniſtri pro ſtudiorum promotione ; nam conferentiæ quotidianæ ingenia optima ſublimant , mediocra iuvant.

§. VI. *De Doctrina legenda.*

Theologiæ dogmaticæ, & ſpeculatiuæ lectio diſtribuitur.

Ex Roman. 1639.

CUM præcipuus finis noſtrorum ſtudiorum ſit Catholicæ fidei defenſio; ſtatuitur, vt in ſingulis ſtudijs habentibus tres Theologiæ Lectores, ſemper Lector primarius Sacram Theologiam dogmaticam legat; quæ lectio meliori iure ad iubilationem, quàm Theologiæ ſpeculativæ deſerviet; &, ſi ipſam non legerit, nullo privilegio gaudeat. Cæteri autem Lectores lectionibus Theologiæ Scholaſticæ, ſeu ſpeculativæ, incumbant.

Doctrina Scoti in noſtris Scholis docenda.

Ex Toletan. 1583.

Et quia concertatio Scholaſtica inter Doctorem Subtilem, & alios Magiſtros exorta, experientia ſæculorum probante omninò vtilis, ac valdè proficua, & Eccleſiæ, & Religioni noſtræ ſemper extitit, cùm ingenia maximè acuat, ſcholas nutriat, veritates diligentiùs inveſtigandi vias aperiat, ac doctrinæ ſoliditatem foveat; idcircò præfatis ſtudiorum Lectoribus præcipimus, vt ſemper eiuſdem Doctoris Subtilis doctrinam adamuſſim ſequi, eius opiniones defendere, atque ipſius mentem accuratè explicare conentur.

Pœnæ in eius impugnatores.

Ex Tolet. 1633. moderatis.

Si autem aliquis Lector Scoti doctrinæ voce, vel ſcripto, ex profeſſo ſe oppoſuerit, Lectoratu abſolutè privetur.

Doctrinæ S. Bonaventuræ lectio cõmendatur.

Ex vltram. cap. 5.

Si verò in Sacræ Theologiæ ſtudijs huiuſmodi, aliqua etiam Sancti P. N. Bonaventuræ, Doctoris verè Seraphici, lectio haberetur, piè quidem, ac vtiliter factum ſanè cenſebitur.

Digitized by Google

In materijs tradendis prolixa, & inutilia reſcindantur.

Monemus etiam eoſdem Theologiæ Lectores, vt materias prolixas, & quæſtiones inutiles omninò relinquãt, quatenùs tempore lectionibus audiendis præſcripto ſtudentes generalem totius ſcholaſticæ diſciplinæ cognitionem cõparare poſſint; qui tractu temporis fuſiorẽ poſteà per ſeipſos Theologiæ ſcientiam aſſequi poterunt, prout multorũ hãc formã ſervãtiũ clariſsima nobis exempla demõſtrant. Ex Tolet. 1581.

§. VII. *De Lectoribus Iubilatis.*

Lectorum Iubilatorum inſtitutio.

QUIA verò, ex Apoſtolica ſententia, duplici honore digni ſunt, qui in Evangelio laborant, & ex Seraphici P. N. Franciſci vltima voluntate Theologos, qui nobis ſanctiſsima verba Divina miniſtrant, honorare, ac venerari debemus: ſtatuimus, vt Lectores, qui per tres annos integros Curſum Philoſophicum, ſive in ſæculo, ſive in Religione, legerint; ac deinde per duodecim continuos annos Sacram Theologiam ſine intermiſsione publicè in Religione docuerint (vel ſi ex diſpenſatione Superioris Generalis, non lecto curſu Philoſophico, ad Lectoratum Theologiæ aſcenderunt, per quindecim continuos annos Theologiam ipſam Scholaſticam, aut dogmaticam, legerint) ij deinceps Iubilati cenſeantur, gaudeantque voce activa, & paſsiva in omnibus Capitulis Provincialibus, ac ſi eſſent perpetuò Guardiani, præcedãtque ſemper, & vbique, omnes, qui non fuerint Diffinitores. Ex Valliſ. 1593. Rom. 1600. & Rom. 1612.

Requiſita ad iubilationẽ.

Iubilatorum privilegia.

Conditiones expleti Lectoratus pro iubilatione.

Ut autem præfati Lectores indultum huiuſmodi conſequi valeant, tenentur ſingulis annis, per ſeptem menſes, vt dictum eſt, abſque interpolatione vlla, lectionibus vacare; varias, ac diverſas Sacræ Theologiæ materias legere, operamque diligenter præordinatis exercitijs adhibere. Ex Rom. 1612.

Nullus

Anni requiſiti ſuppleri non valent.

Nullus verò Prælatus Religionis (adhuc Generalis Miniſter) habet facultatem ſupplendi annorum Lectoratus numerum ad Iubilationem requiſitum: neque in præfatis annis habet locum interpretatio, *incœptum pro completo*. Ex Rom. 1651.

Nec compenſari per duplicatam lectionem.

Nec poſsit compenſari requiſitus numerus annorum per hoc, quod bis in die legant, ita vt tali prætextu annum velint computari pro duobus; ſed ſtatutum ad litteram debet obſervari. Ex Tolet. 1633.

Nec per alia exercitia litteralia.

Et ne præmiſſa conſtitutio illegitimis interpretationibus illudatur; decernimus, & declaramus, nullas ſubſtitutiones Lectoratus, nullas lecturas Myſticæ, aut Moralis Theologiæ, & nulla exercitia Magiſterij Scholaſticorum, poſſe, aut debere computari inter annos ad Iubilationem requiſitos. Ex Rom. 1651.

In interpolatione, ſoli Generales poſſunt diſpenſare.

Prælati verò Generales pro re gravi, & Religioni honorifica, diſpẽſare poſſunt in interpolatione, tam annorum Lectoratus, quàm menſium vniuſcuiuſque anni, dùm tamen tempore ad lecturam congruo ſeptem integri menſes lectionis à Lectore præſente illo anno compleantur: in interpolatione autem Lectoris à Lectoratu amoti non priùs diſpenſet, quàm informationem de cauſis, propter quas amotus fuit, habeat. Ex eiſdem.

Declaratio Iubilatorũ, quomodò facienda.

Nullus autem pro Lectore Iubilato habeatur, quouſque à Diffinitorio Provinciæ talis declaretur. Diffinitorium verò non valet quempiam Lectorem Iubilatum declarare, niſi per teſtimonia authentica à Guardianis, & Diſcretis Conventuum, in quibus legit, ſubſcripta, & eorumdem ſigillis, reſpectivè munita, conſtet, eum per annos à ſtatuto præſcriptos, & per ſeptem menſes in ſingulis, ſine interpolatione legiſſe, aliaque (vt ſuprà ordinatum eſt) omninò Ex Segov. 1621.

compleviſſe, aut ſi in interpolatione aliquo modo cum ipſo per Superiorem Generalem diſpenſatum fuiſſet, per ſcriptum etiam authenticum de diſpenſatione conſtiterit.

Quot Iubilati debeant potiri ſuffragio.

Cæterùm ne plures, quàm oportet, indulto præmiſſo vocis activæ, & paſſivæ gaudeant; ſtatuimus, vt pro ſingulis Sacræ Theologiæ ſtudijs duo dumtaxàt Lectores Iubilati cum præfato indulto exiſtant, in quavis Provincia. Ipſis autem ſublatis, ſive per mortem, ſive per promotionem ad altiora munera, poſt quorum functionem aliunde voto gaudere poſſint, tunc in eorum vices, & loca ſubrogentur antiquiores ex ijs, qui iam Lectores Iubilati, iuxta formam ſupradictam, declarati fuerint. Ex Romanis 1612.

Ordo ſubrogandi Iubilatos in ſuffragium.

Antiquitas verò hæc ad priùs ſubrogandum, ſumenda eſt à tempore, quo quiſque compleverit annos Lectoratus ad Iubilationem requiſitos; nec conſiderandum eſt, ſi vnus per aliquot dies ante alium Lectoratus tempus adimpleverit, ſed illi, qui in eodem curſu, ſeu anno, vſque ad diem Sancti Bonaventuræ, requiſitos Lectoratus annos cum præſcriptis menſibus lectionis compleverunt, eiuſdem temporis, & antiquitatis in Iubilatione cenſeantur. Ex Rom. 1651. declaratis.

Inter ſimul pervenientes ad metã Iubilationis quis prius.

Si autem plures modo præmiſſo, ſimul ad metam Iubilationis pervenerunt, & aliquis eorum in interpolatione diſpenſatus fuit, præcedent, qui diſpenſatione non indiguerunt, diſpenſatum; licèt hic antiquior in Religione ſit: inter diſpenſatos verò inter ſe, & non diſpenſatos inter ſe, & eiuſdem temporis expletionis Lectoratus, ille præcedet, & priùs ſubrogabitur, qui antiquior in Religione fuerit. Ex eiſdem, & Roman. 1664. conciliatis.

Digitized by Google

Omnes Iubilati præcedentia gaudeant.

Lectores tamen Iubilati, qui iam à Diffinitorio tales declarati ſunt, etſi nondum ad ſubrogationem voti pervenerint, præcedéntia, & cæteris prærogativis Lectorum Iubilatorum gaudebunt. Ex ant. conſuet. & Tol. 1645.

Etiam privilegijs Magiſtrorum potiuntur.

Hinc declaramus, prædictis omnibus Lectoribus Iubilatis, etſi in numero ſuffragantium non ſint, competere privilegium, quod Lectoribus Iubilatis noſtræ Obſervantiæ conceſsi S.D.N. Innocentius XI. Nempè, poſſe quaſcumque litteras per officium Pœnitentiariæ Apoſtolicæ pro tempore expeditas, quæ Doctoribus Artium, ſeu Magiſtris in Sacra Theologia directæ fuerint, recipere, aperire, & iuxta illarum formam, & tenorem, executioni mandare: nec non quoad alias functiones Eccleſiaſticas, & litterarias quaslibet, omnibus, & ſingulis prærogativis, præeminentijs, gratijs, & indultis, quibus Fratres aliorum Ordinum Doctores Artium, & in Sacra Theologia Magiſtri tam de iure, vſu, & conſuetudine, quàm aliàs quomodolibet vtuntur, fruuntur, & gaudent, vti, frui, & gaudere. Ex Conſtit. Apoſt. Innocen. XI. Exponi Nobis, ann. 1679.

Secus Iubilati ſub conditione.

Declaramus inſuper, præfatum privilegium non competere Lectoribus ſub conditione Iubilatis, ſi fortè aliqui tales fuerint; inhibemus autem Provincijs, iuxta ſuperiùs ſtatuta, ne aliquem Lectorem ſub conditione iubilare valeant, ſolùm enim facultatem habent declarandi Iubilatos, eos Lectores, qui omnes conditiones ad Iubilationem per ſtatuta requiſitas compleverunt, & iam expleverunt. Ex Rom. 1651. & Val. 1661.

Eos Provincia non poteſt inſtituere.

Iubilatio ſub conditione, quem effectum operetur.

Verùm ſi ob aliquam grauem, & vrgentem cauſam, Prælati Generales dederint alicui Lectori litteras Patentes Iubilationis ſub conditione; declaramus, ipſas in taliter Iubilato nullum alium effectum operari, niſi titulum ipſum nudum, & quòd Ex Tolet. 1673.

non

non poſsit per inferiorem à continuatione Lecto-ratus amoveri.

§. VIII. *De Lectoribus bis Iubilatis, & Scriptoribus.*

Lectores bis Iubilati qui, & quæ eorũ privilegia.

Ex Victoriã 1648.

VT Studia ſacrarum litterarum honeſtum habeant in Religione incitamentum; ſtatuitur, vt ſi quis Theologiæ Lector indefeſſa manu fructuoſis exercitijs, plauſibili ſplendore, & bonorum exemplo, per viginti quatuor annos Theologiam Scholaſticam, vel dogmaticam, perlegerit, gaudeat privilegio Patrum Provinciæ quoad Paternitatis titulum, ſocium gratum, & præcedentiam dumtaxàt.

Continuatio Lecturæ eorum, qualis debeat eſſe.

Ex To. 1671.

Ad conſequendum autem hunc gradum, non eſt neceſſarium, quòd per prædictos viginti quatuor annos abſque interpolatione legat, ſed ſufficit, vt in quolibet duodenario annorum non interveniat diſcontinuatio. Qualis autem Theologiæ moralis lectura proſit Lectoribus iam iubilatis pro ſecunda iubilatione, infrà declarabitur.

Scriptores, quinam obtineant gradum bis Iubilati.

Ex Vallis. 1670.

Cùm autem ex Doctorum virorum lucubrationibus vtilitas, & ſplendor Religioni accreſcat; ſtatuitur, vt ſexennium exercitij ſcribendi, & typis mandandi Theologiam Scholaſticam, expoſitivam, dogmaticam, vel moralem, ſufficiat Lectoribus anteà iubilatis ad obtinendum titulum, & prærogativas Bis-Iubilati, dummodò ſcripta exarentur gravi methodo, & iuxta morem Scholaſticum, vel litterarium expoſitorum; & dum opera ſic ſcripta, & prælo mandata examinentur per Diffinitorium Provinciæ, & huius, ac Prælati Generalis iudicio cenſeantur, tam in quantitate, quàm in qualitate, propoſito præmio digna.

Et

Libros edere, ſine Authoris nomine prohibitum.

Conc. Trid. ſeſſ. 4. Tol. 1583.

Et cùm Sacrum Concilium Tridentinum ſub anathematis pœna præcipiat, ne quiſpiam, etiam Regularis, librum de rebus Sacris imprimi faciat ſine authoris nomine, & niſi Epiſcopi ſcripta approbatio, & Superiorum licentia præcedat; præcipimus, ſub privationis actuum legitimorum pœna, ne aliquis noſtri Ordinis Frater librum aliquem de rebus Sacris, aut humanis, vel prophanis, ſuppreſſo Authoris nomine, imprimat, vel imprimendum curet: nec ad hoc Epiſcopi approbatio, aut quorumcumque Superiorum licentia illis aliquo modo ſuffragari valeat.

Sine Generalium licentia libri non imprimendi

Ex eiſdem. Tolet.

Quando autem Author aliquis è noſtro Ordine librum aliquem ſcripſit, quem de conſilio virorum doctorum, quibus id communicaverit, pro communi vtilitate imprimendum cenſeat, & exoptet, ſub proprio nomine; ante omnia Miniſtri, aut Cõmiſſarij Generalis eum edendi licentiam petat; quam ipſi præſtare non debent, niſi priùs à viris doctis, & prudentibus Ordinis diligenti examine fuerit probatus, vt ſanæ, & vtilis doctrinæ: obtenta autem licentia hac, poterit Author, præmiſsis alijs, iuxta Conſilium, & Regias pragmaticas requiſitis, impunè librum prælo committere.

Secus facientium pœnæ.

Ex Victor. 1648.

Et ne in re adeò gravi abſque maturo examine, & prudenti conſilio, quidquam attentetur; præcipimus omnibus Fratribus (cuiuſcumque ſint qualitatis) ne aliquis audeat typis mandare librum quempiam abſque expreſſa licentia Miniſtri, aut Commiſſarij Generalis, ſub pœna excommunicationis, & alijs infligendis pro ipſorum arbitrio: ipſis verò Prælatis Generalibus teneatur Author vnum exemplar ex impreſsis mittere.

Pro

Quænam imprimi poſſint cum ſola licentia Provincialis

Pro imprimendis autem Concluſionibus, aut aliis rebus minoris momenti, vnaquæque Provincia provideat, & aſsignet duos, vel tres Lectores Iubilatos, aut actuales, qui imprimenda examinent, diſcutiant, & probent. Ex eiſdem

Informationes, & Memoralia ſine licentia Generalium imprimi nõ valent.

Ad reprimendam verò quorumdam audaciam, qui prætextu informationum, aut vindicandi honorem proprium, memorialia, aut libellos in publicæ pacis detrimentum, abſque Superiorum facultate, imprimere ſolent; ſtatuitur, ſub privationis actuum legitimorum pœna, vt nullus deinceps audeat, vel præſumat, memorialia, informationes, aut libellos imprimere, abſque expreſſa licentia Superiorum Generalium. Ex eiſdem temperatis.

§. IX. *De Lectionibus Theologiæ Moralis.*

Studiũ Theologiæ Moralis in ſingulis Provinciis erigendum.

QUIA ſtudium Theologiæ Moralis ſummopere neceſſarium eſt Religioſis, animarũ procurandæ ſaluti ex inſtituto applicatis; ſtatuitur, vt in ſingulis Provinciis vnum ad minùs Theologiæ Moralis ſtudium ſpeciale erigatur, in quo de ea Sacerdotes Juvenes, tam Prædicatores, quàm non Prædicatores ex profeſſo doceantur. Ex Toleto 1673.

Lectores pro eo conſigni di, & exercitia.

Huic ſtudio præerunt duo Lectores, qui ſolummodo materias morales, & caſus conſciẽtiæ exponent, exercitia præfato ſtudio convenientia facient; & vnuſquiſque, ſingulis annis, ſemel diſputationibus publicis preſidebit: ad quod munus non eligentur, niſi qui priùs per triennium, vel curſum Philoſophicum legerint, vel Magiſterium Scholaſticorum Theologiæ exercuerint: & qui his qualitatibus modo prædicto Theologiam moralem legerit, magis congruus reputabitur, vt ad Lectora- Ex eiſdem

tum

tum ſcholaſticum promoveatur, quàm qui alijs ſtudijs incubuerit: & qui hoc pacto poſt lecturam Artium quatuor annis, vel ſine illa octo Theologiam moralem legerit, privilegijs Lectorum ſexenalium potiatur.

Privilegia Lectoris Iubilati in eo ſtudio docentis.

Si quis autem Lector Iubilatus, in præfato ſtudio, modo expoſito, Theologiam moralem per ſexennium docuerit, huiuſmodi tempus ad ſecundam Iubilationem computabitur, & durante lectura præfata morali, (etſi nondum ſubrogatus fuerit ad numerum Iubilatorum) voce activa, & paſsiva in Capitulis ſuæ Provinciæ gaudebit. Ex eiſdem.

Lectio caſuum conſcientiæ in ſingulis Cōventibus habenda.

Et cùm Concilium Tridentinum præcipiat, vt in Conventibus Regularium, in quibus ſtudia commodè vigere non poſſunt, Sacræ Scripturæ lectio habeatur: ſtatuimus, vt in reliquis noſtri Ordinis Conventibus ſit Theologiæ moralis lectio, in qua caſus ad conſcientiam ſpectantes, doceantur. Conc. Tridcan. 1. ſeſſ. 5 ex Tol. 1582 & ex Rom 1587 & decret. Apoſt. Clem. VIII ann. 1599

Lector caſuum inſtituendus, & eius munus.

Ad hæc ordinamus, vt in ſingulis Conventibus inſtituatur vnus Lector caſuum conſcientiæ, qui ter in hebdomada in hora à Guardiano conſignanda, concurrentibus omnibus Sacerdotibus, caſus conſcientiæ proponat, exponat, & dilucidet. Miniſtri autem Provinciales curent, vt hoc executioni mandetur, & Guardianos in eius executione ſegnes, pro prima vice ab officio ſuſpendant per bimeſtre, & pro ſecunda ſeveriùs cum illis agant vſque ad privationem officij. Ex eiſdē, & Rom. 1612 & Seg. 162.

§. X. *De libris vſui Fratrum concedendis.*

Quos libros, & quo modo liceat Fratribus.

QUAMVIS licitum ſit cuicumque Fratri librorum vſum habere, ſuo miniſterio neceſſariorum, ex proprij ſuperioris facultate; habere tamen Ex Tolet. 1583.

habere ad vſum parti cularem. plures libros, quàm ipſi neceſſarij ſint, planè opponitur ſtrictæ, quam profitemur, paupertati: Ideò ſtatuitur, vt nullus Frater poſsit ad ſuum particularem vſum plures libros habere, quàm ex iudicio Miniſtri Provincialis, iuxta ipſius miniſterium, & occupationem, fuerint ipſi cõceſsi, & determinati.

In cellis col locandi aliqui ex duplicatis Cõventus. Ut autem de aliquibus libris poſsit pro nunc Fratribus provideri, abſque eo quòd cogantur ad recurrendum pro eis comparandis, & hinc inde tranſportandis, ad amicos ſpirituales; ordinamus, vt in ſingulis Conventibus, reſpectivè, ex libris duplicatis, qui in ipſis extiterint, ponantur in cellis pro Lectoribus, & Prædicatoribus conſignatis, libri aliquot eorum occupationi convenientes, qui vſque ad numerum congruum, iuxta commoditatem Conventus, in dies augeantur, ſed ſemper ex duplicatis. ExTolet. 1633.

Invẽtarium eorumdem, & media ipſos conſervandi. Horum librorum cathalogus, ſeu inventarium in libro Conventus ſcribatur, cum reliqua ſuppellectili communi cellæ illi conſignata: & quoties Frater ad habitandum in ea ingreſſus fuerit, libri ipſi per inventarium illi tradantur, cuius receptioni ſubſcribat, & non permittatur ad alium Conventũ cõmoraturus proficiſci, niſi priùs de libris ipſis, & reliqua ſupellectili, rationẽ reddat, & ſi aliquis liber deficiat, ex libris, quos ipſe pro ſuo vſu ad tranſportandum habuerit, per æquivalentiam ſuppleatur. Guardiani autem, qui in præmiſſorum executione, & accipienda ratione librorum à diſcedentibus, ſegnes fuerint, pro negligentiæ qualitate, à Provinciali officio ſuſpendantur. Ex eiſdem.

In viſitationibus ratio illorũm expoſcenda. Provinciales autem, & Guardiani in viſitationibus cellarum ab ipſis, iuxta hæc ſtatuta, faciendis, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio per bimeſtre Ex eiſdem.

te-

teneantur, à Fratre cellæ habitatore per inventarium ipſum rationem librorum expoſcere, & vt ſuprà cautum eſt, libros deficientes ſupplere.

Pœna in diſtrahentes libros cellis conſignatos

Ex prim. Barch. Tol. 1583.1606. Rom.16[illegible].

Cum autem præfati libri, etſi in Bibliotheca communi Conventus collocati non ſint, ad eam tamen re ipſa pertineant; præcipimus in virtute ſanctæ obedientiæ, ſub pœna excommunicationis, ipſo facto incurrenda, & alijs impoſitis per Conſtitutiones Apoſtolicas diſtrahentibus libros noſtrarum Bibliothecarum, vt nullus Frater vllum ex præfatis libris vendat, fraudet, vel diſtrahat per ſe, vel per alium quempiam.

§. XI. *De Bibliothecis communibus.*

Bibliotheca communis in ſingulis Conventibus habenda.

Ex Toleto 1633.

QUANDOQUIDEM communes Bibliothecæ Conventuum Fratribus noſtris, doctrinæ, predicationi, cõfeſsioni, & inſtructioni fidelium, ex inſtituto, applicatis, prorsùs neceſſariæ ſint; ordinamus, vt in ſingulis Conventibus ſit vna Bibliotheca communis, in camera, ac loco apto, bonis libris referta, per ipſorum claſſes ordinatè diſpoſita, & omnibus neceſſarijs pro ſtudio in ea faciendo ornata; cuius inventarium in libro Conventus, & index in ſpeciali libro in ea ſervando, accuratè fiat.

Ex quibus eleemoſynis, libris reficienda eſt.

Ex Rom. 1625.&Tolet.1633.

Ut Bibliothecæ iſtæ communes, libris neceſſarijs non careant, primùm conceditur ſingulis Miniſtris Provincialibus, vt quilibet in ſua Provincia eleemoſynas procuret pro Miſsis, diebus Dominicis celebrandis, ad quantitatem ducentorum ſcutorum, ſeu ducatorum, quolibet anno: Et præcipimus eiſdem, vt ex præfata eleemoſyna emant libros graves, & probatos, vel pro aliqua Bibliotheca communi alicuius Conventus

 per-

Digitized by Google

perficienda ; vel per omnes diſtribuendos ; pro vniuſcuiuſque neceſsitate , iuxta eorum iudicium.

De emptis, & applicatis libris Viſitatores inquirant.

Et vt hoc cum effectu , & ſine fraude fiat , ordinamus , vt Viſitator ſolerti diligentia inquirat ſuper huius ſtatuti obſervatione , & an libri iuxtà quantitatem aſsignatam procurati ſint , & cum effectu in aliqua , vel aliquibus Bibliothecis communibus Prouinciæ collocati , reddente rationem Prouinciali : qui , ſi huic debito non ſatisfecerit , in Capitulo Prouinciali , per biennium actibus legitimis priuetur. Ex eiſdem.

Libri defunctorum etiã Bibliothecis applicantur ſub pœnis.

Deinde libri omnes Fratrum defunctorum, eo ipſo quòd Frater deceſſerit , ex nunc pro tunc applicantur à Capitulo Generali Bibliothecis communibus Prouinciæ , iuxta earum exigentiam, ſub eiſdem pœnis à Pontificibus latis contra extrahentes , fraudantes , vel diſtrahentes libros , eiſdem Bibliothecis applicatos : Neque Miniſtris licebit aliter de libris defunctorum diſponere , ſub pœna privationis officij ; ſolùm poterunt ex libris duplicatis neceſſarios Bibliothecis Cellarum applicare , & aliquos devotionis , & parvi momenti, Bibliothecis non accommodos , Fratribus , iuxta præmiſſa , diſtribuere. Ex prim. Barch. Tol. 1581. & 1606. Rom. 1612. & Segov. 1621.

Pœnæ inaliẽnates libros defunctorũ.

Hinc præcipimus vniverſis Superioribus cuiuſcumque gradus , & dignitatis exiſtant , & vniverſis etiam Fratribus ſubditis , ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda , & alijs Superioris arbitratu infligendis , vt nullo modo , nec per ſe , nec per Syndicum Apoſtolicum , ſub quovis prætextu , quæſito colore , occaſione , vel cauſa, alienent , vendant , commutent , donent, aut alitèr quomodolibet fraudent , vel diſtrahant defunctorum Fratrum libros. Ex Tolet. 1633.

Digitized by Google

Tranſcriptum Conſtitutionum Apoſtolic. contra fraudantes libros noſtrarum Bibliothecarum in ipſis apponendum.

Conſt. Pij V. *Cum ſicut* apud Rodriguez in Bul. & Sixti V. *Cum ſicut accepimus* in Bull. Cherub. tom. 1.

Ut autem prohibitiones Apoſtolicæ contra amoventes libros ex noſtris Bibliothecis, omnibus innoteſcant; præcipimus Guardianis, vt in ſingulis Bibliothecis, à parte interiori, curent apponi ſcriptas intelligibili charactere Conſtitutiones Pij V. & Sixti V. prohibentes amotionem librorum furto, & ad malum finem ex Bibliothecis noſtris, vniverſis, & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis, Sæcularibus, & Regularibus, cuiuſcumque ſtatus, Ordinis, vel conditionis exiſtant, in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda, ac Pontifici reſervata, à qua nullus abſolvi poſſit, niſi ſatisfacto omni damno.

Bibliothecarij inſtituendi, & quinam.

Ex Tolen. 1633.

Ut etiam prædictæ Bibliothecæ diligenter conſerventur, & cuſtodiantur; præcipimus, vt in ſingulis Conventibus ſit vnus Bibliothecarius, librorum notitia pollens, quem in gravioribus Conventibus Miniſter Provincialis conſignabit; vbi autem conſignatus ſpecialiter non fuerit, inſtituimus Bibliothecarios pro Conventibus ſtudij Theologici Magiſtros Scholaſticorum, & pro reliquis Lectores caſuum: & huiuſmodi Bibliothecarijs incumbit libros diſponere, mundare, reparare, ac reficere, & de eis in viſitationibus rationem reddere.

Quomodo libri ex Bibliothecis comunibus extrahi valeant.

Ex eiſdem.

Bibliothecarum communium libris vti poſſint Lectores, Prædicatores, & Confeſſarij, ipſos quando opus fuerit extrahentes; his tamen legibus, vt ſchedulam extractorum librorum, propria manu ſubſcriptam, relinquant Bibliothecario; & ſolius vnius menſis ſpatio poſſint extractos libros apud ſe retinere; quo abſoluto, ipſos Bibliothecis reſtituant, ad aliorum Fratrum vſum; & qui ſecùs fecerint per Bibliothecarium, & Guardianum, ad eos reddendos compellantur, & vlteriori librorum participatione priventur. Bibliothecarij

ve-

verò in hoc negligentes, puniantur Guardiani arbitratu.

§. XII. *De Archivijs Generalibus Ordinis.*

Duo Archivia Generalia Ordinis aſsignantur.

Ex Rom. 1651.

UT Scripturæ pertinentes ad beneficium publicum, & ſplendorem Religionis colligantur, & ſerventur, iam dudum ab vniverſo Ordine ſtatutum eſt, vt inſtituerentur duo Archivia Generalia; vnum Romæ in noſtro Conventu Aracœlitano, pro familia Ultramontana; aliud Matriti in noſtro Conventu Sancti Franciſci, pro hac Ciſmontana Familia. Super promotione, & augmento Archivij Matriti, iam erecti, ad Nos pertinentis, monemus, & exhortamur Prælatum Generalem huic Familiæ aſsiſtentem, vt ſolerti cura invigilet, quatenùs ad vltimam perfectionem perducatur.

Quomodo ſcripturæ vtriuſque ſunt invicem cōmunicandæ.

Pro eiſdem & Rom. 1639.

Ad hæc iniungimus Prælatis Generalibus, vt curent, quatenùs ex Archivio Romano fiat compendium illorum, quæ in eo continentur, & ſignatum, ſubſcriptúque ab Officiali Curia Romanæ, & illius Archivario, tranſmittatur ad Archivium Matritenſe, & ex hoc ſimiliter fiat contentorum compendium, & tranſmittatur ad illud, vt ſic notitia rerum totius Religionis vtrique Familiæ communicetur.

Relationes integræ Provinciarum ad Archivia Generalia tranſmittendæ.

Ex eiſdem Rom. 1651.

Deinde præcipimus omnibus, & ſingulis Miniſtris Provincialibus earum Provinciarum, quæ adhuc ad Archivium Generale, non tranſmiſerunt integram Provinciæ relationem, prout infrà præſcribitur, vt intra vnius anni ſpatium ab intimatione harum Conſtitutionum computandi, eam ſecura via mittant, ſub pœna privationis ſuorum officiorum.

Digitized by Google

Modus & ſtylus eiuſdem. Relatio autem prædicta, & collectio ſcripturarum vniuſcuiuſque Provinciæ tranſmittenda, ſequenti ordine facienda eſt. Primò, à fundatione Provinciæ debet narrari, quid actum ſit in illa, exprimendo quomodo, à quo, quibus patrocinijs, & privilegijs ſit fundata. Deinde debent ſuo ordine referri fundationes omnium Conventuum Fratrũ, recenſitis fundatoribus Patronis, & inſignibus benefactoribus eorum. Idem agendum eſt de omnibus Monaſterijs Monialium noſtro Ordini ſubiectis, & etiam non ſubiectis, ſecundi, & tertij Ordinis. Ulteriùs debent ſcribi omnia privilegia Apoſtolica, Regalia, & Municipalia, quæ habet vnuſquiſque Conventus, tam Fratrum, quàm Monialium, ſi ſint ſpecialia, in monumentis communibus Ordinis non contenta. Præterea referantur Reliquiæ inſignes, celebres Imagines devotionis, Bibliothecæ nobiles, & manuſcripta veterum doctorum noſtri Ordinis, qui opinione litteraria celebrantur, & cætera notabilia quæ ædificationẽ poſſunt afferre. Poſt hæc adnotandæ ſunt vitæ illorum Fratrum, aut Sororum, quæ ab exordio Provinciæ mortui ſunt cũ inſigni opinione ſanctitatis. Provinciæ verò Indiarum Orientalium, & Occidentalium, nec non illæ, quæ degunt inter Infideles, Turcas, aut Hæreticos, ſcribant Miſsiones, Converſiones, Erectiones doctrinarum, ſive Collegiorum, adinventiones novarum gentium, propagationes Fidei, labores, pœnas, & mortes Miniſtrorum, ac mirabilia, quæ patravit Dominus per Fratres, in confirmationem noſtræ Fidei. Demum recenſendi ſunt viri inſignes litteratura, & qui pro Fide Chriſti, aut defenſione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & D. Petri ſedis, inſigniter laboraverunt. Ex eiſdem.

Hæc

Hæc omnia ſcribenda ſunt ingenua fidelitate, religioſa modeſtia, & veritate nuda, abigendo penitus omnia apocrypha, incerta, & dubia tamquam alieniſsima à candore noſtræ ſynceritatis: ſcribenda item ſunt Latino Sermone, & charactere preſſo, ac conciſo ſtylo: & ſic ſcripta, plicata, & conſuta, ac membranis cooperta, ad Archivium generale ſunt tranſmittenda.

Relationes Provinciarũ afferendę ad ſingula Capitula Generalia.

Ut autem relationes cæterarum rerum eiuſdem generis, quæ de novo evenerint, colligantur, & conſerventur in prædicto Archivio; ſtatuimus, vt deinceps diſpoſitiones de ſtatu Provinciarum, quas ex antiquis ſtatutis Vocales ad Capitulum Generale adducere tenentur, fiant ſub forma ſequenti.

Ex eiſdem.

Provincia talis habet Conventus tot: habet Fratres tot: habet Conventus Monialium tot: habet Sorores tot: habet Lectores Iubilatos tot: Patres Provinciæ tot: Prædicatores tot: Novitiatus tot: Studia Philoſophiæ tot: Studia Theologiæ tot: Miſsiones tot: à Capitulo Generali vſque modò mortui ſunt Fratres tot: à Capitulo Generali vſque modò mortuæ ſunt Moniales tot. Deinde, ſi aliqui Fratres, aut Moniales cum opinione ſanctitatis deceſſerunt, debet ſi proſequi. In Provincia præfata, tali die, tali anno, in tali Conventu mortuus eſt talis Frater, vel Monialis, cuius vita per informationes factas ab Ordinario, vel aliunde fideliter collecta eſt, quæ ſequitur; & conciſo ſtylo ipſa proſequatur. Ulteriùs, ſi aliqui Conventus Fratrum, vel Monialium, recenter ſint fundati, referantur eorum fundationes; nominibus, qualitatibus, & beneficijs fundatorum, & inſigniorum Benefactorum, recenſitis. Denique, ſi factæ ſunt novæ converſiones infidelium, propagationes Fidei

Ca-

Catholicæ; aut Miſsiones, vel miracula patrata ſunt, aut quodcumque aliud inſigne Opus, quod cedat in laudem Dei, exaltationem fidei, & honorem Religionis, conſequenter eodem conciſo ſtylo referendum eſt.

Ipſarum ſtylus, & authenticatio.

Atque ſub hac forma diſpoſitiones ſtatus Provinciarum latino ſermone, & charactere ſcriptæ, ſigillatæ, & ſubſcriptæ à toto Diffinitorio, ad Capitulum Generale debent per vocales adduci, vt ibidem legantur, & poſteà in Archivio Generali Ordinis conſerventur. Ex eiſdem.

Archivarius Generalis inſtituendus, & qualis.

Pro miniſterio, & conſervatione huius Archivij Generalis, inſtituatur à Miniſtro Generali vnus Archivarius, qui ſit Lector Iubilatus, Hiſtorijs Ordinis addictus, expertus,& fidus Religioni, cui Archivij cura omninò demandetur: & in caſu vacantiæ per mortem, vel aliam cauſam, alius ipſius loco ſubſtituatur à Miniſtro Generali, ſi eſt in Familia; ſin minùs, à Commiſſario Generali, ita vt nunquam Archivio Generali Archivarius deſit. Ex eiſdem. Tol. 1673.

Eius munus, & debitum.

Archivarij huiuſmodi munus, ac debitum, eſt omnes in Archivio contentas ſcripturas fideliter ſervare, tranſmiſſas recipere, & has, & illas, proportionata diſtributione collocare, & omnium in eo contentorum, ordine accomodo, vt faciliùs inveniantur regiſtrum, ſeu inventarium formare, & proſequi. Ex eiſdem.

Ad Capitula Generalia accedat, vt ſcripturas colligat.

Ad hæc ordinatur, vt quando Capitulum Generale in hac Familia celebratur, ad ipſum accedat; & ex manu Secretarij Diffinitorij Generalis omnes diſpoſitiones, ſeu relationes ex Provincijs adductas, acta Capituli, & cæteras ſcripturas recipiat; & ea, quæ ad Familiam Ultramontanam ſpectant, ad Archivarium Romanum ſecura via tranſmittat; cætera autem in Archivio Matritenſi Pro eiſdem, iuxta Rom. 1639.

ſibi credito collocet, & per ſuas claſſes diſponat.

Librum de actis Generalium pro tempore.

Ulteriùs debet librum de actis Miniſtri Generalis gubernantis, & Comiſſarij Generalis, ſi tunc habet familia, formare (receptis à Secretarijs Generalibus ad præſcriptum Prælati fideliter notitijs) à principio gubernij eorumdem, vſque ad finem perductum, cum ſyncera veritate, & abſque vlla adulatione. Pro eiſdem.

Ipſius facultas exigendi à Provincijs ſcripta.

Et vt eas ſcripturas, aut notitias, quibus ad perfectionem Archivij indiguerit, conſequi poſſit; concedimus prædicto Archivario facultatem ſcribendi ad ſingulas Familiæ Provincias, vt ſibi eas legalizatas tranſmittant. Quòd ſi Provinciæ ab eo requiſitæ non fecerint, Prælatum Generalem moneat, vt Provinciales ad id præſtandum, medijs opportunis, ac pœnis, ſi opus ſit, compellat. Ex eiſdem.

Quomodo cuſtodire debeat contenta in Archivio.

Præcipimus autem ipſi Generali Archivario, ſub pœna privationis officij, & actuum legitimorum per triennium, vt nulli (cuiuſcumque conditionis ſit) permittat legere, & multo minùs extrahere ſcripturam aliquam in Archivio contentam, niſi de licentia in ſcriptis Superioris Generalis. Ex eiſdem.

Ratio ab ipſo reddenda de operatis erga Archivium.

Et vt conſtet de præmiſſorum obſervatione, & fructuoſo labore Archivarij, teneatur ſingulis trienijs Superioribus Generalibus de ſtatu Archivij, de incremento ſcripturarum; de induſtria in ipſius conſervatione, & de Regiſtris, & actis ab eo ſcriptis, rationem reddere: Ac etiam de his, quæ ipſe agenda cognoverit, vt ſcripturæ integrè recolligantur, ipſos monere. Et eamdem rationem in ſingulis Capitulis, & Congregationibus Generalibus Diffinitorio Generali reddere teneatur. Ex eiſdem.

Ut

Digitized by Google

Subſidium pro Archivario.

Ut autem prædicto Archivario pro agendis ſubſidium, & pro laboribus præmium, vt decet, conferatur; ſtatuitur, vt detur ei ſocius ſcriba gratus; & pro victu, & veſtitu eiuſdem, & ſui ſcribæ, Capitulum Generalè ex nunc pro tunc applicat ſingulis diebus duas Miſſas ex Dominicalibus Conventui Matritenſi, celebrandas à Provincijs reſpectivè, ex quibus Archivarius, & ſcriba aſſumpti fuerint; & ipſis concedit, vt quotidianas Miſſas pro ſua intentione, & devotione dicere poſsint. Ex Tolet. 1671.

Officij duratio, & prærogativæ.

Officium verò præfatum per ſexennium durabit; & ipſo abſoluto, & ratione præmiſſa ab Archivario reddita, ſi à Capitulo, aut Congregatione Generali, aut ab ipſo Miniſtro Generali de iudicio aliquorum Patrum comperiatur, ipſum dignè, & laudabiliter Miniſterium præfatum obijſſe, & compleviſſe, prærogativis Patrum Provinciæ, ad inſtar Biſ-Iubilatorum, gaudere decernimus. Ex eiſdem.

Archivarij ſubiectio Prælatis ordinarijs.

Demùm Archivarius, & eius ſcriba, quoad regularem diſciplinam Miniſtro Provinciali, & Guardiano Conventus Matritenſis ſubijciantur; qui tamen neque eos amovere poterunt à ſuis officijs, nec ipſos occupare in alijs, quæ hoc officij munus divertant. Ex Rom. 1651.

§. XIII. *De Archivijs Provinciarum, & Conventuum.*

STATUIMUS etiam, vt in Provincijs Archivia ſpecialia ſint; alterum, Provinciale in Conventu, vel principaliori Provinciæ, vel in quo Capitula celebrantur; alterum, locale in ſingulis Conventibus.

Archivium Provinciæ, quibus primù instruendum.

In Archivio Provinciali, primùm collocanda ſunt tranſcripta authentica omnium ſcripturarum, quæ ad Archivium Generale Ordinis tranſmiſſa ſunt, & tranſmittentur. Ex eiſdem.

Quænam in eo pro tota Provincia ſunt conſervanda.

Item Tabulæ Capitulorum, & actorum in eis: atque etiam taxatio, Fratrum pro vnoquoque Conventu, & ſororum pro vnoquoque Monaſterio; etiam numerus Fratrum vivorum, & mortuorum à Capitulo in Capitulum,& rerum notabilium Provinciæ relatio; etiam privilegia, & ſcripturæ quæcumque totam Provinciam concernentia: Demùm omnes ſententiæ contra Fratres delinquentes prolatæ. Fiantque duo libri in prædicto Archivio ſervandi, vnus materias gubernij, & ſplendoris Provinciæ, ab exordio eius continens; alter ſupplicia, & ſententias in delinquentes referens. Ex eiſdem.

In eo proceſſus in delinquentes cuſtodiendi, quandiu vivunt.

In eodem Archivio conſervandi ſunt proceſſus contra delinquentes facti, quouſque ipſi moriantur, vt de his legitimè conſtare poſsit, dùm reinciderint, pro aggravatione pœnæ, aut probatione incorrigibilitatis: Delinquentibus autem mortuis, proceſſus in eos facti igni tradantur, & ſententiæ obliterentur. Ex eiſdem; & Tol. 1675.

Item tranſcripta autentica ſcripturarum Conventuum.

Collocanda demùm ſunt in Provinciali Archivio tranſcripta authentica omnium ſcripturarum, quæ ad vnumquemque Conventum in particulari pertinent, diſtinctis in locis diſpoſitæ, cum titulo Conventus, cuius ſingula ſunt, ne ſi fortè caſu in Conventu pereant, omninò deperdantur. Ex eiſdem. & Vltra.

Archivij Provintiæ cuſtodia.

Archivium hoc Provinciæ duas claves diverſo opere confectas, quò claudatur, habebit; & alteram Miniſter Provincialis, alteram Guardianus Conventus, in quo Archivium collocatur, aſſervabit. Ex eiſdem.

In

Archivium locale, & quæ in eo cõſervanda. In Archivio autem locali, ſi Conventus ſit Novitiatus primò collocentur liber Profeſſorum, & Novitiorum, & eorum inquiſitiones, ſeu informationes; & in ſingulis collocentur inventaria librorum Bibliothecæ, & rerum omnium, quæ ſunt in Sacriſtia, & in alijs Conventus officinis, & in cellis particularibus ex Conventu applicata: Item omnia privilegia, & omnium litium ſententiæ, quæ in favorem Conventus, ſeu contrà, datæ fuerint: Tituli etiam Patronatus Conventus, & ſingulæ fundationes ipſius: Item memoriale ſuffragiorum, & Miſſarum, quæ per ſingulos annos in Conventu debent celebrari, cum titulis ſituationum: & demùm aliæ omnes Scripturæ ad Conventum ipſum, quacumque ratione, pertinentes. Ex eiſdem.

Sit in eo liber rerũ memorabilium Conventus. Sit etiam in eo liber, in quo ſcribantur res memorabiles Conventus, & nomina Fratrum, qui in ipſo deceſſerint, cum relatione fideli vitæ, & mortis eorum, qui fama ſpecialis virtutis, aut ſanctitatis claruerunt; quatenùs vera omnium geſtorum relatio, quando opus fuerit, in promptu habeatur.

Achivĩ localis Cuſtodia. Hoc etiam Archivium ſimiliter duas claves habebit, quarum alteram Guardianus, alteram antiquior Conventus Diſcretus ſemper cuſtodiat.

§. XIV. *De Obſervantia in Sacrum Ordinem Prædicatorum.*

Fraternitatis vinculum inter Predicatores, & Minores. QUAMVIS Fratres Minores, ex inſtituto, omnia exercitia charitatis, humilitatis, & modeſtiæ erga omnes perſonas Eccleſiaſticas, Regulares, & non Regulares, ita exhibere debeant, vt in noſtra converſatione, nihil aliud experiantur, quam humilitatis indicia, officia ſervitutis, & reve- Ex Rom. 1651.

verentiæ obſequia; tamen cum præclariſsima Religione Prædicatorum ſpeciale tenentur habere Fraternitatis commertium, tum ob ſanctiſsimorum Patriarcharum coniunctiſsimæ ſacræ amicitiæ nexum, tum ob vtriuſque Ordinis ſimultaneum, ad eumdem finem, ortum, & progreſſum, quos, vt gemellos in Mundi reparationem, Eccleſia Sancta, vt fœcunda Mater, produxit.

S. P. N. Dominico, cuius & ſucceſſori eius reverentia à noſtris exhibenda.

Hinc Sanctiſsimum Patriarcham P. N. Dominicum maiori Nobis permiſſo, & nuper conceſſo, cultu celebrare debemus. Eiuſdemque Sanctiſsimi Patriarchæ Succeſſori Generali Magiſtro eamdem obedientiam, reverentiam, & obſequia, quæ Noſtri Ordinis Miniſtro à Noſtris impendi exoptamus.

Pro eiſdem, ex decret. Sacr. Cong. Rituum die 2. Decemb. 1679.

MagiſtroGenerali Prædicatorũ accedenti, quæ obſequia exhiberi debeant.

Hinc quoque præcipimus omnibus Prælatis noſtri Ordinis, vt quoties prædictus Reverendiſſimus Pater Magiſter Generalis acceſſerit ad Civitates, aut Oppida, in quibus Conventus habemus, ſi in eis non fuerit Conventus ſui Ordinis, ab eo enixè petant, vt in noſtris, ſic, vt in proprijs, hoſpitari velit; cui adhuc maiora reverentiæ, & ſervitutis obſequia præſtabunt, quam noſtro Miniſtro accedenti exhiberent: Si verò Conventum ſui Ordinis habeat, & ad eum accedat; tota Communitas Conventus noſtri in illum opportuno tempore, pergat, ad eum excipiendum, ipſi obedientiam præſtandum, & ab eodem benedictionem S. P. N. Dominici recipiendum.

Pro eiſdem.

Omnes Dominicani in noſtris Conventibus hoſpitio recipiã tur.

Similitèr quotieſcumque Fratres Ordinis Prædicatorum quicumque, ad noſtros Conventus, vt hoſpites acceſſerint, velut Fratres noſtri Ordinis benignè recipiantur, & charitativè, ac perhumaniter tractentur. Et ne nimia ipſorum modeſtia acceſſum retardet, à prælatis localibus non ſolùm in-

Ex prim. Batch. & Rom. cit.

vi-

vitentur, ſed ſuppliciter cogantur accedere.

Qualia obſequia Minores Prædicatoribus debeant exhibere.

Obſequij autem noſtræ ſervitutis,& fraternitatis indicia erga hunc Sacrum Ordinem, non ſunt collocanda in rebus, quibus abuti poteſt etiam iniurioſus affectus, ſed in illis, quæ poſsint, ſynceritatem oſtendere, charitatem radicare, firmare ſocietatem, corroborare pacem, & mentes vnire in Dei placitum, & ædificationem fidelium. Proindeque Fratres Minores tenentur Religionis Prædicatorum progreſſus, incrementa, & honorem verbo, & opere ſolicitare, quaſi vtrique Religioni iure Fraternitatis communia. E xRom cit

Nullam diſcordiæ occaſionem præbeant, ſub pœna.

Et ne ex parte noſtra, vlla cuiuſvis diſcordiæ occaſio detur, præcipimus omnibus Fratribus Noſtri Ordinis, ſub pœna privationis officiorum, & alijs Superiorum arbitrio infligendis, ne deinceps in controverſijs Scholaſticis,verbo, aut ſcripto, minùs reverenter taxent notis,cenſuris, aut exaggerationibus opiniones à Thomiſtica Schola communiter ſecutas, nec alicui illarum dicam vllam impingant; nam multoties inimicus ludit Scholarum ludis in præiudicium Fraternæ ſocietatis; negotia namque ſcholaſtica non ſunt tractanda exaſperatione pueriIi, ſed candore mentis, cum modeſtia verborum, & ponderatione rationum. Ex eiſdem.

Diſcordiarũ inter vtrumque Ordinẽ motores ſeverè plectendi.

Si autem aliquis Frater noſtri Ordinis (quod Deus avertat) tentaret ſcribere, aut loqui contra Sacrum Ordinem Prædicatorum, aut inter eum, & noſtrum, zizaniam, aut diſcordiam ſeminare, in eaſdem pœnas cenſeatur incurſus, quæ in noſtris ſtatutis contra turbatores pacis, & infamatores noſtri Ordinis ſanciuntur. Ex eiſdem.

Provocatus à particulari quomodo ſe gerere debeat.

Contra particularem Fratrem Ordinis Prædicatorum nullus Frater noſter, adhuc provocatus, ſcribat, niſi priùs monito illius Superiore, vt eum obli- Pro eiſdem.

obliget ad ſatisfactionem reddendam: quam ſi non tribuerit, poſsit Frater noſter contra particularem illum (habita Superioris ſui licentia) ea, quæ ad profligandam iniuriam iniuſtè illatam, & defendendum honorem proprium fuerint neceſſaria, conſcribere.

CAP. VI.

De modo exteriùs converſandi.

§. I. *De Diſcurſibus.*

Diſcurſus inutiles vitandi.

QUIA nimia Fratrum evagatio & ipſis diſtractionem, & Sæcularibus parum ædificationis affert; ordinamus, quòd diſcurſus inutiles, quantum fieri poſsit, à Superioribus cum omni diligentia arceantur: In diſcurſibus autem quibuſcumque Fratres omnes monemus, vt, iuxta Regulæ præſcriptum, ſint mites, pacifici, & modeſti, manſueti, & humiles, honeſtè loquentes omnibus, ſicut decet.

Ex Tolet. 1581. & Rom. 1587.

Ex Regul. c. 3.

Sine licentia ſcripta nulli iter facere licet.

Fratribus verò nullum iter facere licet ſine ſui Superioris licentia. De qua vt legitimè conſtet, quibuſcumque iter facturis, tam intra, quam extra Provintiam, litteræ teſtimoniales dentur, cum termino temporis præfixo, ſecundum longitudinem viæ, qualitatem negotij, & diſpoſitionem euntis.

Ex prim. Barchin.

Dies diſceſſus, & regreſſus, in licen notentur.

Et, vt multis abuſibus, & periculis occurratur; ſtatuimus, vt quo die quiſque diſceſſerit, & quo item acceſſerit, à Conventuum Superioribus in ea ipſa facultate diſcedendi, & accedendi, fideliter note-

Ex ant. conſuet. & Segov. 1621.

te-

tetur. Si ſecùs fecerint Prælati, ab officio ſuſpendantur per menſem, & ſubditi, ſicut Apoſtatæ plectantur: & ſi terminum præfixum exceſſerint, tot diebus ſint in domo diſciplinæ, quot ſibi ſupra ipſum, vſurpaverê.

Sine licentia ſcripta itinerantes Fratres ab Epiſcopo puniri poſſunt.

Sine præmiſsis autem licentijs, in ſcriptis obtentis, nullus Frater, à ſuo Conventu recedat, alioquin, ſecundùm Concilium Tridentinum, & Apoſtolicas Sanctiones, ab Ordinarijs locorum, tamquam deſertor ſui inſtituti, puniri poterit, & tamquam ſuſpectus gravium criminum tandiù ſub cuſtodia detineri, donec certa de eo notitia habeatur; etiamſi, prætextu ad ſuos Superiores accedendi, fuerit egreſſus.

Ex Toletan. 1583. & Cócil. Trident. ſeſſ. 25. *de Regularibus* cap. 4.

Itinerantes, in Conventibus ſe ſuperiori ſiſtant.

Accedens verò Frater ad Civitatem, vel oppidum, vbi Conventus noſtræ Religionis extiterit, antequam ad civitatem, vel oppidum eat, vel in illa negotia agat, aut comedat, Conventus illius Superiori ſe ſiſtat, ſub pœna apoſtaſiæ ipſo facto incurrenda. Superior autem non permittat, vt apud ſæculares, ſeu extra Conventum pernoctet, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio per bimeſtre.

Ex Salm c. 3

Superior licētias eorum recognoſcat.

Guardiani autem, & eorum Vicarij, à Fratribus quibuſcumque accedentibus licentias, vel litteras ſuorum Prælatorum, exigere tenentur; ſine quibus (niſi aprehendendo ipſos, vt apoſtatas) neque pietatis, vel hoſpitalitatis prætextu poſſunt quempiam recipere, niſi ita cognitus ſit, vt de eius perſona nullus omninò dubitationi, aut ſuſpicioni locus relinquatur, vt Apoſtolica Sanctione cautum eſt; ſub vocis activæ, & paſsivæ, nec non officiorum, graduum, & honorum obtentorum privatione; atque inhabilitate perpetua ad illa, & alia in poſterùm obtinenda.

Ex prim. Barch. Salmant & Tolet. cit. Et ex Conſtit. Apoſt. Sixti V. *Ad Romanum.*

Digitized by Google

Itinerantes quicūque debent illi eas oſtendere.

Fratres etiam extra ſuas Provincias, vel Conventus itinerantes, Guardianis, vel Vicarijs Conventuum, per quos tranſeunt, ſuas licentias, à proprijs Prælatis in ſcriptis datas, oſtendere teneantur, alioquin præmiſſas pœnas ſubituri. Ex prim. Barch.

Superior nullum ſine licentia, aut vltra licentiæ tempus detineat.

Si quis abſque licentia legitima acceſſerit, ad ſuum Prælatum remittatur: ſi autem cum licentia ad tempus venerit, expleto tempore, ampliùs remanere; non permittatur, neque Guardianus eum detinere valeat, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio per bimeſtre. Ex Tolet. 1583.

Licentiæ intra duos mēſes non executæ annullantur.

Qui autem à Generali, vel Provinciali licentiam ſive intra, ſive extra Provinciam eundi, obtinuerit, eam infra duorum menſium ſpatium, executione demandare teneatur, quo tempore elapſo, licentia eiuſmodi nulla ſit; ac propterea qui ea vti præſumpſerit, Apoſtaſiæ notam incurrat. Ex Salm. c. 22.

Licētia Prælati ſuperioris, non præſentata inferiori exequi nequit.

Etiam Apoſtaſiæ notam incurrit, qui cuiuſvis obedientiæ, aut licentiæ à Superioribus Prælatis obtentæ prætextu, aut Conventus, aut Provinciæ limites egredi præſumpſerit, niſi priùs, aut Provinciali Generalis licentiam, aut Guardiano Provincialis obedientiam oſtenderit, & ab eo recedendi benedictionem acceperit. Ex eiſdem.

Quid faciendum, ſi ſuperior abeſt, & negotium vrgeat.

Quòd ſi quis à Generali licentiam habuerit, & Provincialem in remotis agere contigerit, negotiumque, pro cuius expeditione iter facturus eſt, vrgeat, & Guardiani iudicio, dilationem non patiatur; tunc eidem licentiam eiuſmodi coram teſtibus oſtendat, & Provincialem ipſum de ſuo receſſu per litteras moneat, licentiæ copiam ei remittens: & vt primum in Provinciam redierit, Provinciali ſuum redditum per litteras ſignificet. Ex eiſdem.

§. II.

Præcepti nō equitandi ſine neceſsitate ſenſus.

REGULÆ præcepto tenentur Fratres ad non equitandum, niſi manifeſta neceſsitate, vel infirmitate cogantur, vt ſepiſsimè à Summis Pontificibus declaratum eſt. Pro cuius præcepti intelligentia, attendenda ſunt verba S. Bonaventuræ, in ſua expoſitione dicentis: „Fatres non debent „ equitare, nec bigare, nec quadrigare, niſi manife- „ ſta neceſsitate per Miniſtrum, vel Cuſtodem, vel „ in eorum abſentia per Guardianum, vel eius Vi- „ carium, de Conſilio Diſcretorum iudicanda.

Ex Regul. & declar. Clement. V. & Conſt. Vrb. VIII & motu proprio Innoc. XI.

Neceſsitas ſit ſimul Fratris, & negotij.

In iudicio autem talis neceſsitatis attendendum eſt, iuxta Regulæ expoſitionem ſtatutis Ordinis probatam, quòd non ſolùm ſit neceſsitas corporalis ipſius Fratris, ſed etiam negôtij, quod ſe offerat tractandum, ſeu agendum, itaùt iter non ſit voluntarium, ſed neceſſarium, & præciſum, vel Conventus vtilitatem, vel proximorum profectum concernens: &, iuxta hanc expoſitionem, Prælatos librare equitandi neceſsitatem, pro licentia concedenda, omninò præcipimus.

Ex Segov. 1621.

Licentia equitandi, quomodo à Miniſtro cōcedenda.

Et quoniam abuſus equitandi in noſtum Ordinem, cum ſæcularium ſcandalo, & proborum Religioſorum lamentis, inolevit; præcipitur, vt nullus Provincialis Miniſter poſsit pro particularibus negotijs cuicumque Fratri licentiam equitandi præſtare, niſi priùs Guardiani, & maioris partis Diſcretorum ſui Conventus, teſtimonium ſcriptum, & authenticum præcedat de nogotij, & Fratris illius vera neceſsitate.

Ex Tolet. 1583.

Quomodo à Guardiano in abſentia Miniſtri.

Si autem Miniſter ab eo Conventu abfuerit, Guardianus loci, cum conſenſu omnium Diſcretorum (nemine diſcrepante) librata, iuxta præmiſſa, neceſsitate, poterit licentiam equitandi præ-

Ex eiſdem.

ſtare; eorum tamen omnium conſcientiam oneramus ſuper iudicio, de neceſsitate, faciendo.

Quo caſu à ſolo Miniſtro concedit poſſit.

Verùm ſi negotium occurrat, totum Ordinem concernens, vel ad aliquam Provinciam, vel ad miniſterium Provincialis pertinens, in tali caſu poterit Miniſter Provincialis ſolus, perpenſa neceſsitate, licentiam equitandi præſtare. Ex eiſdem.

Pœna in Superiores aliter licentiã equitandi cõcedentes.

Si quis autem Prælatus aliter licentiam equitandi conceſſerit, ſi Provincialis ſit, in Capitulo ſequenti careat voce activa, & paſsiva in Diſcretorio, & Diffinitorio; ſi Guardianus, ipſo facto ſit ſuo officio privatus. Ex eiſdem, & Segov. 1621.

In licentijs iter faciendi ſcribatur, ſi adſit, vel nõ licentia equitandi.

Vt autem occultari non poſsit, quis cum licentia equitandi, & quis ſine illa, iter faciat; præcipimus Guardianis ſub pœna ſuſpenſionis ab officio per bimeſtre, vt in ipſis licentijs iter faciendi, dum, iuxta ordinata, ponunt diem diſceſſus, apponant etiam teſtimonium de conceſſa, aut non conceſſa licentia equitandi. Et monemus Prælatos iter faciendi licentiam concedentes, vt Fratribus peditantibus tempus itineris proportionatum labori, & debilitati ſic itinerantium, aſsignent. Pro eiſdem.

Pœnæ in equitantes ſine licentia ſcripta.

Is verò, qui ſine prædicta licentia in ſcriptis, ſubſcripta, & ſigilata, aut ſine præfato teſtimonio de ea, à Guardiano ſubſcripto, auſus fuerit equitare, voce activa, & paſsiva per biennium privetur; & Guardianus Conventus, ad quem remeaverit, teneatur ſub pœna ſuſpenſionis ab officio per ſemeſtre, ipſum Fratrem in communitate flagellis cædere, & in domo diſciplinæ tribus diebus recludere. Ex eiſdem, & Carpent. 1521.

Equitantes per oppida graviùs puniendi.

Quicumque equo, curru, quadriga, vel quocumque iumento, per publicas vias civitatum, aut oppidorum, negotietur, vel de ambulet, pœna carceris Ex eiſdem Tolet.

ceris puniatur, & ad omnia officia Ordinis, inhabilis, eo ipſo, declaretur: quia hoc ſcandaloſum eſt, & in noſtra profeſsione inexcuſabile.

In itinere burſario non vtendum niſi vrgente neceſsitate, ſia Syndici ſubſtitutus.

Nullus prætereà, dum iter peragit, burſarium ſecum deferat, ſub pœna privationis actuum legitimorum. Quòd ſi vrgente neceſsitate iter peragi non valeat ſine ſubſidio pecuniarum, nemo burſario vtatur, niſi cum illis conditionibus, quæ ſunt ad equitandum neceſſariæ, & cum expreſſa nominatione burſarij in ſubſtitutum Syndici Apoſtolici, qui vt œconomus Sedis Apoſtolicæ, poteſt ipſius Sedis pecunias in Fratrum neceſsitatibus ſubveniendis expendere.

Ex eiſdem.

Iuxta Rom. 1639. à S. Apoſt. in form. ſpeci confirm.

§. III. *De Tranſmigratione in alienas Provincias.*

Peregrinationes Fratrum per alienas Provincias vitandæ.

EXhortamur in Domino, & monemus Prælatos omnes Superioris Ordinis, & Miniſtros, vt, quantum poſsibile fuerit, abſtineant à mittendis Fratribus ad peregrinandum per alienas Provincias, vt evitentur vagationes indignæ, & alia innumera in convenientia ex eis orta.

Ex Toletan. 1583. & ex Rom. 1587.

Eundi extra Naciones, Provinciales licentiam dare nequeunt

Et cùm experientia compertum ſit, tranſmigrationem Fratrum in diverſa regna; quàm plurima incommoda peperiſſe præcipitur Provincialibus Miniſtris ſub pœna ſuſpenſionis ab officio per annum, vt nulli ſuorum ſubditorum licentiam concedant eundi extra nationem propriam (iuxta aſſignationem nationum per hæc ſtatuta determinandam) ſine conſenſu Miniſtri, aut Comiſſarij Generalis, ſi intra nationem ſint: & quando extra nationem fuerint, ſolummodo accedendi ad ipſos pro vrgenti negotio Provinciæ, aut ſui miniſterij, facultatem concedere valeant.

Ex Seg. 1621.

Ad

Nec acceden di ad Curias Regum, vel Principum Sæcularium

Ex Rom. 1571.

Ad Curias autem Regum, vel Principum, pro nullo negotio, ſiue communi, ſiue particulari, valeant MiniſtriProvinciales Provinciarum, intra quarum limites Curiæ ipſæ non fuerint, licentiam accedendi alicui Fratri concedere ſine Superiorum Generalium expreſſa in ſcriptis facultate, ſi intra nationem ſint: negotia enim omnia Commiſſarijs Curiarum ſunt commendada.

Quid ſi Superior Generalis extra Nationem ſit.

Pro eiſdem.

Sin verò nullus ſit in natione Superior Generalis, adhuc delegatus, & vrgens aliquod negotium occurat, poterum Provinciales de conſenſu ſui, reſpectivè, Diffinitorij licentiam ad prædictas Curias accedendi ſubditis ſuis concedere.

Ad Curiam Romanam eundi, quomodo Provinciales licentiam dare valeant.

Ex Rom. 1615. conf in for. ſpeci

Ad Curiam verò Romanam, pro publicis totam Provinciam concernentibus negotijs, accedente etiam Diffinitorij conſenſu, poterunt Provinciales Miniſtri concedere ſuis Fratribus eundi facultatem, etiamſi Superior Generalis in Familia ſit: pro negocijs verò privatis, authoritatem hāc ſibi noverint eſſe denegatā. Qui ſecùs fecerit, pœnis à Sanctæ memoriæ Clemente VIII. poſitis, ſubiaceat.

Pœnæ in adeuntes Romam ſine licentia.

Ex mandato Sixti V. à Sacr. Congr. Regul. in Seg. 1621.

Si quis in poſterum temerè, leviue cauſa, almam vrbem, ſeu Curiam Romanam, abſque Superioris licentia adire præſumpſerit, cùm ex decreto Apoſtolico ad ſuos Superiores, ſeveriori pœna puniendus, remitti iubeatur; decernimus, vt vltra pœnas in Apoſtatas decretas, per annum ad ſtatum Novitiorum reducatur.

Miniſtri nequeunt dare facultatem Guardianis mittendi Fratres extra Provinciam.

Ex Toleti 1583.

Inhibetur etiam Miniſtris Provincialibus, ne deinceps committere poſsint Guardianis facultatem licentiandi Fratres, aut eis teſtimonium præbendi, vt extra Provinciam egrediantur: quare teſtimonia ipſorum Guardianorum pro ſubreptitijs,

&

& falſis habeantur, eaq̃ue deferentes plectantur,vt Apoſtatæ.

§. IV. *De mutatione, ſeu translatione à Conventu in Conventum.*

Appropriatores locorum ab eis expellendi.

Ex Salmant. c. 6.

QUIA Fratres nec domum, nec locum,ſibi appropriare debent;contra locorũ appropriatores ſtrictiſsimè præcipimus,vt Miniſtri in ſuis viſitationibus diligenter inquirant, & ſi quos tales invenerint, de ſuis Conventibus, ſeu locis,expellere teneantur.

Quinam tales dicantur.

Ex eiſdem.

Dicimus autem locorum apropriatores, illos, qui cùm eis dantur obedientiæ recedendi à Conventu, & ad alium tranſeundi, procurant medijs illicitis, & importunis,eas revocari; ſeu qui alios in ſuis locis nativis, eo quòd extraneos reputent,ſubditos, ſeu Prælatos habere,vel etiam pacificè ſuſtinere, nolunt.

Procurantes revocari obedientias mutationis,puniantur.

Ex eiſdem.

Qui itaque acceptam,de Conventu in alium recedendi, Superioris licentiam, Sæcularium medio, ſive favore, revocandam procuraverit, arbitrio Provincialis plectatur, &,veluti loci appropriator, ab eo Conventu removeatur ſtatim.

Etiam procurantes mutationem, Conventu compoſito.

Ex Vallis. 1593.

Si quis autem Fratrum extra Capitulum, vel Congregationem(compoſito iam Conventu à Miniſtro Provinciali, & numero Fratrum præfixo) ſua petitione, & inſtantia, licentiam obtinuerit de Conventu ſibi aſsignato in alium habitaturus tranſeundi; locum inferiorem habebit omnibus ſui ſtatus Fratribus; & voce activa, & paſsiva per tempus à Miniſtro Provinciali taxandum, privatus exiſtet.

§. V. *De egreſſu extra propriam Guardianiam.*

Guardiani non poſſunt ſubditos, extra Guardianiã mittere.

NULLUS Guardianus audeat extra limites ſuæ Guardianiæ (quovis titulo, vel pretextu) Fratrum quempiam mittere, ſine licentia Miniſtri Provincialis, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio per bimeſtre: Frater verò, qui ſine prædicta Miniſtri licentia in ſcriptis obtenta, extra terminos Guardianiæ, quovis pretextu, egredi fuerit auſus, cenſeatur Apoſtata, & vt talis puniatur. Ex Salm. c.

Cuivis Conventui termini quæſtuationis præfigantur.

Pro colligendis autem eleemoſynis, vnuſquiſque Conventus habeat terminos ſuæ quæſtuationis præfixos, quos tranſgredi non liceat, nec Guardiano, nec Fratribus ipſi ſubditis, vt lites, & quærimoniæ hinc inde oriri ſolitæ, vitentur. Ex Paris. 1579.

Ipſos tranſgredientiũ pœnæ.

Si quis autem Frater quæſtuationis gratia terminos ſuo Conventui præſcriptos, egrediatur; ſi id pro nutu fecerit, Apoſtaſiæ pœnas incurrat, à Provinciali, monito, omninò infligendas; ſi verò ex præcepto, aut permiſſione ſui Guardiani, Guardianus ipſe ab officio per ſemeſtre ſuſpendatur. Ex eiſdem. & Rom. 1676.

Guardianis à Conventu extra Guardianiã, adhuc cum licentia abeſſe nõ licet.

Et cùm ovium cognitio, & earum cura, Prælatis ex Divino præcepto iniuncta, ipſis abſentibus, haberi, & exerceri non valeat; Guardianis omnibus diſtrictè inhebemus, ne vltra menſem, per annum, à ſuis Conventibus, & eorum terminis abſint, adhuc de licentia ſcripta Provincialium; quibus etiam præcipitur, ne eam concedant, niſi vrgenti de cauſa, vel Chriſtianam pietatẽ, vel Reipublicæ vtilitatẽ concernenti. Nec licebit Provincialibus Guardianis longioris temporis licentiam concedere, ſive vna, ſive pluribus vicibus neceſſi- Ex Segov. 1611.

Pro quanto tempore poſſit ipſis licentia concedi.

tas eius concedendæ ſe offerat; ſuper quo eorum conſcientias oneramus.

Secùs facien tium pœnæ.

Guardianus autem, qui ſine prædicta licentia, limites ſuæ Guardianiæ egredi auſus fuerit; & cum licentia, vltra tempus vnius menſis, ſive continui, ſive diſcontinui in anno, fuerit demoratus, officio irrimiſſibiliter, eo ipſo, privetur. Ex eiſdem.

§. VI. *De quæſtibus tempore meſsis.*

Quomodo quæſtus tempore meſsis fieri permittantur.

UT diſcurſus Fratrum, quantum fieri poteſt, vitentur, præcipitur, vt nullo modo quæſtus frumenti, tempore meſsis, pro congregando tritico, aut hordeo, deinceps fieri permittantur, niſi in illis dumtaxat locis, in quibus per experientiam compertum eſt, aliter Fratres ſuſtentari non poſſe: Guardiani, qui ſecùs fecerint, ipſofacto ſint ſuo officio privati. Licebit verò poſt peractam meſſem oſtiatim triticum, & hordeum, abſque multi temporis diſpendio, petere. Ex Toletat. 1583.

Provinciales puniãt Guardianos aliter mittentes quæſtores.

Provinciales autem, qui eoſdem Guardianos, hoc ſtatutum tranſgredientes, non punierint, aut correxerint, à Viſitatoribus Provinciarum, per annum, voce activa, & paſsiva priventur. Ex eiſdem.

Quales Fratres ad hos quæſtus mittendi.

Et quia nimia cum ſæcularibus communicatio, Fratribus, extra Clauſtra commorantibus, diſtractionis certiſsima cauſa eſt; præcipitur Guardianis, vt tempore meſsis, & vindemiæ, ſi diutiùs in Oppidis Fratribus pro eleemoſynis colligendis commorandum ſit; mittant Religioſos probatæ vitæ, quorum converſatio in ædificationem populi futura præſumatur. Ex Valliſol. 1593.

Guardiani viſitent ipſos

Fratres autem iſtos teneatur Guardianus per ſe, vel per alium viſitare, vt de eorum vita, & converſatione certior fiat. Quòd ſi repererit aliquem deteriori exemplo, per oppida vagari, ſecundùm qualitatem criminis corrigat, retrahat, & in domo diſciplinæ recludat.

Ex eiſdem.

Nec permittant in Oppidis quæſtuationis, vltra tempus neceſſarium detineri.

Guardiani demùm, qui vltra tempus, pro eleemoſynis petendis neceſſarium, permiſerint Fratres, vel ad exigendas Miſſas, vel ad alias diuturnas occupationes, in oppidis commorari, officio priventur; & Miniſter, qui eos non correxerit, & Fratres ad Conventus non retraxerit, etiam graviter puniendus erit, Superiorum arbitratu.

Ex Segov. 1621.

Licentia extra Clauſtra commorandi concedit nō valet.

Ineatur etiam ratio, qua ſublatis licentijs, ac facultatibus hactenus quibuſcumque conceſsis, degentes extra Conventus Clauſtra, ad ea quam primùm revocentur; nec de cætero, niſi ex graviſsima cauſa à Sede Apoſtolica approbanda huiuſmodi facultates concedit poſsint.

Ex decret. Ap. Clem. VIII. die 10. Maij 1601.

§. VII. *De egreſſu à Conventu.*

Ianitoris Cōventus munus.

UT omnis ſcandalorum, & vagationis occaſio tollatur, Conventus clauſura perpetuò, ac diligenter ſervetur; propterea à Superiori Ianitor conſtituatur, qui diligentia, ac morum integritate commendetur, iſque ianuæ cuſtodiendæ ſemper aſsiſtat, eamque nemini Fratrum aperiat, niſi ſocium, & exeundi licentiam obtinuerit.

Ex decret. Ap. Clem. VIII. cit.

Nulli Fratri, ſine licentia, è Conventu egredi liceat ſub pœna.

Caveant quoque Fratres, Conventum exeant ad negotiandum in Villa, oppido, vel Civitate, in quibus morantur, vel ad aliud quodvis faciendum, ſine licentia Guardiani, vel Vicarij in eius abſentia,

Ex Tolet. 1583. & decret. Apoſt. Clem. VIII. ann. 1599.

tia, toties quoties petita, & verbo tenus conceſſa; alioquin, vt apoſtatæ puniantur. Licentiæ verò generales exeundi, nulli concedantur.

Nec Patrib. alioquin corrigantur.

Nullus etiam Patrum, cuiuſcumque ſtatus, ſeu conditionis fuerit, ſive hoſpes, ſive loci habitator, Conventus ſepta, quocumque in eventu, abſque licentia à loci Guardiano petita, & obtenta, egredi præſumat, ſub gravis correctionis pœna. Ex Rom. 1587.

Excipiuntur Patres Ordinis, & Familiæ.

Excipiuntur tamen ab hac lege Patres totius Ordinis, & Familiæ (illi ſcilicet, qui Miniſtri, aut Vicarij Generales, vel Commiſſarij, aut per biennium Vice-Commiſſarij Generales Familiæ fuerunt) hi enim, ob functi muneris dignitatem, cum ſocio à ſe electo, aut aſſumpto, extra Conventum abſque alicuius Superioris licentia egredi valent. Ex eiſdem.

Nullus Frater ſine ſocio à Guardiano ſibi aſſignando Conventum exeat, nec ſine illo per Oppida, vbi Conventus noſtri extant, incedat, aut alicubi moretur; & Guardiani aliter facientes, aut permittentes, ſevera correctione à Superiori puniantur. Excipiuntur tamen à præfata ſocij aſsignatione Patres illi, qui ſocium gratum ex ſtatutorum Generalium præſcripto habent.

Quo tempore revertendum.

Fratres autem cum præfata licentia è Conventu egredientes non morentur extra illum, vltra horam à Guardiano præfixam, aut, ſi non præfixerit, vltra horam Communitatis in excuſabilis aſsiſtentiæ. Ex Tolet. 1583. & ex Neap. 1590. cap. 4.

Reverentes Superiori ſe ſiſtant.

Et vt de huius ſtatuti obſervantia Superiori locali conſtet, cùm redierint, illi ſe continuò ſiſtant, & regreſſus ſignificandi, & petendæ benedictionis gratia. Secùs facientes à Guardiano pro defectus qualitate, denegatione licentiæ egrediendi, puniantur. Ex decret. Ap. Clem. VIII. cit.

Ad funeralia vbi nam ire liceat.

Inhibemus vltrà, ne Fratres extra Conventum ad funeralia, vel alia officia peragenda exeant, niſi tantum in illis locis, in quibus eouſque conſuetudo hæc inveterata eſt, vt ſine nota, & ſcandalo non poſsit aboleri.

Ex eiſdem; Tol. 1583.

Quibus caſibus, vbinam quæ prohibetur.

Cæterùm, in feſtis præcipuis, in quibus, ſi Fratres abeſſent, Divini Officij ſolemnitas in noſtris Conventibus non poſſet congruè celebrari; prohibemus, ne Fratrum turma exire valeat ad præfata munia, niſi propter Regia obſequia, vel propter alicuius Prælati, aut Domini temporalis funeralia celebranda.

Ex eiſdem.

Vbi ſunt Cóventus, extra illos comedere non licet.

Fratres non comedant, nec bibant in villis, caſtris, vel civitatibus, in quibus morantur, niſi cum Dominis Terrarum, aut Prælatis, aut viris Religioſis; nec interpretativè quilibet cenſeatur Prælatus, aut Dominus Terrarum, niſi verè talis ſit: ſecùs facientes ſubeant pœnitentiam in pane: & aqua.

§. VIII. *De acceſſu ad Monaſteria Monialium.*

Ex cap. *Monaſt r. de vita, & honeſt. Cler.* cap. *Periculoſo, de ſtat. Regular. in* 6. & cap. *Diffinivimus* 18 q. 2. Decret. S C. de mandato Sixti V. an. 1590 & ex mandato Vrb. VIII. an. 1623.

Acceſſus ad Monaſteria Monialium, quibus iuribus prohibitus.

ACCESSUS ad Monaſteria Monialium iure antiquo communi omnibus prohibitus eſt, ſpecialiter viris Religioſis, quibus adhuc ſtrictiùs decretis Sacræ Congregationis Regularium, de mandato Summorum Pontificum, editis inhibetur; noſtri autem Ordinis Fratribus non ſolùm ex prædictis iure, & decretis, ſed etiam ex antiquis, & modernis Religionis Conſtitutionibus, cautus eſt.

Ad exteriora Monaſterij, quibus caſibus liceat.

Iuxta prædicta præcipimus, vt nullus Frater ad loca exteriora quarumcumque Monialium accedat, niſi pro eleemoſyna petenda, ſacris faciendis,

Ex Salm. c. 11.

Con-

Concionibus habendis, ſiue audiendis Monialium Confeſsionibus: & tunc de licentia Miniſtri, vel Guardiani. Qui ſecùs acceſſerit, vna diſciplina in Communitate puniatur.

Alloqui Moniales ſine licencia ad id expreſſa non licet.

Ex prædictis decretis, & ex Valliſ. 1565. de mãdato Pij V.

Nec Fratribus, ad ea munia obeunda cum licentia Superioris accedentibus, liceat Moniales alloqui, vt Apoſtolica Sanctione cautum eſt: ad colloquendum enim cum Monialibus, neque Miniſter Generalis ſine legitima cauſa poteſt Fratribus licentiam concedere, cùm id, ex Apoſtolico mandato, omnibus Prælatis, tam Generalibus, quàm Provincialibus, prohibitum ſit.

Licentia nõ concedatur, niſi iuſta cauſa vrgente.

Ex To. 1583

Quare præcipitur Miniſtris Provincialibus, & in eorum abſentia Guardianis, vt nullam licentiam colloquendi cum aliqua Moniali Fratribus concedant, niſi cauſa iuſtâ, & rationabilis vrgeat, per eundem Miniſtrum, vel per Guardianum, & Diſcretos Conventus examinata: Quod ſi ſecùs fecerint, ſuis officijs priventur.

Nec concedi poteſt generaliter.

Ex Valliſ. 1593. & Tolet. 1606.

Neque Superioribus liceat generaliter, nec pro pluribus vicibus, ſed pro vna dumtaxat, & ad alloquendum determinatas Moniales, licentiam concedere, ſub pœna ſuſpenſionis à ſuis officijs per ſex menſes.

Pœna in Fratres colloquẽtes ſine licentia ſcripta.

Ex eiſdem, & Salm. c. 12.

Fratres verò, qui ſine prædicta licentia Abbatiſſæ, aut Superioriſſæ Monaſterij exhibenda, in ſcriptis, ab eaque admiſſa, colloqui auſi fuerint cum quavis Moniali; actibus legitimis priventur.

Quibus caſibus liceat Prælatis alloqui Moniales.

Ex Valliſ. 1565. de mãdato Pij IV. & Valliſ. 1593.

Superiores etiam ad Monaſteria accedere non poſſunt, niſi pro expediendis muneribus, de iure ſibi competentibus, aut ab Abbatiſsis, ſeu Superiorißis, pro Monialium ſpirituali profectu, de conſilio Diſcretarum accerſiti: Qui contrà fecerit,

rit, officio ſuſpendatur, aut etiam privetur Superiorum arbitrio.

Amicitiæ privatæ cū Monialibus ſub gravioribus pœnis prohibetur.

Qui autem amicitias vllas privatas cum aliqua, cuiuſcumque Ordinis, Moniali, ſub devotæ, vel ſimilium nominum nuncupatione contraxerit, vel contractas continuaverit; ſit ipſo facto privatus actibus legitimis per decennium, & inhabilis ad omnia Ordinis officia, prout etiam de mandato Apoſtolico cautum eſt, etiamque à loco relegetur in perpetuum.

Ex Pariſ. 1679. de man Greg. 15. & ex Rom. 1600.

Diligentiùs cavendæ ſunt in Confeſſarijs earū

Si verò in hoc ipſo crimine privatæ amicitiæ cum Monialibus Confeſſarius, ſive eius Socius deliquerint; vltra prædictas pœnas, officijs irremiſſibiliter priventur, & à Conventibus abſque vlla mora eijciantur.

Ex Segov. 1621.

Apud Moniales Fratribus comedere non licet.

In domibus autem Monialium comedere, adhuc cum earum Confeſſarijs, atiam indiebus feſtivis, nulli Fratrum liceat ſub pœna privationis actuum legitimorum per ſexennium, exceptis tamen feſtis principialioribus, in quibus Prædicatores, & Altaris Miniſtri dumtaxàt, comedere in Monaſterijs poterunt, dummodò tanta ſit diſtantia eorum à Conventibus noſtris, vt abſque magno incommodo aliter fieri non poſsit, & ob id in eis talis vigeat conſuetudo, & dummodò in loco diſsito, vbi nec Moniales videre, neque cum ipſis colloqui poſsint, id fiat.

Ex decreto S.C & mandato Sixti V. & ex Salm. c. 11. & Rom. 1571.

§. IX.

§. IX. *De ingreſſu in Monialium Clauſuram.*

Ingreſſus in clauſuram Monialium ſub excommunicatione prohibitus.

CUM non ſolùm ex præcepto noſtræ Regulæ, ſed etiam ex Concilio Tridentino, id, ſub excommunicationis maioris ipſo facto incurrenda pœna, omnibus generaliter vetante, ingreſſus intra ſepta Monaſterij Monialium Nobis ſit prohibitus; declaramus, omnes Fratres intrantes ad quamcumque Monaſterij partem, ad quam Moniales, clauſuram Obſervantes, accedere poſſunt, eſſe excommunicatos.

Ex Regul. c. 11. & Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. *Regu à laribus*, c. 5.

Ingreſſus in Monaſteria Monialium, non ſervantium clauſuram, eſt contra Regulã.

Fratres verò intrantes Conventus, ſeu domos Religioſarum in communi collegialiter viventium ſub Regula aliqua ex approbatis ab Eccleſia, & ſub obedientia Prælatorum, quamvis ipſæ clauſuram non obſervent, ſunt apertè noſtræ Regulæ transſgreſſores, & ut tales, puniendi.

Ex Tolet, 1583.

Quibus caſibus licitus ſit ingreſſus ad Monaſteria Ordini ſubiecta.

Verùm cùm Regula ipſa excipiat illos, quibus à Sede Apoſtolica conceſſa eſt licentia ſpecialis ad prædictum ingreſſum, & ipſa Sancta Sedes pro pluribus caſibus Fratribus Minoribus hanc licentiam conceſſerit, præcipuè Superioribus, & Confeſſarijs (poſtquam plurium ordinum Monialium gubernium, ac regimen noſtræ Religioni ab eadem Sede demandatum eſt): declaramus, Prælatos, & Confeſſarios prædictos, ad præſcriptum earundem conceſſionum Apoſtolicarum, in caſibus, pro earum gubernio, & regimine, neceſſarijs, ingredi clauſuram Monialium, Nobis ſubiectarum, valere.

Ex Reg. c. 11. & Collector. privilegior. Verb. *Ingredi Monaſteria.*

Quando liceat Prælatis.

Prælati Generales Provinciales, & Viſitatores Monialium pro viſitanda clauſura, aut Capitulo culparum celebrando, aliove neceſſario, ſuum officium

Ex Urban. IV. in Reg. S. Claræ, cap. 24.

ficium tangente peragendo, quod de foris fieri non poſsit, & ob aliam vrgentem, & neceſſariam cauſam, clauſuram Monialium ſibi ſubiectarum ingredi valent.

Pœnæ in intrantes ſine cauſa vrgente.

Qui autem facultatum præmiſſarum prætextu, præter quàm vrgentibus de cauſis, ingredi præſumpſerint; eo ipſo ex Apoſtolica Sanctione excomunicationis pœnam incurrunt, necnon omnibus dignitatibus beneficijs, & officijs privantur; atque ad illa, & alia quæcumque impoſterum obtinenda, perpetuò inhabiles declarantur.

Ex Apoſtol. Conſt. Gregor. 13 *Vbi gratia*. 1575 & ex Valliſ. 1593.

Prælati ingredientes quibus ſunt aſſociandi.

• Cum verò ad prædicta munia neceſſaria ingreſſuri fuerint, probatiſsimos viros omni ſuſpicione carentes, ſecum ſocios ducere debent, numero non plures, quam quinque, Generales; tres verò Provinciales; Viſitatores autem duos.

Ex eiſdem & Vrban IV in Regul. S. Claræ.

Séper vnus ex ſocijs ſit Vicarius earum.

In numero prædictorum ſociorum ſemper ingredi debet Vicarius, ſeu Confeſſarius Monialium, ſine quo nunquam Superiores ingredi valeant, nec propter ipſius ingreſſum numerus ſociorum augerit poſsit.

Ex Salmant. cap. 11. & Rom. 1664.

Intrantibus quænam cavenda.

• Neque Fratribus licitè intrantibus, neque Prælatis, ad ſua munera ſubeunda ingredientibus, liceat intra ſepta Monaſterij demorari, neque ib manducare, neque quacumque ex cauſa poſt occaſum ſolis intus permanere, ſed quà citiùs, expedito munere, propter quod ingreſsi ſunt, egredi teneantur; ſub pœna privationis ſuorum officiorum Prælatis, cæteris verò actuum legitimorum.

Ex Salm. c. 11. & Valliſ. 1593. et 10 nov. 1621 c. 5.

Ab invicem non ſeparentur.

• Illud etiam omnes, & ſinguli inviolatè ſervare debent, vt nunquam ab invicem ita ſeparentur, quominùs ſe mutuò videre, ac videri facilè poſſint: quos etiam Moniales ad id ſpecialiter ex antiquioribus deputatæ cum earum Præfecta ſemper comitentur, & eiſdem aſsiſtant. Super quod invigilent

Ex eiſdem

lent Superiores intrantes; ipſique ita graviter, & modeſtè per Monaſterium incedant, vt Monialibus puritatis odorem, & Sanctitatis exemplum relinquant.

Dum Capitulum celebratur, ſocij à celatricibus aſſocientur.

• Tempore autem, quo ingreſſus Prælatus Capitulum culparum celebraverit, ſocij Fratres, quos ſecum introduxit, maneant cum duabus Monialibus Diſcretis, ſeu celatricibus Conventus, à Prælato deſignantis, quæ nunquam à præfatis Fratribus ſeparentur; iſtiſque nec licet cum Novitijs loqui, neque per domum diſcurrere. Ex Segov. 1621.

Confeſſario quando Monaſteria ingredi liceat.

• Præter prædictos, clauſuram Monialium ingredi valeat Confeſſarius earum, pro adminiſtratione Sacramenti pœnitentiæ, Euchariſtiæ, vel Extremæ-Vnctionis, & alijs ſui officij munijs neceſſarijs, quæ ſine ingreſſu fieri non valent. Ex Valliſ. 1593.

Alioqui intrans, quibus pœnis ſubiaceat.

Sub anathematis verò pœna, & maledictionis æternæ ſupplicio, & actuum legitimorum perpetua privatione, atque etiam à Conventibus, & officijs amotione, omnibus, & ſingulis Monialium Confeſſarijs conſultò inhibemus ingreſſum intra ſepta Monaſterij Monialium, provt Apoſtolicis decretis vetitum eſt, niſi in caſibus ex Monialium Regula, & eiſdem Apoſtolicis ſanctionibus, præſcriptis. Ex Cóſtitu t Pij IV. & Salm. c. 1.

Ingrediatur cum ſocio, & guali.

• Quoties autem ingreſſurus ſit, ingrediatur cum ſocio ſibi conceſſo, vel alio Religioſo ad id à Miniſtro Provinciali ſpecialiter deputato. In caſu verò, quo neceſsitas adminiſtrationis alicuius Sacramenti vrgeat, & ſocius haberi non poſsit, ſolus ingredi valeat, vt à Sacra Regularium Congregatione declaratum eſt. Ex eiſdem, & declarat. S.C. 13. Decemb. 1583.

Sine vllo diverticulo munus obeat & recedat.

Quando autem Confeſſarius ingreditur, recta via ad ſuum munus obeundum, abſque diverticulo, ire debet, nec in aliam Monaſterij patrem di- Ex eiſdem, & Valliſ. 1593.

va-

vagari, etiam occaſione viſitandi alias infirmas, quibus Sacramentorum adminiſtratio neceſſaria non eſt; finitoque miniſterio, ſtatim egredi ſine vlla mora teneatur.

Alba cum ſtola indutus ingrediatur.

Confeſſarius verò, & eius ſocius, & alius quicumque Frater, qui ipſorum loco ſubſtitui contigerit, nunquam ingrediantur in clauſuram Monialium, niſi alba, vel ſuperpelliceo cum ſtola ſuperinduti; nec intra Conventum ipſis exui audeant: qui ſecùs fecerit, per triennium voce activa, & paſſiva careat, & eo ipſo, officio privatus exiſtat. Ex eiſdem & Seg. 1621

Socij ingreſſus aſsignandi à Provinciali.

In Conventibus noſtris, quibus Monialium Monaſteria ſunt ad ſcripta, Provinciales aſsignent Religioſos quoſdam maturæ ætatis, virtute, & honeſtate probatos, qui dumtaxàt Confeſſarios comitentur, cùm ingrediendi clauſuram Monialium neceſsitas evenerit. Ex eiſdem.

Guardiani, nec ingredi, nec eos aſsignare valent.

Nulli tamen Guardiano ingredi, nec alios deſignare; neque Confeſſarijs cum alijs, niſi cum aſſignatis à Provinciali, intrare liceat, ſub pœna privationis officiorum. Ex eiſdem.

Concedere alijs facultatem ingrediendi ad Provincialem ſpectat.

Cùm autem Monialium clauſuram alij quoque ex vera neceſsitate intrare poſsint, vt ſunt fabricatores, fabri lignarij, & huiuſmodi; his ingrediendi facultatem dare ad Provincialem ſpectat: ac proinde pro neceſsitatibus frequentibus, & indubitatis Superioriſſæ Monaſteriorum, ab eo facultatem generalem, & pro particularibus ſpecialem, ſcriptam expoſcere debent. Ex Conſtit. Apoſt. Lij V. *Et ſi mendicantium*; & S. C.

Quibus, & quando eam dare debent.

Provinciales verò huiuſmodi facultatem dare non debent, niſi probatis perſonis, & quæ bene audiant, & tantùm in caſibus neceſſarijs; alioquin poteſtatem huiuſmodi, ſibi ademptam eſſe certò noverint, & reddendæ rationi obnoxios eſſe.

§. X.

§. X. *De cura Prælatorum erga Moniales.*

Quibus legibus Provinciales teneantur gubernare Moniales.

CUM Monaſteria Monialium noſtro Ordini ſubiectarum, tam Sanctæ Claræ primæ Regulæ, quàm Urbaniſtarum, Tertiariarum, Conceptionis, & de Annuntiata, per Provinciales Miniſtros, tanquam per Viſitatores, & Prælatos Ordinarios, regi, dirigi, & viſitari debeant: Ordinamus, vt in earum regimine, ac gubernio, Conſtitutionibus à Capitulo Generali Romano anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo nono, pro Monialibus huius Familiæ factis, vtantur; eaſdemque Conſtitutiones, quantum ad ipſos pertinet, adamuſsim obſervent, & quantum ſpectat ad Moniales, exactè obſervari faciant.

Ex Valliſ. 1593. & Rom. 1664. & Rom. 1676.

QuotMoniales in ſingulis Monaſterijs recipi valeant.

Et quia ea, quæ obſervare debent in concedendis licentijs, vt Novitiæ recipiantur, præ oculis habenda ſunt; primùm declaramus, in ſingulis Monaſterijs non poſſe recipi plures Moniales, quàm quæ ex redditibus, vel ex conſuetis eleemoſynis poſſunt ſuſtentari.

Ex cap *Vnico.* § *Sanè de ſtatu Regul.* in 6 Conc. Trid ſeſſ. 25 de Regalar. cap. 3 & Conſt. Pij V. *Circa Paſtoralis* 1566.

Monialium numerus taxandus, & quomodo.

Ad hæc ſtatuimus, vt pro ſingulis Monaſterijs ſit taxa exactè facta numeri Monialium, quæ ex redditibus, vel eleemoſynis conſuetis congruè ſuſtentari valeant; cuius tria fiant exemplaria, alterum remanſurum in Monaſterio, alterum, quod in Archivio Provinciæ ſervetur, & tertium quod præ manibus habeat Provincialis. Et ob rerum temporalium inevitabilem mutabilitatem, ordinamus, vt à decennio in decennium fiat de novo prædicti numeri taxatio.

Ex Tolet. 1673.

Vltra numerum recipi non poſſunt, niſi dote duplicata.

Ultra taxatum Monialium numerum non poſſit Provincialis Novitiam vllam admittere, niſi pro ſua integra, & adæquata ſuſtentatione duplica-

Ex eiſdem, & declar. S. C. Regularium die 6. Septemb. ann. 1604.

Digitized by Google

tam eleemoſynam dotalem afferat. Provincialis autem ſecùs faciens, per trimeſtre ab officio ſuſpendatur.

Tertia Soror cu bus con ditio ibus re cipienda.

Ex declar. S. C. Regul. 16. Auguſti 1616. & Tolet. 1673. & Rom. 1676.

Ex declaratione Sacræ Congregationis Regularium non poſſunt vltra duas Sorores in eodem Monaſterio habitum Regularem ſuſcipere, & profeſsionem emittere, abſque eiuſdem Sacræ Congregationis licentia; & ſi hac licentia obtenta, tertia ſoror ad habitum admittatur, voce activa, & paſſiva tandiù careat, quouſque altera ex primis duabus ſororibus moriatur, dotemque duplicatam ſolvat, quatenùs intra numerum; triplicatam verò, ſi ſupra numerum recipiatur. Quam declarationem omninò obſervari præcipimus.

Dotes à Diffinitorio taxandæ, & quomodo.

Ex Rom. 1676.

Et quia taxare Monialium dotem, quoad quantitatem ipſius, ad Superiores ipſarum pertinet; ordinamus, vt in cuiuſvis Provinciæ Diffinitorio, per ipſius Patres, facta diligenti diſcuſsione pro ſingulis Monaſterijs Provinciæ ſubiectis, perpenſis rerum neceſſariarum, pro locorum diverſitate valoribus, dotis taxationem faciant; cuius exemplar vnum in libro Provinciæ, alterum in Manuali Provincialis ſcribatur.

Omninò interdicitur Provincialibus ſe ingerere in minuendis Monialium dotibus, aut alimentis ſæcularium, educationis cauſa, vel alia, in Monaſterijs commorantium.

Hinc Provincialibus ipſis ſub pœna ſuſpenſionis ſui officij per ſemeſtre, Abbatiſsis verò, & Diſcretis Monaſterij, ſub privationis ſuorum officiorum pœna præcipitur, ne præfatas dotes, aut alimenta taxata, minuant, aut minui permittant.

Eiſdem etiam, tum Provincialibus, tum Monialibus, ſub eadem pœna præcipitur, ne vllam pro Moniali indotatam recipiant ſub quovis prætextu,

aut

aut titulo, niſi cauſa in Sacra Congregatione deducta, ab eaque licentia obtenta.

Ratiocinia Monaſteriorum Provinciales ſumere tenentur.

Quoniam, ob malâ bonorum mobilium Monialium adminiſtrationem, nonnulla Monaſteria in dies ingentibus calamitatibus afficiuntur; vt tanto damno occurratur, præcipitur Miniſtris Provincialibus, ſub pœna privationis ſui officij, & actuum legitimorum, vt quæ de ipſorum bonorum recognitione, inventarijs, locationibus, redditibus, & alijs ad id ſpectantibus in Conſtitutionibus prædictis decreta ſunt, inviolabiliter ſervent.

Moniales reſiſtentes puniendæ.

Ex eiſdem.

Et, ſi Abbatiſſæ, ſeu quævis Monaſteriorum Præfectæ, aut aliæ ipſorum bonorum adminiſtratrices, renuerint Superioribus, vel ijs, quos ipſi deputaverint, ſingulis annis accepti, & expenſi, ac totius adminiſtrationis rationem reddere, ſtatim ſuo priventur officio, & ſuffragiorum iure perpetuò careant.

Adminiſtrationem bonorum Monaſterij Fratribus permittere, non licet.

Ex motu proprio S. D. N. Innocen. XI. Sollicitudo, ann. 1679.

Verùm Fratres in adminiſtratione prædictorum bonorum non ſe intromittant: Sanctiſsimus enim D. N. Innocentius XI. præcipit omnibus, & ſingulis noſtri Ordinis Prælatis, ſeu Superioribus, in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac ſub pœna privationis officiorum ſuorum, vt nulli Religioſo eiuſdem Ordinis permittant adminiſtrationem bonorum temporalium alicuius Monaſterij Monialium ſub quovis prætextu, aut nomine, nempè Adminiſtratoris, Syndici, Factoris, Coloni, Superintendentis, Villici, aut alio quovis imaginabili.

Nequeunt Provinciales diſpenſare, vt Capitale cōſumatur.

Ex Toleti 1506.

Sub pœna privationis officij, ipſo facto, prohibetur Miniſtris Provincialibus, ne vllo modo diſpenſare audeant, vt dos aliqua, vel cenſus, vel pars illius, in aliquam neceſsitatem Conventus expendantur; ſed quòd omninò dotes omnes, & cenſus,

qui

qui redempti fuerint, in annuos redditus conver-tantur, curare debent.

§. XI. *De Confeſſarijs Ordinarijs Monialium.*

Vicarij Monialium quales eligendi.

SINGULIS Monialium Monaſterijs in Capitulo Provinciali, aut Congregatione intermedia Confeſſarij, ſeu Vicarij præficiantur, viri quidem ætate graves, qui nimirùm ad quinquageſimum annum, vel circa appropinquent, & in Religione vigeſimum excedant, virtute præditi, & moribus caſtiſsimis probati, Sacrorum Canonum ſcientia periti, & iam ad Sæcularium audiendas Confeſsiones conſtituti, & ab Ordinario approbati. Ex Salm. c. 11. & Tolet. 1583.

Qualis ſocij ipſis aſsignandi.

Vicarijs præfatis aſsignentur etiam ſocij, Sæcularium iam Confeſſarij, qui in prædictis qualitatibus, quoad fieri poteſt, pares ſint, & ætate ad minùs quadrageſimum annum excedant. Ex eiſdem.

Qui apud Fratres vivũt, quomodo ſubijciantur.

Confeſſarij autem, ſeu Vicarij Monialium, qui in Conventibus Fratrum cõmorantur, in omnibus, & per omnia (demptis ſpectantibus ad ſuum officium) ſubijciantur Guardiano Conventus in quo ſint, ſicut & cæteri Fratres eius curæ comiſsi; neque ſine Guardiani licentia per civitates, aut oppida, in quibus Conventus ſint, ire liceat. Ex Salm. c. 11. & Valliſ. 1593.

Illi verò Monialium Vicarij, qui apud earum Monaſteria morantur (ſi votum in Capitulis Provincialibus non habent) & eorum ſocij, Guardiano eius Conventus, cui Monaſterium adſcriptum eſt, ſimiliter ſubijciantur; ſine cuius ſpeciali licentia ex Monaſterio proficiſci, & ad alia loca ire non valeant; & ad Capitula Conventus, moniti, accedere teneantur. Ex eiſdem, & Segov. 1611.

In Monaſteriorum regimen non ſe intromittāt.

Ex eiſdem.

Quicumque Monialium Confeſſarij, vel eorum ſocij, in Monaſteriorum regimine, aut in electionibus Superioriſſæ, & aliarum Officialium nullatenùs ſe intromittant, ſub pœna privationis officij, & amotionis à Conventu.

Vltra triennium non continuandi & intra illud poſſunt abſolvi.

Ex Valiſ. 1593.

Nec Confeſſarij, nec ſocij, vltra triennium in eodem Monaſterio continuari poſſunt; quinimmò in ſingulis Capitulis Provincialibus, & Congregationibus intermedijs per litteras renunciare tenentur; & ſi non fecerint, cenſentur renuntiaſſe: quam renunciationem Diffinitorio liberum erit admittere, vel eos vſque ad triennium continuare, prout magis ipſi expedire videbitur.

Non permittant quemquam apud Monaſteria pernoctare.

Ex decreto C. de mandato Sixti V. ann. 1570.

Caveant autem Confeſſarij, qui apud Moniales habitant, ne in ædibus Monaſterij, vel Monaſterio contiguis, quoſcũque Fratres, vel Sæculares pernoctare permittāt, prout etiã decreto Apoſtolico cautum eſt; qui verò ſecùs permiſerit, officio privetur.

Viventes apud Moniales eleemoſynas pecuniarias non recipiant.

Ex Sego. 1621.

Omnibus, & ſingulis Monialium Confeſſarijs, & eorum ſocijs, in Monaſterijs commorantibus, ſub proprietariorum pœnis eo ipſo incurrendis inhibemus, ne Miſſas vllas pro alia intentione, ſeu obligatione, niſi Conventus, & Abbatiſſæ, audeant celebrare; exceptis dumtaxàt Miſsis, quæ pro defunctis Fratribus celebrari debent. Neque pro Miſſa celebranda, neque pro officijs feſtivis dicendis, neque pro propinis, ſive alijs de cauſis, poſsint per ſe, vel per interpoſitam perſonam, pecuniam recipere, etiamſi gratìs, vel ſub eleemoſynæ prætextu eis oferatur per Moniales, vel per aliam perſonam, earum nomine.

Nec neceſſaria pro victu niſi in propria ſpecie.

Ex eiſdem.

Sub eiſdem etiam pœnis inhibemus prædictis Confeſſarijs, & eorum ſocijs, ne recipiant pitantiam cibi, niſi in propria ſpecie conditam; nec ſimiliter panem, & vinum, & alia pro victu neceſ-

ſa-

ſaria, niſi in propria ſpecie, abſque eo quòd pecunia pro eiſdem rebus, neque in toto, nec in parte vllatenùs recipiatur: neque licebit eis maiorem pitantiam recipere ea, quæ in noſtris Conventibus Fratribus communiter miniſtratur.

Ipſis neceſſaria teneantur Monaſteria in propria ſpecie miniſtrare.

De eleemoſynis verò pro Miſsis, feſtivitatibus, & alijs munijs Confeſſariorum, & ſociorum oblatis teneantur Monaſteria, & Superioriſſæ omnia neceſſaria pro veſtibus, indumentis internis, & externis, laneis, & lineis, & calceamentis (ſi eis indiguerint) ad plenum eiſdem providere; dummodò in propria ſpecie, & nullo modo in pecunia tribuantur: cavendum tamen eſt ipſis, ne quidpiam recipiant extra neceſsitatem, ſub eiſdem pœnis. Ex eiſdem.

§. XII. *De Confeſſarijs extraordinarijs, Monialibus concedendis.*

Cõfeſſarius extraordinarius bis, aut ter in anno Monialibus offerendus.

ULTRA ordinarium Confeſſarium alius extraordinarius, iuxta Concilij Tridentini decretum, bis, aut ter in anno Monialibus offeratur, qui omnium Confeſsiones audire debet: tempore verò, quo hic in iſto miniſterio occupatus fuerit, teneatur ordinarius Confeſſarius ad Fratrum Conventum ſe conferre, & in eo commorari; nec ad Monaſteriũ ei accedere liceat. Ex Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Reg. c. 10.

Etiam non petitus conferatur.

Ne autem hæc conſcientiarum libertas, adeò ſalubriter ordinata, vlli Moniali, vel per ordinarij Confeſſarij ſolicitudinem, vel per Superioriſſæ, & Diſcretarum negligentiam, impediatur: ordinamus, vt præfatus extraordinarius Confeſſarius ad ſingula Monaſteria, etiam non petitus, à Provinciali cum effectu mittatur, & Confeſſarius ordinarius ad Fratrũ Conventum tempore ſufficienti pro Monialium audiendis Confeſsionibus reducatur: Pro eiſdem, & Tol. 1583.

quod

quod omninò fiat abſque aliquibus expenſis Monaſterij.

Ad ipſum omnes Moniales accedere teneantur.

Cum prædicto Confeſſario extraordinario liberum Monialibus erit confiteri, aut non confiteri: precipimus tamen, vt ſi non omnes cum ipſo confiteri velint, omnes tamen coram eo humiliter ſe præſentent, atque ad pedes eius genuflexæ paulisper in ea demiſsione permaneant, vt ſic omnium libertati conſultum fit; quod ſi aliqua non fecerit, violatæ obedientiæ pœnam ſubeat. Ex Valliſ. 1593.

AlijConfeſſarij Monialium in Conventibus deſignandi.

Deſignentur prætereà à Miniſtris Provincialibus in noſtris Conventibus Religioſi aliqui ſæcularium Confeſſarij, qui pro monialium conſolatione, quando ab earum Præfectis poſtulentur, poſsint interdùm illarum confeſsiones audire. Ex Segov. 1621.

Earum confeſsiones audire non valet, niſi ad id inſtitutus

Nullus autem Fratrum, etſi ſæcularium confeſſarius ſit, Monialium Noſtri, aut alterius Ordinis ſacras peccatorum confeſsiones audire præſumat ſine legitima Generalis, aut Provincialis ſcripta facultate, ſub vocis activæ, & paſsivæ privatione per biennium. Ex Salm. cap. 11.

Intimentur ipſis prohibitiones eligēdi confeſſarium extra, &c.

Præcipimus, vt in ſingulis Monaſterijs intimentur, & notæ fiant Conſtitutiones ſanctæ memoriæ Clementis VIII. & Vrbani VIII. quibus declaratur, Moniales nec virtutæ Sanctæ Cruciatæ, nec aliorum indultorum prætextu, poſſe eligere Confeſſarium extra illos, qui à Prælatis Ordinis facultatem earum confeſsiones audiendi habent; cùm ſemper Sanctæ Eccleſiæ intentio fuerit, quòd Moniales, ſicut & Fratres, quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, ſeu confeſsionis adminiſtrationem, ordinariæ diſpoſitioni ſuorum Prælatorum ſubiectæ ſint. Ex Conſtit. Ap. Clem. VIII. *Romani Pontificis*, ann. 1599. & Vrb. VIII ann. 1632 vt habetur 4. tom. Bullarij, inter Vrbani, 105

Et prohibitio permittendi Concio-

Promulgetur etiam in ſingulis Monaſterijs, & executioni mandetur Conſtitutio Apoſtolica eiuſdem Ex Tolet. 1606 & Conſt. Ap. Clem. VIII.

cionis aliorum. dem Clementis Octavi, prohibens, quemlibet, qui ex noſtro Ordine non ſit, in Monaſterijs noſtris concionem facere abſque expreſſa licentia noſtri Ordinis Prælatorum.

§. XIII. *De conſervatione, & promotione Tertij Ordinis.*

Tertij Ordinis excellentia, & vtilitas. TERTIUS Ordo, quem pro viris, & fœminis, adhuc in ſæculo manentibus, in pœnitentiæ viam, & vitæ Chriſtianæ arctiorem diſciplinam inducendis, Seraphicus P. N. Franciſcus charitate flagrans inſtituit, tot tantaque produxit ſanctitatis germina, vt Eccleſiæ gloriam, fidelium profectum, & noſtræ Religionis honorē, maximoperè auxerit. Ex Tolet. 1633.

Eius progreſſus, & propagatio. Hinc Prædeceſſores noſtri probè cognoſcentes ſui muneris eſſe, tanto ſui Seraphici Parentis in proximos charitatis operi vigilanter inſiſtere, ipſius beati Ordinis promotioni, &, vbi opus erat, reſtaurationi, ita accuratè cōſuluerunt, vt iam per totam noſtram Familiam Tertius Sancti Franciſci Ordo glorioſè reſplendeat. Et Tolet. 1606 & Segov. 1621.

Ipſius conſervationi, & promotioni qualiter invigilandū. Ut autem quod tanta fidelium ædificatione eſt factum, conſervetur, & promoveatur; præcipitur Miniſtris Provincialibus, & Guardianis, ſub propriorum officiorum privatione, vt ſinguli in ſuis diſtrictis, pro ſui muneris ratione, prædicto Ordini faveant, & conſulant, ac nedum in civitatibus, & oppidis, in quibus noſtræ Religionis Conventus exiſtunt, verùmetiam in alijs adiacentibus villis, & populis, Ordinem ipſum inſtitui, & propagari; ſedulò curent. Ex Tol. 1633.

Tertij Ordinis Commiſſarius inſtituendus, qualis. Et vt beatus ipſe Tertiariorum Ordo in dies incrementum ſuſcipiat, & eò vberiùs virtuti fructus producat, quò vigilātiori cura, ſolicitudine, & Ex Segov. 1621. & Tolet. 1633.

do-

doctrinam noſtrorūm Fratrum fuerit excultus; ordinatur, vt in Capitulis, & in Congregationibus Provincialibus, pro ſingulis Conventibus eligatur in Tertiariorum Commiſſarius Prædicator aliquis, qui doctrina, verbo, & exemplo præſtans, ac probatus inveniatur.

Commiſſarij ipſius munus.

Commiſſarius autem iſte omnium Tertiariorum ſuæ Congregationis curam habeat, eoſque viſitet, & quidquid in quibuſvis eorum vitioſum, aut indecens invenerit, omninò reformet, aut prorſus eliminet; & quoſcūque ſcandaloſos repererit, ab Ordine reijciat, de conſilio tamen Miniſtri, & diſcretorum, ſicut ſecundùm Deum videbitur expedire. Ex Segov. citatis.

Oratorium pro exercitijs Tertiariorum conſtruatur.

Curent etiam Miniſtri Provinciales, vt in ſingulis Conventibus, vel aſsignetur locus decens, & aptus, vel de novo ſpiritualium amicorum eleemoſynis conſtruatur Oratorium, Eccleſiæ Conventus contiguum, vbi Tertiariorum Commiſſarius ipſos Regulam doceat, collationes ſpirituales habeat, & reliqua de more ſpiritualia exercitia fiant. Ex Tolet. 1633.

Conſtitutiones pro Tertio Ordine factæ obſerventur.

Pro regimine autem, & conſervatione eiuſdem Ordinis, volumus, ad vnguem obſervari Conſtitutiones pro ipſo Tertio Ordine editas, & à Congregatione Generali Segovienſi approbatas, & confirmatas. Ex Segov. 1621.

§. XIV. *De Prædicatoribus.*

Prædicatores, à quibus inſtitui valent.

CUM Prædicatorum inſtitutio ad Generalem Miniſtrum primùm pertineat ex Regula; & ex eius declaratione, ad Miniſtros Provinciales, & Diffinitores in Capitulo Provinciali etiam ſpectet; declaramus, Miniſtros Provinciales non poſ- Ex Regul. c. 10. & declaratione Nicolai III. *Exijs*, & ex Tol. 1683.

poſſe extra Capitulum Prædicatores inſtituere, quamvis illis à Capitulo fuerit commiſſum.

Pœnæ in prædicantes ſine inſtitutione.

Quicumque autem, ſine præmiſſa inſtitutione, Populo auſus fuerit prædicare, vt indubitatus tranſgreſſor præcepti Regulæ, eſt ſeverè puniendus; & Guardianus, qui permiſſerit, ab officio per ſemeſtre ſuſpendendus.

Ex Regul. & declar. Nic. III. *Lxxvi.*

Quænã præcedere debent, vt Prædicator munus hoc exerceat.

Statuimus autem iuxta Concilium Tridentinum, vt nullus poſsit Prædicationis munus exercere, etiam in Conventibus noſtræ Religionis, niſi priùs per ſuperiores de vita moribus, & ſcientia fuerit examinatus, & ab eis data fuerit prædicandi licentia ſcripta; cum qua perſonaliter coram Epiſcopis ſe præſentare, & ab eis benedictionem petere teneatur, antequàm prædicare incipiat.

Ex Concil. Trid.

Pœnæ in ſecùs facientes.

Qui autem ſecùs prædicare, vel abſque licentia Miniſtri in ſcriptis coram Epiſcopis ſe præſentare præſumpſerit, prædicatione, & actibus legitimis ad arbitrium Superioris privatus remaneat.

Ex Segov. 1621. & Bulla Leon. X. tom. 1. Bullarij 11.

Nullus ante Presbyteratum inſtituatur Prædicator.

Et licèt Diaconi, ex ſpeciali ſuperiorum licentia, inſtitui poſsint Prædicatores; decernimus tamen, ſecundùm iuris diſpoſitionem, vt nullus Frater, niſi fuerit Sacro Presbyteratus Ordine initiatus, poſsit deinceps ad prædicationis munus eligi, nec aſſumi.

Nec ante expletũ triennium Theologiæ. Nec in aliena Provincia.

Prædicatores inſtitui non poſſunt qui tribus annis continuis Sacræ Theologiæ operam non navaverint: nec inſtitui poſſunt Fratres alienarum Provinciarum à Provincia, in qua non incorporati commorantur.

Ex Rom. 1587. & Valliſ. 1593.

Inſtituti extra Provin. ſine conſenſu ipſius exercere non valent.

Promotus autem ad prædicationem extra ſuam Provinciam, etiam per Miniſtrum Generalem ipſum, cùm ad propriam redierit, prædicationis officium exercere non valeat, niſi de conſenſu ſcripto Patrum Diffinitorij.

Ex Salm. c. 9

Et

Predicatores non prædicent contradicente Epiſcopo.

Et iuxtà Concilium Tridentinum præcipimus, vt Prædicatores noſtri non prædicent, etiam in Conventibus noſtræ Religionis, contradicente Epiſcopo: quod nimirùm intelligendum videtur, ſecundùm Concilium Viennenſe, quando Epiſcopus prædicaverit, vel coram ſe prædicare fecerit. Quare qui aliter prædicare auſus fuerit, non ſolùm prædicationis munere privetur, ſed alijs gravioribus pœnis plectatur.

Ex Tol. 1583 Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 4. Clem. *Dudũ* de ſepulturis: declarat. S. C. 10. Ianuarij 1619

De Prædicationis eleemoſynis nò ipſi ſed Guardiani diſponant, ſub pœna.

Prædicatores quicumque eleemoſynas, prædicationis intuitu, pro eiſdem oblatas, penitus non recipiant, nec de eis ipſi diſponere poſſint, ſed Syndicis Conventuum liberè, & integrè conſignentur. Quòd ſi conſtiterit quempiam Prædicatorum per ſe, aut per alios, pecuniam recipere, vel recepiſſe, proprietatis pœna omninò puniatur, & actibus legitimis per ſexennium privetur: quam pœnam etiam Guardiani ſubeant, ſi eorum culpa, vel negligentia, contrafieri contigerit.

Ex Salmant. cap. 9. & Segov. 1611.

Ex ipſis providendum Prædicatorum neceſſitatibus.

Guardiani verò ex eiſdem, vel alijs eleemoſynis, omnia Prædicatoribus neceſſaria providere teneantur: quod ſi neglexerint, Provincialium arbitrio graviter puniantur, iuxta ſuperiùs ſtatuta de Guardianis non providentibus de neceſſarijs.

Ex eiſdem.

Prædicatorum Conventualium numerus.

In vnoquoque Conventu regulariter vnus tantummodo Prædicator Cõventualis, & alius Lector Theologiæ Moralis inſtituatur; in magnis autem Conventibus duo Prædicatores Conventuales, & non plures, inſtitui poterunt; niſi Concionum frequentia, Generalis iudicio, tertium expoſcat: Prædicatores autem, & Lectores prædicti, neque præcedentia, neque alio privilegio gaudeant, niſi revera munus huiuſmodi exercuerint.

Ex Victo. 1469 & Segov. 1611.

Qui munus non implent privilegij, nò gaudeat.

§. XV.

Digitized by Google

§. XV. *De doctrina à noſtris prædicanda.*

Inſtructio S. P.N. Franciſci pro Prædicatoribus

Ex Regul. c. 9. & C. Trid. Seſſ. 5. cap. 2

PRÆDICATORES noſtri ſemper præ oculis habeant inſtructionem Seraphici P. N. Franciſci, qua eos exhortatur, & monet, vt in prædicatione, quam faciunt, ſint examinata, & caſta eorum eloquia, ad vtilitatem, & ædificationem populi, annuntiando eis vitia, & virtutes, pœnam, & gloriam, cum brevitate Sermonis. Quæ verba œcumenicum Tridentinum Concilium ſacravit, & quaſi commentatum eſt, præcipiens, *vt doceant quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, annuntiando eis cum brevitate, & facilitate Sermonis vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas ſectari oporteat, vt pœnam æternam evadere, & cæleſtem gloriam conſequi valeant.*

Quomodò Sacrã Scripturam debent exponere.

Ex Concil. Lateran. ſub Leone X. Seſſ. 11.

Debent etiam prædicare Evangelicam veritatem, & exponere Sacram Scripturam, iuxta interpretationem, & ampliationem Doctorum, quos Eccleſia, vel diuturnus vſus approbavit, legendoſque hactenus recepit, aut in poſterum recipiet; neque quidquam proprio Scripturæ Sacræ ſenſui contrarium, aut diſſonum, adijcere; ſed illis ſemper inſiſtere, quæ Scripturæ verbis, & præfactorum Doctorum interpretationibus ritè, & ſanè intellectis, non diſcordaverint.

Qualiter plebem inſtruere.

Ex Tolet. 1583. & Côcil Tolet. Act. 3 c. 3.

Vlteriùs in concionibus ad plebem auditores inſtruere debent de articulis Fidei, Sacramentis, ritibus, & cæremonijs Eccleſiaſticis, & martyrum, & Sanctorum exemplis ex authenticis, & probatis hiſtorijs, exhortari.

A quibus, in prædicationibus abſtinendum.

Ex eiſdem, Tolet. 1583

Abſtineant in prædicationibus à relatione errorum, & ſcandalorum, & inſertione fabularum

Poe-

Poeticarum, & nimia Gentilium Authorum citatione. Hæreſes, & arum fundamenta, inter prædicandum non referant, ne puſillis notandi præbeant occaſionem, immò quæſtiones difficiles, & perplexas omninò recuſent.

Erga Eccleſiaſticos quomodo in Concionibus ſe gerere debent.

Caveant etiam, ne detrahant in Concionibus Eccleſiæ Prælatis, vt in Concilio Viennenſi iniunctum eſt Prædicatoribus. Nec quidquam contra Romanæ Eccleſiæ libertatem, aut dignitatem prædicare, aut Eccleſiaſticis detrahere, aut ſcandalum contra clerum excitare, aut Religionem aliquam iniuriosè nominare audeant, ſeu præſumant, ſub privatione, ipſofacto, actuum legitimorum, ac officij prædicationis, aut graviori pœna, Superiorum arbitrio pro delicti qualitate.

Ex Clement. *Religioſi, de privileg.* & ex Salm. c. 9 Ex Valiſ. 1593.

Qualiter in criminibus reprehendédis.

In criminibus reprehendendis vincat ſemper rigiditatem benevolentia, in vitia invehantur, non in vitioſos; & perſonas nec nominatim, nec certis quibuſdam notis, perſtringant.

Ex To. 1583 & Salm. c. 9

§. XVI. *De Confeſſarijs Sæcularium.*

Confeſſarij Secularium quales, & quibus prævijs, inſtituẽdi.

CONFESSARIJ Sæcularium inſtitui non poſsint, niſi trigeſimum ætatis annum expleverint, præmiſſo priùs examine de ſcientia, & ſufficientia, facto à Guardiano, & Diſcretis Conventus, & in ſcriptis præſentando Miniſtro Provinciali, & Diffinitoribus in Capitulo Provinciali, aut Congregatione intermedia.

Ex Salm. c. 2

Pœna præſentantium Diſfinitorio indignos.

Guardiani verò, & Diſcreti, qui indignos, & inſufficientes, & eos, qui non fuerint ſufficienter inſtructi in caſibus conſcientiæ, & reſervatis, præſentaverint, etiam actibus legitimis priventur.

Ex Tol. 1583

Diſ-

Digitized by Google

Diffinitoriū probatiores inſtituat, ſine quo provincialis eos nequit inſtituere.

Diffinitorium verò non quoſcumque præſentatos, ſed eos tantùm, quos probatiores cognoverit, & magis viderit expedire, eligat. Finito verò Diffinitorio, nequeat Provincialis, etiam ex commiſsione Capituli, Confeſſarios Sæcularium inſtituere. Ex eiſdem.

Studium à præſentādis præhabendum.

Nullus Fratrum ad excipiendas ſacras Sæcularium Confeſsiones aſſumatur, niſi priùs per integrum biennium Sacrorum Canonum, & caſuum conſcientiæ lectiones frequentaverit; quod conſtare debet per teſtimonium authenticum manibus Guardiani, & Diſcretorum, ſubſcriptum. Ex Valliſ. 1593.

Poſt inſtitutionem Epiſcopo præſentandi.

Confeſſarij autem in Capitulo, vel à Superioribus Generalibus inſtituti, non ſunt idonei ad Confeſsiones Sæcularium, adhuc Sacerdotum, audiendas, niſi facta priùs coram Epiſcopo præſentatione, iuxta Concilij Viennenſis determinationem. Præſentatio iſta per Miniſtrum Provincialem, vel alium eius nomine, fieri valet, ſine perſonali Confeſſariorum comparatione, exponendo in ſcriptis inſtitutorum nomina, & humiliter petendo, quòd illi Confeſſarij præſentati Sæcularium Confeſsiones audiant. Ex Tolet. 1583. Clementin. Du[m] tum: de ſepulturis.

Qualis Epiſcopi approbatio requiratur.

Si Domini Epiſcopi prædictam præſentationem acceptent, & præſentatos approbent, ſtatim Fratres præſentati poterunt, vt Confeſſarij idonei, Sæculares abſolvere. Si verò Domini Epiſcopi præſentatos noluerint admittere, niſi perſonaliter compareant ad eos examinandos, non reputentur Fratres præſentati idonei Confeſſarij Sæcularium, iuxta Concilium Tridentinum, niſi per examen ab Epiſcopis de ſcientia, & habilitate, faciendum, approbationem obtineant. Ex eiſdem.

Qui

Pœna in præſentantes ſe Epiſcopis ſine inſtitutione, & licentia Ordinis.

Quicumque Frater abſque inſtitutione Ordinis, & licentia Miniſtri, coram Epiſcopis, ſeu eorum Vicarijs, ſe preſentaverit, eo ipſo inhabilis ad audiendas Confeſsiones per decennium exiſtat: quòd ſi, facultate non obtenta, confiteri auſus fuerit, perpetuò inhabilis iudicetur. Ex Valliſ. 1593.

Ætas requiſita pro audiendis confeſsionibus Mulierum.

Præcipimus verò, ne Confeſſarij ab Epiſcopis iam approbati Confeſsiones Mulierum ſæcularium audiant ante quadrageſimum ætatis annum, niſi fuerint Guardiani, vel ſpecialem habeant approbationem in ſcriptis à Provinciali obtentam: quæ approbatio præſtanda non eſt, niſi gravioribus, & probatioribus Religioſis. Ex eiſdem, & Tolet. 1583.

Examen Cōfeſſorum in viſitationibus faciendum.

Ne autem Confeſſarij in ſtudio Theologiæ Moralis tepeſcant, præcipimus Miniſtris Provincialibus, vt in viſitationibus ex munere habitis, omnes ſæcularium Confeſſarios per ſe, vel per alios, diligentiſsimè examinent, & quos inſtructos ſatis in moralibus invenerint, confirment; quos verò nequaquàm, omninò reijciant, ne vltra Confeſsiones audire valeant: Super quod eorum conſcientias graviter oneramus. Ex Valliſ. 1593.

Examinatores Confeſſorum conſignandi.

Ad hæc decernimus, vt in ſingulis Provincijs aſsignentur à Difinitorio duo Patres graves, & docti, ad examinandum Confeſſarios, dum Provincialis id per ſe præſtare non poſsit; qui examinatores authoritatem habeant approbandi, & reprobandi, cum conſenſu tamen Provincialis, quem de ſufficientia, aut inſufficientia inventa, debent fideliter monere. Ex Toleto 1645.

Locus, in quo virorū cōfeſsiones ſunt audiendæ.

Confeſſarij ſacras peccatorum, tam ſæcularium, quàm Fratrum Confeſsiones in cellis non audiant, ſed in Eccleſia, vel alio decenti, ac patenti loco, munus huiuſmodi præſtare debent: qui contrà fecerint, arbitrio ſuperioris puniantur. Ex Valliſ. 1593. & Segov. 1611.

Digitized by Google

In quonam mulierum.

Ex eiſdem, & Tolet. 1583.

Confeſsiones verò mulierum non audiant, niſi in Eccleſia, in aliquo loco honeſto, & patenti, & in confeſsionali per crates laminis ferreis, aut æreis, diligenter ſeptas, vt à Sacra Congregatione cautum eſt.

Confeſsionaria conſtruenda, & qualia

Ex eiſdem. Vallisol. 1593.

Ad hæc præcipitur omnibus Provincialibus, vt in ſua quiſque Provincia curet in ſingulis Conventibus fieri, iuxta numerum proportionatum, prædicta confeſsionalia, cum laminis ferreis, aut æreis, & foraminibus adeò parvis, vt vox quidem audiri poſsit, aſpectus autem videri, & pecunia per ea tranſmitti nequeat: ad ea facienda Guardianos compellant: in quo ſi Provinciales negligentes fuerint, per Superiores puniantur vſque ad officij privationem.

Pœnitentiæ pecuniariæ, qua cautione imponendæ.

Ex Tol. 1583.

Caveant etiam Confeſſarij, ne pœnitentibus, pœnitentias pecuniarias imponant; & quando rationabiliter imponenda eſſent, non ſibi, aut ſuis Fratribus, quocumque modo dari faciant, neque alijs perſonis ſuo nomine, quovis prætextu; ſub proprietatis pœna, & ſuſpenſione ab audiendis confeſsionibus, ad arbitrium Superioris.

§. XVII. *De Fratribus, Sæcularium negotijs non ſe implicandis.*

Sine Superiorũ licentia nullus Frater ſæcularium obſequio ſe ſubijciat.

Ex Concil. Trid. ſeſſ. 25. *de Regular. c. 4.*

CUM nihil ſit magis in Religionibus commendatum, quàm Ordinis Superioribus ſubiectio, ideò Sancta Tridentina Synodus præcipit, ne quis Regularium, ſine ſui Superioris licentia, prædicationis, aut lectionis, aut cuiuſvis pij operis prætextu, ſubijciat ſe obſequio alicuius Prælati, Principis, vel cuiuſcũque perſonæ; neque ei aliquod privilegium, aut facultas ab illis ſuper his obtenta, ſuffragetur. Quòd ſi contrà quis fecerit, tanquam inobediens, arbitrio ſuperioris, puniatur.

Mul-

Nec ſæcularium negotijs ſe implicet.

Multò magis Fratres abſtinere debent à negotijs ſæcularibus, cauſis, & officijs, noſtrum Ordinem dedecentibus: quicumque autem, quovis prætextu, ſe in ſæcularium negotijs intromiſerit, niſi id ipſi ſuus Miniſter expreſsè mandaverit, actibus legitimis privetur. Ex Salm. c. 5.

Nec ipſorū negotia ſibi comiti procuret.

Nullus etiam Frater procuret per ſe vel per alium, quovis modo, committi ſibi, vel alteri Fratri occupationes aliquas, ſeu negotia procuranda, per Reges, Principes, & Prælatos, aut Communitates: Si quis autem contrarium fecerit, ac procuraverit, ſibi negotia commiti, vel ſuam cùm perſonis extra Ordinem manſionem, omnibus officijs Ordinis habeatur indignus. Ex eiſdem.

Nec ſit Iudex arbiter, aut arbitrator.

Item Fratres non ſint iudices, nec arbitri, nec arbitratores quorumcumque; ſed ſolummodò in negotijs noſtrum Ordinem concernentibus de Superiorum licentia agere valeant. Et quicumque aliter fecerit, actibus legitimis privetur. Ex Tolet. 1583.

Nec executor teſtamēti, ſi interveniat contrectātio pecuniæ.

Inhibemus etiam, ne Fratres ſint teſtamentorum executores, vel aliquarū donationum Patroni, ſi in his miniſterijs intervenire debet pecuniarum contrectatio. Verùm cùm hæc munera præſtari interdum poſsint ſine pecuniæ contrectatione, & ſine miniſterio iudiciali, poterunt Fratres, de ſuorum Superiorum licentia, hæc munia exercere, conſilia ſalutaria exhibendo, & executionem bonorum operum procurando. Ex eiſdem.

Nec permittantur adminiſtrare temporalia.

Nulli noſtri Ordinis Religioſo permittant ſuperiores adminiſtrationem fundorum, reddituum, aut quarumcumque aliarum rerum, & bonorum mobilium, vel immobilium, cuiuſcumque Domini illa ſint, vt ipſis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna privationis ſuorum officiorum Innocentius Undecimus præcepit. Ex mot pro pr S. D. N. Innoc. XI.

 CA-

CAP. VII.

De correctione delinquentium.

§. I. *De viſitatione.*

Quænam viſitatio à Miniſtro Generali facienda.

Ex Salm. c. 8. & Conſt. Apoſt. Leonis X. & Pij V.

UT quæ in Ordine, aut Fratribus, corrigenda ſunt Prælatorum iudicium non ſubterfugiant, admonemus Reverendiſsimum Patrem Miniſtrum Generalem, vt quantum fieri commodè poſsit, vniverſum Ordinem intra ſexennium viſitare, & in omnibus Capitulis Provincialibus intereſſe conetur.

Quæ à Commiſſario Generali.

Ex eiſdem.

Commiſſarius quoque Generalis intra triennium, ſi fieri poteſt, totam Familiam viſitare ſtudeat, & Comitijs Provincialibus, ſi illi commoditas adſit, perſonaliter præſidere.

Viſitatores ab ipſis ad ſingulas Provincias mittendi.

Ex Toleti 1583.

Quia verò præfatis Generalibus Prælatis impoſſibile eſt, intra ſuorum officiorum tempus, ſingulos cuiuſque Provinciæ Conventus viſitare; ſtatuitur, vt ante cuiuſvis Capituli Provincialis celebrationem, ſuum Commiſſarium Viſitatorem in quamlibet Provinciam, quam ipſi per ſe tunc non viſitaverint, mittant, qui Provinciam ipſam, & ſingulos eius Conventus viſitet diligenter.

Provinciale quot viſitationes facere debent.

Ex eiſdem, & antiq. cõſuetud.

Provinciales autem debent ſingulis annis totam Provinciam viſitare accuratè, ſaltèm duas viſitationes, alteram ante Congregationem intermediam, alteram ante adventum Commiſſarij Viſitatoris miſsi à Prælato Generali, ſub pœna privationis actuum legitimorum, facere tenentur; ſic enim ſingulis annis Provincia integrè viſitatur.

For-

Indictio, ac apertio viſitationis. — *Ex cap. Ry- [illegible] lib 6 & Tolet. 1583.*

Forma autem in viſitatione ſervanda hæc ſit: Primùm exhortatio à Prælato de more fiat, in qua Verbum Dei proponatur Fratribus, & debitum viſitandi eis intimetur, & iniungatur, vt iura decernunt.

Quænã ſunt viſitanda. — *Ex eiſdem. Tolet.*

Sacramentũ Euchariſtiæ Oleum Sacrum.

Deindè ante omnia, Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum ſolemnitèr viſitent, & poſt ipſum viſitatum, Sanctum Oleum, ad infirmos inungendos conſervatum inquirant, & videant.

Sacriſtia. — *Ex eiſdem.*

Poſtmodùm Sacriſtiam, Reliquias, vaſa, & omnia ad cultum Dei pertinentia, per inventarium perluſtrent.

Infirmaria.

Infirmariam etiam perſonaliter ingrediantur, proprijs oculis conſpicientes, àn quæ ſunt ad infirmorum indigentiam neceſſaria, ſint ſufficienter proviſa, & ab Infirmario per inventarium rationem omnis ſuppellectilis eius expoſcant.

Hoſpitium.

Et eamdem rationem de hoſpitio ab eius officiali petant.

Bibliothecæ — *Ex Conſtit. Sixti, cum moderatione Clem. VIII.*

Bibliothecas tam communes, quàm cellarum, per librorum inventaria accuratè recognoſcant, & de eorum tutela, & conſervatione inquirant, & providere curent.

Cellæ Fratrum. — *Ex Salmant. cap. 11.*

Singulas etiam Fratrum cellas diligenter viſitent, curantes, vt ab eis ſuperflua auferantur, & de neceſſarijs fiat proviſio. Nec quidquam noſtro ſtatui oppoſitum in eis remanere permittant.

Libri ratiociniorum. — *Ex Salm. c. 10.*

Libros item Conventus, computus eleemoſynarum, Miſſarum, & obligationum, ac ſatisfactionis onerum, diligentiſsimè viſitent, & examinent.

Ædificia Cõventus. — *Ex Tolet. 1583.*

Demùm totius Conventus ædificia recognoſcant; vt ipſis conſtare poſsit, an quæ ad honeſtatem, & clauſuram pertinent rectè ſiat diſpoſita.

His

Singuli Fratres accersendi, & interrogandi.

His peractis, ſinguli Fratres, ſuo ordine, ad Prælatum viſitantem accedant, & ab ipſo ſecretò interrogentur de omnibus negligentijs, & culpis, vitam communem concernentibus vt; (v. g.) ſi lex Dei, mandata Eccleſiæ, præcepta Regulæ, decreta Concilij Tridentini, & Conſtitutiones Apoſtolicæ, & Ordinis, communiter, ac regulariter obſerventur: in ſpecie fiat inquiſitio de obſervantia paupertatis, cultu Divino, & Regulari diſciplina, an collapſa ſint, an vigeant.

Ex eiſdem. Tolet.

Memoriale pro præmiſſis habendū

Ut hæc omnia exactè, ac ſine oblivione fiant, Prælatus præ oculis habeat memoriale ſcriptum, in quo omnia, quæ in viſitatione ab ipſo peragenda, & inquirenda ſunt, ſuo ordine contineantur.

Pro eiſdem.

Capitulum culparū celebrandum.

Poſteà Capitulum culparum celebretur, in quo correctiones fiant, & quæ ſunt admonenda, & ordinanda, proponantur; vt vita Regularis, ſi fuerit collapſa, reſtituatur; ſi verò inviolata fuerit, conſervetur.

Ex Eiſdem, Tolet.

Decreta viſitationis ſcripto notanda.

Viſitationes omnium officinarum, & decreta pro earum reparatione, aut vtilitate ordinata, ſcripto mandentur, vel in libris inventariorum, vel in alio ad hoc ſpecialiter deputato, in quo etiam ſcribantur cætera viſitationis decreta, quæ viſitatoribus ſecundùm Deum ordinanda videbuntur, & ſigillo, ac ſubſcriptione eius muniantur.

Ex Segov. 1621.

Quænā poſſunt viſitatores decernere, & agere.

In omnibus his, quæ ad viſitationem, ac morum reformationem, & correctionem ſpectat, ex Sacris, & Apoſtolicis ſanctionibus ius, & poteſtatem habent Viſitatores ea ordinandi, moderandi, puniendi, & exequendi (iuxta tamen Generalia, & Provincialia ſtatuta) quæ illis prudenter pro ſubditorum emendatione, diſciplinæ Regularis reſtau-

Ex Concil. Trid. ſeſſ. 21. c. 1. & ſeſſ. 23. c. 1. & ſeſſ. 24. c. 10. *De Reformatione.*

ſtauratione, ac Provinciarum vtilitate, neceſſaria videantur.

Eorum executio ſuſpendi no valet

Neque executionem eorum, quæ mandaverint, decreverint, aut iudicaverint in viſitatione, vlla inhibitio, appellatio, aut querela, etiam ad Superiores interpoſita, quoquomodo impedire, aut ſuſpendere poteſt. Ex eiſdem.

§. II. *De correctionibus ordinarijs.*

Duo correctionum genera.

DECLARAMUS, duo eſſe genera correctionum; alterum, ordinariarum, quæ ad morum correptionem, emendationem, & Regularis diſciplinæ conſervationem ſpectant, quæ ſine ſtrepitu iudiciali, à Prælato, vt Patre, fiunt; alterum correctionum iudicialium, quæ punitionem delictorum principaliter reſpiciunt, ac proinde à Prælato, vt Iudice, infliguntur.

Correctiones ordinariæ, & ſalutares, quæ ſint.

Declaramus inſuper, præcepta obedientiæ, mutationes ex vno in alium Conventum, ſuſpenſiones officiorum ad breve tempus, amotiones ab officijs ſolo nùtu Prælati amoventis conceſsis, recluſionem in domo diſciplinæ per aliquot dies, pœnitẽtias, ſeu mortificationes, quæ in communitate faciendæ iniunguntur, vt recognitio culpæ, receptio diſciplinæ, ieiunium in pane, & aqua, & ſimilia, ad correctiones ordinarias, & ſalutares pertinere.

Harum executio impedire non valet.

Hinc præcipimus, iuxta iuris Canonici diſpoſitionem, vt præfatæ correctiones ordinariæ, & ſalutares, dummodò Regulæ, & Conſtitutionum modum, & limites non excedant, à Prælatis impoſitæ executioni mandentur, abſque eo quòd alicuius recurſus ad Superiorem pretextu valeant impediri. Cap. *Ad noſtram*, de appellationibus.

Con-

Nec ab eis appellari, ſub pœna.

Conſtitutionibus namque Apoſtolicis cautum eſt, ſub anathematis pœna,& actuum legitimorum privatione, ne quis noſtri Ordinis Fratrum appellare præſumat ab huiuſmodi correctionibus ordinarijs, & ſalutaribus, quæ ad correptionem morũ imponuntur per quoſcumque Superiores; niſi Superiores ipſi exceſſerint manifeſtè limites Regulæ, & Ordinis ſtatuta.

Ex Conſt. Apoſt. Iulij II. c. 7. p. 9. & Seg. 1611

Ab ipſis appellãtes quo modo compeſcendi.

Quapropter, qui de correctionibus, vel pœnitentijs levibus huiuſmodi (in quibus parum iniuriæ Religioſo irrogatur) appellare preſumpſerit, tanquàm rebellis, & inobediens, vſque ad carcerationem, ſi non reſipuerit, puniatur.

Ex eiſdem.

§. III. *De modo iuridicè procedendi.*

In iudicialibus modus procedendi non ſit arbitrarius, ſed Canonicus.

UBI autem è foro paterno, & correctionibus ſalutaribus exire oporteat, & punitionem aliquam ſtatutariam infligere, in cauſis criminalibus; modus procedendi non debet eſſe arbitrarius, ſed canonicus; licèt ad apices,& rimulas iuris obſervandas,in his Regulares Prælati non teneantur, vt ſequenti Conſtitutione Apoſtolica illis conceſſum eſt.

Ex Salm. c. 7 & 10.

Conceſſio Apoſtolica circa modũ procedendi.

Bonifacius Papa VIII. Ad augmentum continuum Religionum, & Ordinum, quos Romana ſuſcepit, & approbavit, Eccleſia, Paternis ſtudijs intendentes; & conſiderantes attentiùs, quòd non intermiſſa ſedulitas diſciplinæ, & rigoris, Ordines ſupradictos, ſtatuſque Regulares ſalubriter dirigit, & conſervat; quòdque ſi eam perire, vel remitti contigerit, Ordo quilibet collabi neceſſariò cogeretur: penſanteſque, quòd ſi Regularium perſonarũ correctio rimas iuris, & apices ſequeretur, huiuſmodi rigor lèteſceret; ac multiplici laxatione torperet.

In lib. Monumẽta Ordin. fol. 125.

Nos

Rimulis, & apicibus iuris poſtpoſitis procedere indulget.

Nos pijs veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis authoritate Apoſtolica indulgemus, vt ad correctiones, & punitiones Fratrum eiuſdem Ordinis delinquentium infligendas, Prælati Ordinis ſupradicti (ad quos eadem ſpectare noſcuntur) rimulis iuris, & apicibus eius poſtpoſitis, liberè procedere valeant, ſecundùm conſuetudines approbatas, & generalia facta, vel facienda, ipſius Ordinis ſtatuta.

Nec hinc licet appellare.

Nec volumus eiſdem licere Fratribus ab eiſdem correctionibus, & punitioribus aliquatenùs appellare, prævia deliberatione, ac maturitate debita, obſervatis.

Subſtantialem Ordiné iuris tenentur obſervare Prælati.

Ex Tolet. 1583.

Cùm hæc Apoſtolica Conſtitutio condita ſit, ad propulſandas ſubditorum calumnias, & ad compeſcendam Prælatorum nimiam in puniendis criminibus licentiam; declaramus, quòd licèt Prælati non teneantur ad apices iuris (vt ſunt citationes, dilationes, ſententiæ interlocutoriæ, & diffinitivæ, & alia plura, quæ non ſunt de ſubſtantia iuſtitiæ) non tamen poſſunt Prælati in actibus iudicialibus ſecundùm ſuum arbitrium procedere, cùm certum ſit, lege Divina, & naturali teneri ad ordinem ſubſtantialem iuris.

Quænã ſint de ſubſtantia iuris.

Pro eiſdem.

De ſubſtantia autem iuris hæc ſunt: Primùm, vt non procedatur, niſi contra accuſatum, denuntiatum, aut infamatum. Secundùm, vt teſtes examinentur cum iuramento. Tertiùm, vt reus citetur, aut vocetur. Quartùm, vt indefenſus non condemnetur, niſi fuerit contumax. Quintùm, vt ſine ſufficienti probatione non damnetur.

Ipſis inobſervãtis, gravis ſentẽcia non ferenda.

Ex eiſdem.

Ideò ſtatuimus, vt nullus Prælatus contra inauditam partem, nec contra eum, qui non fuerit ſufficienter convictus, aut confeſſus, ſententiam aliquam gravem ferat, qua quiſpiam vel actibus

legitimis, vel officijs Ordinis privetur, vel in exilium relegetur, aut notabile aliquod nocumentum ei inferatur: Oppoſitum autem facientes, officijs Ordinis perpetò priventur.

Quid ad inquirendum nominatim requiratur.

Ex eiſdem.

Rurſus inhibemus, ne Prælati inquirant nominatim de peccato alicuius, niſi is fuiſſet infamiæ iure reſperſus de eo crimine, aut niſi eſſent indicia evidentia, vel probabilia contra eum, de quo facienda eſt inquiſitio.

Quid ad crimen in iudicio obijciendum.

Ex eiſdem.

Caveant etiam Prælati, ne crimen aliquod grave imponant iudicialiter ſuis ſubditis, vt ad obiectum crimen reſpondeant, niſi præter denunciatorem, ſit alius teſtis fide dignus iuridicè interrogatus, vel niſi reus infamia, aut indicijs evidentibus gravatus eſſet: & qui ſecùs fecerit, graviter puniatur.

Nomina teſtium quando manifeſtanda.

Ex eiſdem.

Ad pacem inter Fratres tuendam, ordinamus, vt Prælati nullo modo teſtium, nec accuſantium nomina reis manifeſtent, etiamſi procedant ad vindictam, & punitionen, niſi quando iuſtitia periclitaretur in oppoſitione alicuius gravis, & infamatorij criminis: nam in hoc caſu, ſi rei puniendi petant teſtium publicationem fieri, non eſt illis deneganda.

Reus convictus qua pœna puniendus.

Ex eiſdem.

Si reus per duos conteſtes omni exceptione maiores fuerit convictus, vel ſi fuerit confeſſus de aliquo crimine, pœna ordinaria, per ſtatuta Ordinis præſcripta, mulctetur.

Quid ſi crimen eſt adhuc occultum.

Ex eiſdem.

Si verò reus, de aliquo crimine fuerit convictus per duos, vel tres, aut quatuor teſtes, & crimen eius ſit omninò occultum inter cæteros Religioſos (vt ſæpè contingit) tunc non publicè, ſed ſecretè, coram teſtibus, eſt debitè reus ille Frater puniendus.

Si

Digitized by Google

Quid ſi occultum, & atrox.

Si verò crimen ſit atrox, vt nefandum, publicè eſt reus corrigendus, ſi fuerit legitimè convictus, quamvis ſit omninò occultum inter reliquos Conventus Fratres. Ex eiſdem.

In reum nec convictum, nec confeſſum, quid agendum.

Cæterùm, ſi contra reum fuerit tantum ſemiplena probatio, vel infamia, aut indicia ſufficientia, poterit Prælatus eum cenſuris cogere, vt veritatem fateatur. Quòd ſi noluerit reus crimen obiectum manifeſtare, poterit Superior (ſi, perpenſis probationibus, illi viſum fuerit expedire) eundem ad torturam damnare, niſi reus eſſet aliquis magni nominis Religioſus: nam Patrem quempiam, aliàs benemeritum, ad torturam condemnare, indecens omninò videri debet, niſi criminis immanitas aliud exigeret. Ex eiſdem.

Quando poſſi ad torturã damnari.

Reſultantia ex tortura erga reum.

Quòd ſi reus tortura veritatem fateatur, pœna ordinaria in ſacris Canonibus, vel in noſtris Statutis inflicta, puniatur. Si verò obiectum crimen omninò negaverit, liber reus evadat: quia per torturam, ſi ſufficienter torquetur, iuxta delicti qualitatem, ſunt indicia omnia diluta, & compurgata. Ex eiſdem.

Qui non torquetur, quo modo plectendus.

Si tandem reus prædictus non fuerit ad torturam damnatus, pœna arbitraria mitiori, quàm ordinaria, plectatur, ſecundùm qualitatem delicti, & indiciorum. Ex eiſdem.

Ad manifeſtandum cõplices, quando cogi poſſit reus.

Admonemus item omnes Prælatos, ne cogant reos, vt complices manifeſtent, niſi in caſu, in quo complices ipſi eſſent aliquo modo infamati, aut indicijs gravati, vel niſi peccatum, de quo ſit inquiſitio, eſſet in alicuius communitatis ſubverſionem, vt ſunt conſpirationes, & proditiones.

Teſtimoniũ complicum quomodo æſtimãdum

Complices verò in eodem peccato, licèt non ſint teſtes ſufficientes ad convincendum criminis Ex eiſdem.

 pa-

patratorem, vt pœna ordinaria puniatur reus, ſufficiunt tamen, vt ad torturam damnetur, vel alia pœna arbitraria plectatur.

Scribatur liber de ordine iudiciali ab omnibus in Familia obſeruãdo.

Ut autem in adminiſtranda iuſtitia, exceſsibus corrigendis, & viſitationibus obeundis, vna ſit omnibus ordinis Prælatis,& Viſitatoribus communis procedendi via ;exhortamur, & precamur Reuerendiſsimos Patres Prælatos Generales, vt per aliquos peritos, ac eruditos Patres curent fieri librum de ordine iudiciali, certum ac præfixum modum conferentem in præmiſsis procedendi, quatenùs vniformiter, & irrefragabiliter ab omnibus obſeruetur, in illis præſertim, quæ de ſubſtantia iuris ſunt. Ex Rom. 1600.

§. IV. *De Appellatione.*

Appellatio admittenda

In quibus cauſis.

CUM appellatio ad legitimum Superiorem, ſit ſpecies quædam defenſionis, & defenſio, quæ eſt de iure naturali, nemini ſit deneganda: idcircò, vbi appellationis locus ſit, eam admittendam eſſe decernimus; in cauſis videlicèt grauioribus, in mandatis, aut correctionibus exceſsiuis, in quibus,vel pœna carceris, vel priuationis officij prælationis, aut actuum legitimorum, infertur; ſi tamen modus regularis, & legitimus excedatur in eiſdem ferendis. Ex cap. *Omnis oppreſſus*, cap. *Si quis veſtrũ*, cap. *Ad Romanã*, cap *Omnes Epiſcopi*, c. *Liceat*, cap. *Si quis*, cap. *Placuit* 2. q 6. lib. 2. tit. *de appellationibus.*

A quibus Fratres poſſint,aut non poſsint appellare.

Et quidem à lege, aut pœna legis, aut à Superiorum mandatis, & correctionibus regularibus, iuxta modum ſtatuti factis, non eſt appellatio: à ſententijs autem per Iudices latis, & declarationibus ſtatutorum, ac ab exceſsibus, quos Prælati in corrigendo committunt, verè poſſunt Fratres appellare. Ex eiſdem, & Trid ſeſſ. 25. cap. 4. *de Regularibus.*

Ca-

Digitized by Google

Appellationi frivolæ non deferendum.

Cæterùm quando appellatio frivola eſt, non eſt admittenda, vt ſi à delicto notorio, & pro tali declarato, aut à propria confeſſione, aut à contumacia, aut à ſententia iam acceptata, & ſubſcripta, aut alijs, ſecundùm ius Canonicum, appellationem frivolam conſtituentibus, quis appellaverit.

In cap. Cum ſit. c. Rom. de Appellationibus in 5 cap. Cuperationi cap. Directe Notis, ie Appellatione

Abuſus remedij appellationis præcluditur.

Ne autem remedio ad innocentiæ præſidium inſtituto rei ad iniquitatis defenſionem abutantur; eorum calliditati, & tergiverſationi occurrentes, Sacri Concilij Tridentini Decretis inhærendo, ſtatuimus, & decernimus, vt in cauſis viſitationis, & correctionis, ſive habilitatis, & inhabilitatis, nec non in criminalibus, à Provinciali ante diffinitivam ſententiam, ab interlocutoria, vel alio quocumque gravamine non appelletur; nec Provincialis, aut eius Vicarius appellationi huiuſmodi, vtpotè frivolæ, deferre teneantur; ſed ea, àc quacumque inhibitione ab appellationis Iudice emanata, nec non omni ſtylo, & conſuetudine contraria, non obſtante, ad vlteriora procedere valeat.

Ex Concil. Trid. ſeſſ. 13. c. 1. & ſeſſ. 24. c. 10. De Reformat.

Ex Trid. cit.

A gravamine irreparabili appellatio eſt admittenda.

Si verò gravamen, de quo appellatur, per diffinitivam ſententiam reparari, vel ab ipſa diffinitiva appellari non poſſit, vt eſt pœna torturæ; tunc iuxta antiquorum Canonum ſtatuta; teneatur Iudex *à quo*, huiuſmodi appellationi deferre.

Ex Pariſ. 1579.

Admiſſa appellatione, quid agendum cũ reo.

Quando autem appellationi locus eſt, teneatur Iudex *à quo*, reo appellanti Proceſſus copiam fidelem, authenticam, clauſam, & ſigillatam, conſignare, afferendam per ipſum ad iudicem appellatum, cum licentia eum adeundi.

Ex eiſdem, & Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 13. De Reform.

Quid, ſi ſit ſuſpectus de fuga;

Verùm ſi reus ſuſpectus de fuga iudicetur, non permittatur adire, ſed remaneat in loco detentionis, & Iudex *à quo* Proceſſum mittat, vt ſupra ad iu-

iudicem appellatum intra triginta dies, vt Concilium Tridentinum iubet.

Iudex appellationis non procedat, niſi actis primæ inſtantiæ viſis. — *Ex eodem Trid. cit.*

Iudex verò *ad quem* appellatum fuerit, niſi actis primæ inſtantiæ (quæ vel reus appellās producere, vel Iudex *à quo* remittere debet) accuratè viſis, ad eius abſolutionem, aut cauſæ cognitionem minimè procedat; alioquin abſolutio, & indè ſecuta quæcumque, irrita cenſeantur.

Quid ſi non tranſmittantur reo petente. — *Ex eodem Trid.*

Si verò Iudex *à quo* intra præfatos triginta dies acta ipſa, reo poſtulante, non exhibuerit, vel, eo detento, ad Iudicem *ad quem* non miſerit; abſque illis cauſa appellationis huiuſmodi, prout iuſtitia ſuaſerit, terminetur, vt eiuſdem Sacri Concilij Tridentini decreto ordinatum eſt.

Quid reo malè, quid vè benè iudicato faciēdum. — *Ex Pariſ. 1579.*

Si igitur, cauſa cognita, reus repertus fuerit indebitè iudicatus, vel gravatus, puniatur Iudex à quo fuit appellatum; ſi verò rectè iudicatus reperiatur, ei pœna iniuncta duplicetur.

Quid eo indebitè recurrente ad Superiorem. — *Ex eiſdem.*

Si autem reus, ſententia diffinitiva non expectata, aut non interpoſita appellatione à gravamine per diffinitivam irreparabili, Superiores ipſos adierit; ad Iudicem, à quo diſceſſi, remittatur, & eius iudicium expectet, & apoſtaſiæ pœnam luat.

Cauſa appellata, cui cōmitti poſſit in partibus. — *Ex Valliſ. 1593.*

Quòd ſi appellationis cauſam in partibus committi contigerit, aliquibus probatiſsimis Patribus ex vicinioribus Provincijs committatur, qui nulla ſint ratione ſuſpecti.

Ordo in appellatione ſervandus. — Cap. *ad Roman.* 2. q. 6. L. *Imperatores, ff. de appell.* &c. *Dilecti filij* Gregor. XIII. *Quoniam noſtro.*

Quantum ad appellationis ordinem; quamvis de iure ad Summum Pontificem, omiſſo medio, recurri poteſt; quia tamen regulariter appellari immediatè ad Summum Pontificem non conceditur, ideò antiquis Conſtitutionibus decretum eſt, vt obſervaretur ordo à Gregorio XIII. ſanctæ memoriæ ſignificatus, vt à Provinciali ad Generalem,

Digitized by Google

lem, à Generali ad Protectorem, à Protectore ad Sanctiſsimum Romanum Pontificem, ſupremum in Eccleſia Iudicem, appelletur: Qui ordo, ſequenti Sacræ Regularium Congregationis decreto firmatum eſt.

Rationes illum ſtatuê di.

Quoniam nonnulli Regulares vagandi ſtudio, ſive dùm imminentem admiſſorum criminum pœnam, ex ſuis Conſtitutionibus, aut aliàs debitam ſibi metuunt, falſa, & commentitia gravamina cauſati, non ad immediatè ſui Ordinis Superiores, ſcilicèt à gravamine Prioris ad Provincialem, à Provinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem (prout cuiuſvis Religionis Conſtitutionibus diſponitur) ſed ad hanc Romanam Curiam abſque licentia, ſæpiùs fugiunt, potiùs quàm recurrant; ex quo Ordinum diſciplina relaxatur, Prælati contemnuntur, & ipſi in dies audaciores evadùnt: Placuit Sacræ Regularium Congregationi ex ordine Sanctiſsimi ſtatuere, vt ſi quis Regularium in poſterùm temerè ex cauſa hanc almam vrbem ſeu Curiam, abſque ſui Superioris licentia, & ſupradicta forma prætermiſſa, adire præſumpſerit; ad ſuos eoſdem Superiores, ſeveriori pœna plectendus, remittatur.

ApudChronol. Seraph. in Capitul. Rom. 1587. fol. 341.

Recurſus ad locorum Ordinarios prohibitus ſub pœnis.

Recurſus autem, ſeu potiùs fuga, ad Tribunalia Fratribus non legitima, ſeveriùs ſunt punienda. Et primùm, qui ad locorum Ordinarios prætextu iniuſtitiæ ſibi factæ favorem petiturus, recurſum habuerit; graviter Generalis, vel Provincialis arbitratu puniri debet, vt Apoſtolica Sanctione cautum eſt.

ExBull. Cõfirm. privil. Pij V. *Et ſi mendicantiũ* ExSalmant.

Ad Tribunalia Sæcularia ſub ſeverioribus.

Quicumque verò, ſub eodem prætextu, ad Advocatos, Procuratores, vel Iudices Sæculares, vel quomodocumque ad Sæculare tribunal recurrerit, favoris petendi gratia; is actibus legitimis pri-

privatus, gravius etiam puniatur Superioris arbitrio.

Appellatio ad illa, ſub graviſsimis pœnis inhibetur.

Qui autem, timore Dei poſtpoſito, & ſuæ profeſsionis immemores, ad Tribunalia Sæcularia appellare, & ad ea temerè confugere auſi fuerint, vltra excommunicationis pœnam, ipſofacto incurrendam (cuius abſolutio à nemine, niſi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, obtineri poteſt) privatione vocis activæ, & paſsivæ, & officiorum Ordinis, & inhabilitate perpetua ad illa, & alia quæcumque exercenda, plectendi ſunt, ad Apoſtolicæ Sanctionis præſcriptum.

Ex Conſt. Apoſt. Greg. XIII. *Quoniam noſtro*, ann. 1575.

§. V. *De Iudicibus, à quibus formandi ſunt proceſſus, & ferendæ ſententiæ*,

Guardiani quos proceſſus formare poſsint.

SI quis Fratrum aliquod crimen ſcandaloſum commiſerit, & hoc ſit publicum, expoſcatque præſentaneam punitionem, vt ſatisfiat ſcandalo, poteſt, & debet Guardianus Summariam, ſeu Proceſſum offenſivum formare, & delinquentem in domo diſciplinæ recludere; & ſi timetur fuga, catenis, aut compedibus conſtringere; ſed non valet vltra procedere: tenetur enim, facta Summaria, eam ad Provincialem ſtatim mittere, vt in cauſa proſequatur.

Ex Antiq. Ord. conſuetud. iuxta Salmant. c. 6 & Seg. 1622.

Provincialis, & Viſitator, quos formare, & proſequi valet.

Cauſas autem omnes, & Proceſſus criminales formare vſque ad ſententiam diffinitivam, excluſivè, pertinet ad Miniſtrum Provincialem, vel ad Commiſſarium Viſitatorem, ſi in Provincia habeatur; niſi proferenda ſit ſententia interlocutoria torturæ, aut ſimilis gravaminis, per diffinitivam irreparabilis; hanc enim proferre non poteſt ſine conſenſu maioris partis Diffinitorij Provinciæ, [illegible]

Ex ead. conſuetud. iuxta ſtatuta citata.

Poſ-

Quas ſententias ipſi ſoli proferre poſſint.

Ex eiſdem, & Tol. 1583 & Seg. 1621

Poſſunt tamen, tam Commiſſarius Viſitator, quàm Miniſter Provincialis, dùm ille in Provincia non adeſt, ſententias interlocutorias apprehenſionis delinquentium, recluſionis eorum in domo diſciplinæ cum firma cuſtodia, & vinculis, ac ſimiles proferre. Poſſunt etiam, aut per ſententiam interlocutoriam, aut per diffinitivam, per ſe ipſos, Guardianum ab officio per bimeſtre ſuſpendere.

Quas non poſsint ſine Diffinitorio

Ex eiſd. Tolet. & Seg.

Graviores verò correctiones, præſertim Prælatis, & qualificatis Patribus, nec Provinciales, nec Viſitator, ſeu Commiſſarius, inferre poſſunt ſine conſenſu maioris partis Diſcretorum Provinciæ.

Sententias gravis pœnæ proferre ad Diffinitorium ſpectat.

Pro eiſdem.

Hinc ad Diffinitorium Provinciæ legitimè congregatum pertinere declaramus ſententias diffinitivas proferre in omnibus cauſis, in quibus reus, vel actibus legitimis, vel officijs Ordinis, vel voce activa, & paſsiva poteſt privari, aut carceri mancipari, vel alio notabili detrimento affici.

Similiter declarativas incurſus in eá.

Ex Salm. c. 8. & Valliſ. 1593.

Ad ipſum etiam Diffinitorium ſpectat ſententias declarativas incurſus pœnarum, privationis officiorum, vocis activæ, & paſsivæ, actuum legitimorum, inhabilitatis ad officia Ordinis, & ſimilium per ſtatuta, ipſo facto, inflictarum pronunciare.

Ad ipſos etiam pertinet agere in hoſpites delinquentes.

Ex decret. 3. q. 6. c. 1. vbi gloſſ. & de rapt. c. 1. & ex Tolet. 1583.

Sub eiſdem conditionibus, & modis, ad Provincialem cum ſuo Diffinitorio ſpectat de delictis, in ſua Provincia ab hoſpitibus aliarum patratis, cognoſcere, & iudicare: nam iuxta iuris diſpoſitionem, & antiqua noſtri Ordinis ſtatuta, quicumque Provincialis habet authoritatem capiendi, detinendi, & puniendi per omnes pœnas in noſtris ſtatutis, vel in iure communi contentas, Fratres hoſpites aliarum Provinciarum, per ſuam Provinciam tranſeuntes, vel in illa permanentes ad tempus, ſi aliquod crimen enorme perpetraverint.

Eorum ſententiam Provincialis proprius debet obſervare. Prolata autem ſententia, hoſpes delinquens (ſi ad triremes non fuerit damnatus) ad propriam Provinciam remittatur per propinquiores Conventus cum ſententia ipſa authentica: quam obſervare faciat Provincialis proprius Fratris delinquentis; & ſi secùs fecerit, per Superiorem Generalem Provincialis ipſe puniatur. *Ex eiſdem, & Salm. c. 2.*

Generales quid poſsint in prima inſtantia præſtare. Quia verò Miniſter Generalis ex Regula ipſa (idem reſpectivè ex lege Ordinis intelligatur de Commiſſario Generali Familiæ) eſt Prælatus immediatus, non ſolùm omnium Provinciarum, ſed omnium Conventuum, ac omnium, & ſingulorum Fratrum; declaramus, ipſum poſſe de omnibus eorum cauſis, adhuc in prima inſtantia, cognoſcere, Proceſſus per ſe, aut ſuos Commiſſarios formare, &, vt infrà, ſententiare, atque etiam ex aliqua vrgenti ratione cauſas ad ſe advocare, adhuc re non integra.

Qua maturitate debeat vti hac facultate. Monemus tamen Prælatos ipſos Generales, vt præmiſſa non faciant, niſi notoria ex cauſa, vel negligentiæ Provincialis, vel ſcandali in re gravi graſſantis, vel vehementis ſuſpicionis corruptionis Iudicum Provinciæ, vel ſimili; numquam tamen in relaxatorum patrocinium, ſub atteſtatione Divini iudicij, & ſevera correctione in eorum Syndicatu.

Ad ſententias diffinitivas coniudices nominent. Dùm verò Proceſſus à ſe formatos, vel cauſas ad eos in gradu appellationis deductas, diffinitivè ſententiare volunt, debent ſibi aſſumere in coniudices tres, aut quatuor Patres, qui ſaltem Diffinitores in ſuis Provincijs ſint, vel fuerint, & de eorum conſilio, & aſſenſu, diffinitivas ſententias proferre.

***

§. VI.

§. VI. *De Cauſis criminalibus non interandis, aut perpetuandis.*

Peccata iam punita non iterum in iudicium vocanda.

Ut malignantium calumnijs via præcludatur, & Fratrum conſulatur paci; ordinamus, vt nullus Prælatus poſsit ad iudicium, ſeu in dubium revocare delicta, & peccata per ſuos prædeceſſores punita, vel viſitata. Et contrarium facientes actibus legitimis priventur. Ex Tolet. 1583.

Nec de anteceſſorũ defectibus cognoſcendum.

Eadem pœna plectatur Prælatus, qui de ſuorum anteceſſorum exceſsibus velit cognoſcere, iudicare, aut Proceſſus formare, niſi in Capitulo fuerit illi ſpecialiter ſub litteris authenticis commiſſum. Ex eiſdem.

Nec de delictis anteCapitulum cõmiſsis, niſi, &c.

Nec poſt Capitulum celebratum poſsit procedere pro delictis anteà à quocumque commiſsis, niſi de conſilio Diffinito ij. Ex Segov. 1611.

Qui proceſſus non ſint reſervandi.

Nullus tandem Prælatus vltra ſemeſtre, à die, quo eius officium ſpirat, computandum, poſsit reſervare Proceſſus, ſeu confeſsiones Fratrum, aut Monialium viſitationes, vel alia acta nondum ſententiata: & niſi intra prædictum tempus cauſa proſequatur, aut terminetur, aut quiſpiam circa illam, iuſtitiam fieri poſtulaverit, eo tempore lapſo, perpetuum ſilentium eidem imponatur. Ex Salm c 7. & Segov 1611.

Quinam ſervandi ſunt, & ad quos effectus.

Proceſſus autem diffinitivè ſententiati in Archivio Provinciæ, vſque ad Rei mortem conſervandi ſunt: & ſi reus reinciderit, vel ad aggravationem, vel ad incorrigibilitatem probandam, eis vtendum eſt. Pro eiſdem ex Tol. 1563

Delicta ab vna in aliã viſitationem non ſunt reſervanda.

Cavetur etiam, vt quicumque Fratrum ordinario Prælato, quæ digna ſunt viſitatione, & correctione, minimè detexerit, illa aliæ viſitationi futuræ reſervans, niſi id ex legitima cauſa feciſſe conſtiterit, acritèr puniatur, tãquàm pacis perturbator. Ex Rom. 1587.

Deli quens non ob id liberatur.

Nec ideò delinquentes, qui merito viſitandi erant, à crimini abſoluti exiſtimētur, ſed delictorū veritate comperta à Prælatis Generalibus, ſive eorum Cōmiſſarijs Viſitatoribus, debitas luant pœnas.

Ex eiſdem.

§. VII. *De generibus pœnarum.*

Pœnarum genera.

UT pœnarum genera, quibus in noſtro Ordine delinquentes corriguntur, aut puniuntut, & earum qualitates, & modi ipſas imponendi, cognoſcantur; ipſas ex antiquis Ordinis Conſtitutionibus, ſæpiùs innovatas, hic apponendas, & declarandas duximus.

Ex Salm. c. 8. & Valliſ.

Inhabilitas ad officia Ordinis.

Inhabilitas ad officia Ordinis eſt indignitas paſſivæ electionis, ita vt ſubiectum reddat indignum, vt ad officia Ordinis eligatur, ac proinde eligentes inhabilem ſcientèr & peccant mortalitèr, & iure eligendi privantur. Electio verò inhabilis non eſt ipſo facto irrita, ſed irritanda, niſi in aliquo ſtatuto electionem alicuius inhabilis fore irritam exprimatur.

Iuxtà eadē ſtatuta, & cap. *gravaminis*, de præbend. & Conc. Trid.

Privatio vocis activæ, & paſſivæ.

Pœna privationis vocis activæ, & paſſivæ, ſeu iuris ſuffragiorum, eſt carentia vocis activæ, & paſſivæ in electionibus, itaut ſic privatus nec eligere, nec eligi ad quodcumque Ordinis officium valeat; ac proindè & vox eius activa eſt nulla, & ipſius paſſiva electio irrita.

Quid poſſit ſic privatus.

Poteſt tamen ſic privatus ad Sacros Ordines promoveri & quos habuerit exercere, prædicare, legere, & Confeſſiones audire, ac etiam pro profeſſione Novitiorum ſuffragia ferre.

Ex eiſdem.

Privatio officiorum Ordinis.

Pœna privationis officiorum Ordinis ſolùm includit inhabilitatem, ne quiſpiam poſſit eſſe Prælatus, Præſidens, Commiſſarius Viſitator, Vicarius, ſeu Confeſſarius Monialium.

Ex Salm. c. 7 & Tol. 1583.

Pri-

Digitized by Google

Privatio actuum legitimorum. *Privatio actuum legitimorum* non ſolùm eſt inhabilitatio ad prædicta omnia Ordinis officia, ſed etiam eſt inhabilitatio ad eſſe Diffinitorem, Cuſtodem, Lectorem, Confeſſarium, & Magiſtrum Novitiorum, & includit privationem vocis activæ, & paſsivæ in quacumque electione. Ex eiſdem. Tolet.

Quid poſsit ſic privatus. Poteſt tamen ſic privatus quoſcumque Ordines habuerit exequi; & ſi non fuerit ordinatus, Sacris Ordinibus initiari, ac etiam poteſt teſtis in Iudicio eſſe. Ex Eiſdem. Salmãt. c. 7.

Suſpẽſio ab officio. *Suſpenſio ab officio*, quæ in ſtatutis à noſtro Ordine præciſsè emanatis imponitur, non eſt cenſura, ſed pœna impoſita, vt delictum puniatur, & non vt à contumacia recedatur, & induit naturam privationis inchoatæ, ſeu imperfectæ, ita vt pro tempore, pro quo imponitur, officij munia ſuſpenſus ab officio exercere non valeat.

Privatio proprij officij. *Privatio proprij officij* eſt totalis amotio Fratris ab officio, quod cum iure continuandi habet, & nondum explevit, vi cuius officium vacat, non per renunciationem acceptatam habentis, ſed per authoritatem Superioris: quando autem quis, vel non habet ius continuandi, & amovetur; vel renunciat officio, & renunciatio acceptatur, tunc non dicitur officio privari in rigore, ſed ab eo abſolvi: abſolutio verò ab officio non eſt pœna, ſed gubernij diſpoſitio; privatio tamen officij eſt pœna gravis. Iuxta Ordinis ſtatuta.

Recluſio in domo diſciplinæ. *Recluſio in domo diſciplinæ* eſt detentio Fratris in aliqua Camera clauſa, & obſerata: ſive ſit Cella, ſive locus Carceris, cum habitu Regulari, & ſine alia pœna neceſſariò connexa, aut conſequuta. Ex Salm. c. 6 & Tol. 1583

Pœna Carceris. *Pœna Carceris* eſt recluſio alicuius Fratris in aliquo obſerato loco, ſine habitu, facta authoritate Ex eiſdem.

Præ-

Prælati Generalis, aut Provincialis, cum privatione actuum legitimorum, & executionis omnium Ordinum.

Pœna carcerationi annexa.

Ex quo namque quiſpiam eſt carceri mancipatus, eo ipſo eſt privatus actibus legitimis per triennium; & qui liberatur à carcere, non propter hoc reſtituitur ad actus prædictos, niſi hoc illi beneficium explicitè concedatur. Ex Prim. Barch & Salm. & Tolet. citatis.

Ob quæ delicta carceris pœna infligenda.

Cùmque adeò gravis pœna ſit, ob nullum crimen, quod non fuerit enorme, poterit quiſpiam in carcerem formalem detrudi. Enormem culpam appellamus ratione generis peccati, vt eſt inobedientia contumax, lapſus carnis, & percuſio gravis, & alia huiuſmodi; aut ratione circunſtantiæ, vt furtum ſæpè, & cum ſcandalo repetitum. Ex eiſdem. Salm. & Tolet.

A quibus infligi poſsit.

Atque hinc, iuxta ſuperiùs ſtatuta, non ſolùm Guardiani, ſed nec Provinciales ſe ſolis, nec viſitatores ſoli, ſed tantùm cum conſenſu maioris partis Diffinitorij Provinciæ, poterunt ſententiam carceris proferre, vel Fratrem aliquem carceri formali mancipare. Ex eiſdem.

In quovis Conventu carcer habendus, & qualis.

Ad hanc pœnam, cùm oportet, exequendam; ordinamus, vt in ſingulis Conventibus ſint carceres fortes cum vinculis neceſſarijs; humani tamen, & lucidi, vt carceri mancipati poſsint Divinum Officium perſolvere. In aliquibus autem Provinciæ Conventibus ſint carceres ſecuriores, & meliùs inſtructi, in quibus illi, qui longiori tempore detinendi ſunt, & de quibus magis timetur fuga, ſecuriùs aſſerventur. Ex eiſdem.

Pœna in faventes carceratorum fugæ.

Si quis autem auſus fuerit Fratrem aliquem è carcere eripere, vel ei ad id ſuppetias ferre, ſtatim in eodem loco carceris recludatur, carcere, & alijs pœnis ſecundùm delicti qualitatem poſt eius probationem puniendus. Guardianus verò, qui de ne- Ex eiſdem.

negligentia aliqua in hac re fuerit notatus, officio privetur.

Carceratis quomodò ſacraměta miniſtranda.

His verò, qui ſunt in carcere conſtituti, pœnitentiæ Sacramentum eſt adminiſtrandum, quando fuerit ab eis poſtulatum, ac interdum per Religioſum probatum à Prælato conſignandum, eoſdem ad pœnitentiam exhortandum; & Sacramentum Euchariſtiæ in Paſchate Reſurrectionis eſt illis concedendum in Infirmaria, vel alio loco ſecreto, tonſis priùs barba, & capite. Ex eiſdem.

Pœna talionis.

Pœna talionis eſt inflictio eiuſdem pœnæ in imponentem falſum crimen in iudicio qua puniri debuiſſet accuſatus, ſi crimen contra eum obiectum legitimè probatum fuiſſet. Hac pœna puniantur accuſatores, qui crimen obiectum contra aliquem Fratrem non ſufficienter probaverint: Et falſi teſtes de falſa depoſitione convicti. Ex Salm.

Talionis extenſio.

Eadem pœna plectantur qui ſcienter aliquem accuſaverint de criminine, aliàs ſufficienter punito. Et ſimiliter qui ex malitia Fratrem accuſaverint de illis exceſsibus, à quibus aliàs accuſatus, iudicialitèr fuit abſolutus. Ex eiſdem, Salmant. & Tolet. 1583

Pœna inobedientis contumacis.

Pœna inobedientis contumacis eſt incarceratio, ac conſequenter actuum legitimorum privatio. Dicitur autem contumax, quando trina admonitione præmiſſa, congruis intervallis, per diem naturalem inobediens perſeverat. Ex Salm. c. 6

Pœna proprietarij.

Pœna proprietariorum eſt carceratio, & actuum legitimorum privatio, necnon Eccleſiaſticæ ſepulturæ, ſi quiſpiam (quod abſit) fuerit proprietarius, cùm ab hac luce migraverit: & ſi reus non fuerit Clericus, ſed Laicus, clauditur in pœna proprietarij induitio Caparonis. Ex prim. Bar. & Salm c. 6.

Pœna torturæ.

Pœna torturæ eſt applicatio alicuius afflictionis corporalis, qua compellatur reus ad confiten- Ex Tolet. 1583 Ex Valliſ 1593.

dum

dum crimen, de quo eſt infamatus cùm ſemiplena probatione, vel indicijs ſufficientibus. Hæc pœna non eſt infligenda pro quibuſcumque delictis, niſi dumtaxàt pro atrocibus, vel gravibus.

Torturæ genera.

Verùm cùm non ſatis conſtet, quo pacto ſint Fratres torquendi; decernimus, quòd ſi crimen ſit nefandum, pœna ignis torqueantur Rei. In reliquis tamen criminibus Rei torquendi, nudi, & manibus ligati, flagellis dirè per tria intervalla, ad arbitrium Prælati torqueantur; ieiunioque in pane, & aqua. Si verò crimen fuerit atrox, poterit Superior ſuo arbitrio, torturam aliam excogitare, ſecundùm qualitatem delicti. Ex eiſdem.

Arctationis pœna.

Arctatio, quæ eſt quoddam genus torturæ (de quo in antiquis ſtatutis ſit mentio) eſt recluſio alicuius in loco carceris, cum habitu Regulari, per aliquod tempus, in quo tèr in hebdomada flagellis cædetur, recitando Pſalmum *Miſerere mei*, & in pane, & aqua ieiunabit. Tempus autem arctationis huiuſmodi Superiorum, ad quos pertinet, arbitrio taxetur; ſic tamen vt ipſi arctando nullatenùs reveletur. Ex Salmant. cap. 7.

Pœna infamiæ.

Pœna infamiæ eſt perpetua inhabilitas ad Ordinis dignitates, & officia: Qui enim notabili infamia laboraverit ob crimina, de quibus legitimè apud Prælatum convictus fuerit, & ſententia gravi punitus, ad Ordinis dignitates, & officia, vltra pœnas propter crimina ſibi inflictas, perpetuò inhabilis manet. Ex Valliſ. 1565. & Segov. 1621.

Hanc pœnam ipſo facto incurrere declaramus, qui in Sactæ Inquiſitionis Tribunali de gravi abiuraverit: qui verò de levi, actibus legitimis ad tempus ſit privatus.

Carcer perpetuus.

Pœna Carceris perpetui eſt carceratio cum omnibus alijs annexis ſuprà ſtatutis, & declaratis, du- Ex Salm. c. 7.

rans vſque ad finem vitæ, quam in amaritudine, & dolore debet ſic incarceratus tranſigere, deflens culpas, & crimina præterita.

Quando, & à quo poſsit ad eum dimitatus liberari.

Si autem poſt plures incarcerationis annos Frater hac pœna damnatus, tanta dederit indicia contritionis, & conſtantis emendationis vitæ, vt iudicio Patrum, & Diffinitorum Provinciæ, poſt exactam inquiſitionem de pœnitentiæ veritate, dignus miſericordi diſpenſatione videatur, poterit Miniſter Generalis, de conſilio eorum, ipſum à præfato carcere liberare. Ex eiſdem.

Pœna triremium.

Pœna ad Triremes ſatis, nota & his temporibus etiam apud Eccleſiaſticos recepta, tantùm in noſtro Ordine infligenda eſt Fratri, qui tale crimen commiſerit, propter quod, iuxta iuris diſpoſitionem, in ſæculo pœnam mortis mereretur; aut illi, qui probatus fuerit incorrigibilis in apoſtaſia, vel alio gravi, & ſcandaloſo crimine in Religionis perniciem. Ex Salm. c. 7. & Valliſ. 1593.

Status corũ, qui ab his pœnis liberantur.

Si qui verò ad triremes, vel ad perpetuos carceres damnati, quandoque miſericorditèr liberari contigerit, hi omnium ſuffragiorum iure, & actibus legitimis, perpetuò careant; nec ad ea quovis modo ampliùs habilitari poſsint; ac ſemper vltimum locum inter Fratres ſui ſtatus teneant. Ex Rom. 1587. & Segov. 1621.

§. VIII. *De Excommunicatione, & pœnis,* ipſo facto *impoſitis.*

Ex cap. *Sicut tuis de ſimonia*; & cap. *de Eccleſijs de maior, & obed*, & cap. *cum ab Eccleſiarum. de officio iudicis Ordinarij*. & ex Salm. c. 7. & Tol. 1583.

Excommunicatio à quibus Superioribus poſſit fulminari.

CUM omnes noſtræ Religionis Superiores ſint verè Prælati, videlicèt Miniſter, & Commiſſarius Generalis, Provincialis, Cuſtodes Cuſtodiarum, & Guardiani, declaramus, omnes ſupramemoratos Prælatos, iuxta iuris communis diſpoſitionem, ſententiam excommunicationis poſſe ful-

Ec mi-

minare in omnes ſuos ſubditos: Oppoſitum autem docentes, aut aſſerentes, vt errantes, & omnium Religionum perturbatores, puniantur.

Qua ſobrietate ferenda

Decernimus tamen, iuxta Concilij Tridentini decretum, vt non feratur excommunicatio temerè, aut leuibus ex rebus, ſed ſobriè, & magna circunſpectione.

Ex Concil. Trid. ſeſſ. 25 c. 3.

Guardiani, quas excommunicationes fulminare non poſſint.

Cùm autem idem Concilium dicat, excommunicationes latas ad finem reuelationis, aut pro deperditis, ſeu ſubſtractis rebus, à ſolis Epiſcopis imponi debere; præcipimus, vt Guardiani, cùm non habeant iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, non poſſint excómunicare in tribus prædictis caſibus, videlicèt, ad finem reuelationis in iudicio, & pro deperditis, aut pro ſubſtractis rebus; nàm in his tribus ad maiores noſtræ Religionis Prælatos ſolùm, iuridictionem quaſi Epiſcopalem habentes, pertinet excommunicationem inferre.

Ex eodem Conc. cit. & Tol. 1583.

Si imponantur non ſunt contemnendæ.

Non tamen liceat Fratribus excommunicationem Guardianorum, pro præfatis caſibus, contemnere, aut non formidare, ſub prætextu, quòd contenta in hac Conſtitutione non ſunt obſeruata: cùm non ad ſubditos, ſed ad Prælatos, hæc cognitio pertineat.

Ex eiſdem Tolet.

Excommunicatio non lata in ſcriptis [illegible] valeat.

Rurſus præcipitur, vt nullus noſtræ Religionis Prælatus inferat pœnam excommunicationis, per modum ordinationis; vel ſtatuti, ad præcauenda delicta, vt eſt prohibitio ingreſſus in Cellas, ſiue in aliquas ſecularium domos, & id genus alia, niſi in ſcriptis: prædicta autem excommunicatio aliter lata, præſenti Conſtitutione, nulla eſſe decernitur, & declaratur.

Ex eiſdem.

Impoſita *ipſo facto*, ſtatim ligat.

Si ſententia excommunicationis latæ ſententiæ, vel *ipſo facto* incurrenda, feratur, non eſt opus iudicis declaratione, vt liget, nàm eo ipſo temporis mo-

Ex Salm. c. 7 & Tolet. cit.

momento, quo quis peccatum mortale, propter quod lata eſt, committit, in excommunicationem ipſam incurrit.

Nō ita aliæ pœnæ ipſo facto impoſitæ.

Quando verò in noſtris ſtatutis tam Generalibus, quàm Provincialibus, vel conditis, vel in poſterum condendis, aliæ pœnæ quæcumque, vt pœna ſuſpenſionis, vel privationis, &c. imponitur cum clauſula, vt *ipſo facto incurratur*: declaramus, nullum ea pœna ligari, quamvis crimen fuerit publicè perpetratum, quouſque per Prælatum reus ſit iudicialiter declaratus.

§. VIIII. *De pœnis in ambitioſos.*

In quos ambitioſos præcipuè agendum.

Iuxt. ſequēt.

SEVERE animadvertendum eſt contra ambitioſos, qui favoribus, ſubornationibus, aut ſordibus ſimoniacis, quidquam in Ordine procurant; & contra eos, qui ex his motivis vllam illis gratiam concedunt.

Pœnæ in vtentes ſæcularium favoribus.

Evaſio occluditur.

Et quidem contra favoribus vtentes Apoſtolicis Conſtitutionibus cautum eſt, vt recurrentes ad ſæculares ad impetrandos favores, pro obtinendis officijs, vel pro locatione alicubi, vel remotione inde, ſint, *ipſo facto*, privati voce activa, & paſſiva, & omnibus officijs Ordinis, etiamſi ipſi Fratres negaverint, & ſæculares affirmaverint, non eſſe ab eiſdem Fratribus ſolicitatos, dummodò de malitia, & dolo non conſtiterit, nempè, quòd alius ſolicitaverit interceſsiones, vt illi, pro quo fiunt, noceret.

Extēſio prohibitionis ad omnem gratiam per quamcūque perſonā extra Ordinē.

Ex Conſtit. Ap. Pauli V. *Admonemus* ann. 1619.

Neque ſolùm pro officijs, gradibus, & honoribus obtinendis, ſed neque pro pœnarum remiſsione, vel pro vlla gratia, à Superioribus, ſive Generalibus, ſive Provincialibus, & reliquis noſtri Ordinis Prælatis impetranda, per quarumcumque per-

Digitized by Google

ſonarum tam laicarum, quàm Eccleſiaſticarum extra Ordinem conſiſtentium, quacumque dignitate, etiam Cardinalitia, vel Imperiali fulgentium, favores, ſive interceſsiones, Fratribus vllo modo licet procurare, nec etiam ſpontè oblatos, aut ab eis minimè procuratos, recipere, ſub excommunicationis *ipſo facto* incurrenda pœna, ac inhabilitatione perpetua ad talia, & ſimilia, ac etiam maiora in noſtro Ordine conſequenda, prout Conſtitutione Apoſtolica cautum eſt.

Pœnæ in Superiores, favoribus ipſis cum effectu aſſentiẽtes.

Miniſtris verò tam Generalibus, quàm Provincialibus, ac reliquis Ordinis Prælatis, ſub excommunicationis pœna, ipſo facto incurrenda, per eandem Conſtitutionem Apoſtolicam interdicitur, ne ad inſtantiam, & requiſitionem perſonarum prædictarum, cuivis Religioſo, vllam gratiam concedere, vel pœnas aliquas remittere, ſeu gradus, honores, dignitates, officia, adminiſtrationes, functiones, vel Prælaturas concedere, audeant. Ex eadem Conſt. Apoſtolica.

Pœnæ in Superiores negligentes in harum pœnarum executione.

Superiores, qui negligentes fuerint in pœnarum executione, contra impetrantes favorẽ extra Religionem, pro officijs in ea obtinendis, iuxta Conſtitutiones Apoſtolicas, & noſtra Statuta, eiſdẽ pœnis ſubiaceant, quibus plectendi erant delinquentes. Ex Rom. 1600.

Excõmunicatio in ſubornatores.

Contra ſubornatores, Conſtitutionibus Apoſtolicis cautum eſt, vt qui in electionibus omnibus, vel ante eas per ſex menſes pro ſe, aut pro alio ſubornaverit, excommunicationis ſentiam, *ipſo facto* incurrat; à qua non poſsit abſolvi, niſi à Miniſtro, vel Commiſſario Generali. Si verò iſti in idem crimen inciderint, à ſolo Summo Pontifice abſolvi poterunt. Ex Conſtit. Apoſt. Pij V *Poſtor... officij* & Gregorij XIII. *Conſuevit.*

Quinam ſint ſubornatores.

Declaramus autem, illum dici ſubornatorem, qui alium trahit donis, promiſsis, timore, obſecrationibus importunis, vel laudibus, aut vituperatio-

nibus falſis, vt ſuum ſuffragiú alicui in electionibus ferat, vel deneget. Si verò conferendo, aut deliberando, aliquis dixerit, quempiam eſſe dignum, & benemeritum, vt eligatur, non eſt dicendus ſubornator.

Facta, & colligationes facientes.

Subornator etiam maximè cenſendus erit quicumque fecerit colligationes, pacta, conventiones de mutuis ſuffragijs, & alias quaſcumque inductiones ad prædictum finem. Ex eiſdem.

Pœnæ Ordinis in ſubornatores.

Statuimus, vt, vltra prædicta, quicumque fuerit convictus de ſubornationis culpa, ſit, *ipſo facto*, actibus legitimis privatus. Ex eiſdem. Tol. & Salm c. 8.

Simoniaci in electionibus & corú Pœnæ.

Contra ſimoniacis ſordibus ſeſe vlteriùs maculantes, ſtatuitur, vt qui pecunias aut dona, vel munera dederit, aut promiſerit, vt pro ſe, vel pro alio, gradus, honores, dignitates, vel officia conſequatur, vel vt in ſui favorem ſententia feratur, aut pœna remittatur; non ſolùm ipſe, ſed & qui receperit, pœnis Sacrorum Canonum, iure contra Simoniacos ſtatutis, omninò ſubiaceat. Ex Valliſ. 1593.

Pœnæ in Simoniacè munera dantes extra Ordinem.

Et qui perſonis quibuſcumque, extra Ordinem, munera dederint, vt illis ad prædicta, vel quamcumque gratiam, in Ordine à Superioribus conſequendam, faveant, ſeu favores interponant, pœnis Conſtitutionis Apoſtolicæ Pauli V. innodantur. Omnéſque, qui intra, vel extra Ordinem, ambitus ſine, munera dederint, impoſitis pœnis in Conſtitutionibus Apoſtolicis Clementis VIII. & Vrbani VIII. de largione munerum, ſubiacere declaramus. Ex Conſtit. Pauli V. *ad removendum*.

§. X.

§. X. *De pœnis contra ſecreta revelantes.*

Pœnæ in frangentes ſigillum confeſſionis. — Ex Salm. c. 7. & Tol. 1583.

QUI legitimè convictus fuerit, ſecretum Confeſsionis revelaſſe, ſit, *ipſo facto*, perpetuò actibus legitimis irrevocabiliter privatus; & per aliquod tempus carceri mancipetur. Si verò non fuerit de hoc crimine convictus, & ſint contra revelatorem indicia ſufficientia, arctetur per torturam, vt veritatem fateatur.

In revelantes peccatū infamatoriū Fratris. — Ex eiſdem.

Qui verò contra Fratrem ſuum revelaverit peccatum aliquod infamatorium, de quo non ſit convictus in iudicio, nec diffamatus, ſit, *ipſo facto*, vt publicus, & malignus diffamator, actibus legitimis privatus.

In publicantes quidquā in dedecus Ordinis. — Ex eiſdem.

Eadem pœna puniatur qui diviſiones inter Fratres, diſcordias, depoſitiones Prælatorum, aut peccata in Ordine correcta, & quidquid in infamiam, aut dedecus Ordinis vergere poteſt, extra Ordinem ipſum divulgaverit.

In cōcurrentes ad libellos famoſos. — Ex Salm. c. 7. & Valliſ. 1593.

Qui libellos famoſos ediderit, miſerit, proiecerit, vel quomodocumque expoſuerit, in alicuius infamiam, carceribus mancipetur, Superiorum arbitratu, iuxta qualitatem diffamationis, & perſonæ per libellos diffamatæ.

In Diffinitorii ſecreta revelantes. — Ex eiſdem Valliſ.

Et cùm ad Magiſtratus dignitatem, & boni regiminis rationem, maximè pertineat, vt quæ ſecretò tractantur, ſecreta maneāt, & ſerventur; decernitur, vt qui extra Diffinitorium manifeſtaverit aliqua in eo tractata, ex quibus diſſenſiones, & odia in Diffinitorium ipſum, vel in Diffinitorum quempiā oriantur, vel oriri poſsint (nimirum dictaminum, iudiciorum, aut ſuffragiorum varietatē, in alicuius damnum, vel favorem) ſi ea de re legitimè con-

conſtiterit, biennio in Diffinitorium ipſum admitti non valeat.

§. XI. *De pœnis contrà indebitè obloquentes.*

Pœnæ in obloquentes de Summo Pontifice.

SI quis (quod Deus avertat) impudenter, aut minùs reverenter de perſona Summi Pontificis, vel de ſumma eius in terris dignitate, vel de Apoſtolicis decretis, & Conſtitutionibus, temerè aliquid dicere auſus fuerit, & de eo legitimè conſtiterit, pœna carceris, vel alia graviori, pro modo culpæ, Superiorum arbitratu, puniatur. Ex Salm. c. 1

De S.R.E. Cardinalibus.

Quicumque de Eminentiſsimis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, præſertim de Eminentiſsimo Cardinali Protectore noſtro, impudenter, & temerè obloquutus fuerit, privatione actuum legitimorum, pro delicti qualitate, mulctetur. Ex Valliſ. 1593. & Tolet. 1633.

De Epiſcopis aut Prælatis Eccleſiæ.

Qui de Epiſcopis, & alijs Eccleſiarum Prælatis, indecentèr obloquutus fuerit, ita vt populo ſcãdalo ſit, Superioris arbitrio graviter puniatur, pro qualitate delicti. Ex eiſdem.

De Prælatis Generalibus Ordinis.

Qui verbis iniurioſis, vel irreverentibus, Miniſtrum Generalem, vel aliquem Generalem Prælatum, publicè affecerit, ſuffragiorum iure ſexennio careat, ac ſemeſtri carceris pœna, vel graviori etiam, pro qualitate delicti, puniatur. Ex eiſdem.

De Prælatis Provincialibus.

Qui in Provincialem, vel Commiſſarium Viſitatorem ſimilia commiſſerit, ſuffragiorum privatione, & graviori pœna mulctetur, Generalis arbitratu. Ex eiſdem. Valliſ.

In murmurantes iniurioſè de Prælatis.

Et qui contra Prælatos verba indecentia, & iniurioſa coram Fratribus protulerit (etiamſi ipſi Prælati ſint abſentes) vt conſpiratores, pro perſonæ, & offenſæ qualitate, graviter puniantur. Ex Salm. c. 7

Si

In oppetes in Communitate, nō habita venia. | Ex eiſdem.

Si verò quis Frater in communitate, non habita priùs licentia, reſponderit Prælato repræhendenti, vt inobediens, ſecundùm qualitatem perſonarum, mulctetur.

Prælati qua modeſtia reprehendere debent. | Ex Tolet. 1583.

Prælati verò, in criminibus reprehendendis, modeſtis, & temperatis verbis vtantur, ita vt nullo modo ſubditis perturbationis cauſa tribuatur: eademque modeſtia vti debent, quoties coram Fratribus inſimul, aut capitulariter congregatis, verba proponunt; & qui immodeſtia in verbis convicti fuerint, à Superioribus viſitantibus, in Capitulo corrigantur.

Pœnæ in Provocante verbis, aut factis Fratrem. | Ex Salm. c. 7.

Quicumque Fratrum alteri Fratri verbum improperij, aut convicij dixerit, vel eum verbis, aut factis provocaverit, receptione diſciplinæ, aut alia pœnitentia, pro qualitate facti, aut reiteratione, à Prælato corrigatur.

Excommunicatio in improperantes nominibus irriſorijs Fratres ratione diviſionū Ordinis. | Ex Bulla *Vnion.* Leon. X. & alia Pij V.

Authoritate Apoſtolica mandatum eſt, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ (à qua nullus, præterquam in mortis articulo, niſi à Sede Apoſtolica poſſit abſolvi) ne aliquis Frater Ordinis Sancti Franciſci appellet alium Fratrem eiuſdem Ordinis malitiosè, irriſorie, ſeu improperiosè, *Privilegiatum*, *Bulliſtam*, aut alio quovis nomine, etiam de novo reperto, ſeu fortè in futurum, occaſione diviſionis ipſius Ordinis, à quocumque imponendo.

Pœnæ in ſuadentes mutationes in Ordine. | Ex prim. Barch. & ex Salmant. c. 7.

Prætereà, Ordinis paci, & tranquillitati conſulentes, præcipimus, vt nullus Fratrum per ſe, vel per aliū quempiam ſuadeat, aut ſuaderi procuret alicui Prælato, Regi, Principi, Communitati, aut cuivis perſonæ, extra noſtrū Ordinem exiſtenti, vt aliquid de ſtatu Ordinis, diviſione, vel vnione alicuius Provinciæ, vel de Fratribus ab aliquo loco

amo-

Digitized by Google

ämovendis, vel non amovendis immutetur: qui ſecùs fecerit, actibus legitimis privetur.

§. XII. *De pœnis in Falſificatores.*

Pœnæ in falſantes ſigilla Prælatorum

QUI per ſe, vel per alium, litteras, aut ſigillum quorumcumque Prælatorum noſtri Ordinis, aut alterius perſonæ in dignitate conſtitutæ falſaverit, carceri mancipetur indiſpenſabiliter per tempus à Prælato præſcribendum. Ex Salm. c. 7. & Toleto 1583.

Quid, ſi ſigillum ſit Generalis.

Quòd ſi ſigillum, & litteræ falſificatæ, fuerint Generalium Prælatorum, ſine ipſorum aſſenſu huiuſmodi falſarij non poſſint à carcere liberari. Ex eiſdem.

In aperientes eorũ litteras.

Qui litteras Prælatorum aperuerit, vel malitioſè retinuerit, ſit, ipſo facto, per biennium privatus actibus legitimis. Ex eiſdem.

In accuſantes falsò.

Qui falsò Fratrem accuſaverit, vltra pœnam talionis, perpetuò infamis declaretur. Ex Valliſ. 1593.

In falsò deponentes.

Frater autem, qui ſcienter falsò depoſuerit coram quocumque Prælato, Viſitatore, ſeu Iudice, contra Religioſum aliquem, præſertim Prælatum, vt falſarius, & infamis, carceri mancipetur. Ex Salm. cap. 7.

In inducentes ad falſa.

Eadem pœna plectendus eſt qui ad id faciendum aliam perſonam induxerit, & qui curaverit, vt quæ verè depoſita ſunt, revocentur. Ex eiſdem.

§. XIII. *De pœnis contra caſtitatis tranſgreſſores.*

Pœnæ in fornicationem committentes.

QUICUMQUE fuerit lapſus in fornicationis, ſeu libidinis peccatum, & de eo fuerit ſufficienter convictus, pœna carceris mulctetur, ſecundùm qualitatem criminis, & circumſtantias occurrentes: pro reincidentia in idem peccatum, carcer prolongetur, & aliæ pœnæ addantur. Ex Salm. c. 7. & Toleto 1583.

In vtrimque ſacrilegos carnaliter.

Porrò ſi quis (quod abſit) ex parte complicis ſacrilegium carnaliter commiſerit, ad triremes omnino damnetur, aut perpetuo carceri mancipetur, Superiorum arbitratu. Ex Valliſ. 1593.

In notatos de ſuſpectis conſortijs.

Frater, qui evidenter notatus fuerit, aut ſufficienter convictus de ſuſpectis conſortijs, vel colloquijs mulierum, vel quorumcumque, & admonitus, non ſe correxerit, ſit actibus legitimis privatus, ſi Sacerdos fuerit; ſi verò clericus, vel laicus, probationis caputio, & alijs pœnis, à Miniſtro arbitrandis, puniatur. Ex prim. Barch. Salmant c 7. & Tol. 1583.

In ſequeſtrantes ſe à ſocio cum fœminis.

Quicumque Frater conſuetus fuerit, à ſocio cum mulieribus ſequeſtrari, de quibus (iudicio ſui Prælati) oriri poteſt ſuſpicio, ſi monitus, non fuerit emendatus, ſupradictis pœnis puniatur, ſi fuerit ſufficienter convictus. Ex eiſdem.

In indiciatos ſufficienter de incontinentia.

Si verò indicia contra illum habeantur ſufficiẽtia, arctetur, vt veritatem dicat, ſi priùs per cenſuras impoſitas noluerit veritatem fateri. Ex eiſdem.

In committentes crimẽ nefandum.

Verùm ſi quiſpiam Religioſus (quod Deus avertat) nefandum crimen perpetraverit, nudus cum ſolis fœmoralibus, coram Communitate, manibus ligatis, graviter flagelletur dum Pſalmus *Miſerere mei Deus*, recitatur, & leviuſculis ignis flammis hinc inde circumpoſitis, quodammodo comburatur, & ad perpetuos carceres damnetur. Ex Salm. c. 7. & Tolet. cit.

In reincidẽtes in illud.

Si verò iterùm de eodem vitio nefando fuerit convictus, ad triremes per decennium condemnetur. Tamen ſi nefandi criminis patrator, repertus fuerit, actum nefandum bis, tèr-ve commiſiſſe, quando de eo inquiritur, ad triremes per ſexennium omninò mittatur. Ex eiſdem.

(✠)

§. XIV.

§. XIV. *De pœnis contra percuſſores, & minantes.*

Pœnæ in homicidas, & mutilantes.

SI aliquis Frater (quod Deus avertat) quempiam interfecerit, vel atrociter mutilaverit, aut alicui venenum dederit, ſit in arcto carcere catenis conſtrictus, perpetuò recluſus, vſque ad vitæ finem, & ſingulis ſextis ferijs ieiunet in pane, & aqua. Et qui eadem, vel ſimilia per alium fieri procuraverit, vel ad ea facienda machinatũ fuiſſe convictus legitimè fuerit, eademmet carceris pœna plectatur. Ex Salm. cap. 7.

In vulnerantes, aut percutiones Prælatos.

Quicumque Prælatum localem gladio percuſſerit, ſi mors ſecuta fuerit, ad triremes perpetuò damnetur; ſi verò mors non fuerit ſecuta, ad triremes etiam mittatur per tempus Superiorum arbitratu taxandum. Qui Provincialem quovis modo (adhuc leviter) percuſſerit, Generalis arbitratu ad triremes mittatur: quòd ſi gladio Provincialem percuſſerit, ſive mors ſecuta fuerit, ſive non, omninò ad triremes perpetuò damnetur. Si autem quis Generalé ipſum (etiam leviſsimè) percutere auſus fuerit, omninò ad triremes perpetuò damnatus mittatur. Ex Vallis. 1593.

In vulnerantes, aut graviter percutientes Fratrem, aut ſæcularem.

Quicumque gladio, baculo, vel pugione, aut Fratrem, aut ſæcularem quempiam percuſſerit, carceris vnius anni pœnæ ſubiaceat; ac præterea omnium ſuffragiorum iure, & actibus legitimis perpetuò privetur, ac per menſem, ter in qualibet hebdomada, in Communitate genuflexus comedat, illiſmet inſtrumentis, quibus ferire, aut percutere auſus eſt, de collo pendentibus.

Quomodo abſolvedus, qui Fratrem porcuſerit.

Quicumque autem Frater Fratrem graviter percuſſerit, cùm ſit ipſo facto excommunicatus, coram plena Communitate cum flagellis abſolvatur à Guardiano, recitato Pſalmo *Miſerere mei* Ex Salm. cap. 7.

Digitized by Google

Deus, & carceri à Miniſtro mancipetur, ſecundùm qualitatem delicti, ipſius arbitratu.

In arripientes inſtrumēta ad percutiendum.

Qui verò ad graviter percutiendum, gladium, aut cuiuſcūque alterius generis inſtrumentū eduxerit, lapidem, vel baculum acceperit, &, ad percutiendū graviter, proiecerit; ſemeſtri carceris pœna puniatur. Et eadē pœna mulctetur qui arma offenſiva portaverit, vel in cella, aut alibi retinuerit. Ex eiſdem.

In habentes arma offenſiva.

In minantes

Qui alicui perſonæ minatus fuerit in præſentia, vnius menſis tempore caparonem deferat: qui manum levaverit, vt percutiat, vel aliquid ad percutiendum acceperit, tribus menſibus probationis caparonem portabit: Qui verò leviter percuſſerit, per annum eodem caparone corrigatur. Ex eiſdem.

In leviter percutientes

§. XV. *De pœnis contra Apoſtatas*

Facultas Apoſtolica excommunicādi, & carcerandi apoſtatas.

APOSTOLICA authoritate nobis conceſſum eſt, apoſtatas à noſtro ordine excommunicare, & punire, vt ſequenti Conſtitutione habetur: Ex antiq. Conſtit. c. 7.

Innocentius IV. Ordinis Prælatis, & cæteris Fratribus, vt apoſtatas, & inſolentes veſtri Ordinis, niſi veſtris ſalubribus monitis acquieſcant, excommunicare, ligare, capere, & carceri mancipare (ſi videbitur expedire) poſſitis, authoritate præſentium vobis concedimus facultatem.

Excōmunicatio in apoſtatas fulminata.

Hac vtens authoritate præſens Capitulum Generale, ſicut plurima antiqua fecerunt, ſequens profert ſtatutum: *Volentes Apoſtatis viam præcludere, Nos Miniſter, & Commiſſarij Generales, Patres, & Diffinitores, Provinciales Miniſtri, & Cuſtodes, ac cæteri vocales huius Generalis Capituli, excommunicamus in his ſcriptis omnem Fratrem ab Ordine noſtro apoſtatantem, & decreto præſentis ſtatuti anathematis vinculo innodamus.* Ex eiſdem, & prim. Barchin. c. 6.

In-

Apoſtatæ quinam cenſendi ſint.

Intelligimus autem apoſtatam omnem Fratrem, qui ſine licentia, vel contra obedientiam ſuorum Superiorum, per terras, loca, vel Provincias cum habitu, aut ſine habitu, cum ſocio, vel ſine ſocio iuerit, vel vagabundus fuerit; ac generaliter quemlibet abſque eiuſdem Ordinis licentia quomodolibet diſcedentem, quovis prætextu, etiam ad ſuos Superiores accedendi; veluti ſacra quoque Tridentina Synodo cautum eſt. Ex eiſdem. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Reg. c. 4.

Apoſtatantes quomodo denuntiādi ſint excōmunicati.

Ordinamus etiam, quòd poſtquàm Frater aliquis de aliquo Conventu, aut loco apoſtataverit, & Guardiano conſtiterit; ipſum ad aliorum terrorem, & præſervationem, excommunicatum denuntiet, ſeu denuntiare faciat publicè coram Fratribus in Capitulo, qualibet ſexta feria primi menſis ſuæ apoſtaſiæ. Ex eiſdem.

Reverſi quomodo incarcerandi, & abſolvendi.

Dum autem huiuſmodi apoſtatæ revertuntur, aut capiuntur, ſtatim incarcerentur, & in publica Communitate, coram Fratribus, cum Pſalmo *Miſerere mei Deus*, Verſ. *Salvum fac ſervum tuum. Domine exaudi. Dominus vobiſcum*, & oratione, ac etiam cum virgis, ſeu flagellis, ab excommunicatione abſolvantur. Ex eiſdem.

Facultas cuiuſvis Prælati in apoſtatas.

Quilibet Miniſter Provincialis habet ordinariam iuriſdictionem, authoritate Capituli Generalis, excommunicandi, capiendi, & incarcerandi, ac pœna alia puniendi omnes apoſtatas, etiam aliarum Provinciarum, in Provincijs ſuis. Et idem poſſint Cuſtodes Cuſtodiarum, & Guardiani: & in Ex eiſdem. iuxta pr'vileg. Innoc. IV.

Et cuiuſvis Fratris ad eos capiendos

caſu neceſſitatis Fratres alij authoritatem habent apoſtatas noſtri Ordinis capiendi, vt Conſtitutionibus Apoſtolicis etiam conceſſum eſt.

Quomodo invigilandū à Prælatis vt capiantur.

Caveant autem Miniſtri, & Guardiani, vt non permittant apoſtatas, ſive ſuæ, ſive alterius Provinciæ, in ſcandalum Ordinis vagari; ſed eos, prout Ex Cong. Gen Parme ſi. 1529.

ma-

magis expedire videbitur, capiendos diligenter curent: quòd ſi aliter capi non poſsint, debent Prælati ipſi pro illis capiendis auxilium brachij ſæcularis expoſcere.

Capti alienæ Provinciæ, quomodo ad eam ſunt tranſmittendi.

Si autem apoſtatæ alienarum Provinciarum in aliqua Provincia capiantur, aut in ea præſententur, per Miniſtrum illius Provinciæ carceribus mancipentur, vel aliqua pœna, ſecundùm quod ſibi viſum fuerit, puniantur; ac quamprimùm ad Provincias proprias remittantur per Conventus propinquiores de vno Conventu in alium, cum ſecuro comitatu: & Guardianus cuiuſvis Conventus, ad quem ſic acceſſerint, teneatur cum ſimili comitatu in propinquiorem, via recta, ipſos mittere. Ex Tolet. 1583.

Retinere nõ poſſunt, ſub pœna.

Provinciales verò nullò modo poſsint retinere in ſuis Provincijs Fratres apoſtatas aliarum Provinciarum ſine expreſſa licentia Generalis Prælati, ſub pœna privationis officij, ipſo facto, incurrenda. Ex Cap. Gen. Barch. 1508.

Pœnæ in apoſtatas.

Pro apoſtaſiæ pœna, ſtatuitur, vt Apoſtatæ regreſsis ad ſuas Provincias, poſtquàm, vt præmiſſum eſt, fuerint abſoluti, pœna carceris puniantur, ſecundùm qualitatem fugæ, & quantitatem dierum, quos in apoſtaſia extiterunt, & reincidentiam in ipſam apoſtaſiam. Ex Salmant. c. 1. Aquilanis. 1558. Rom. 1587. & Vallis. 1565.

Gravantur iuxta reincidentiam.

Itaque pro prima vice, tantum temporis in carcere permaneant, quantum extra obedientiam extiterunt, & per annum actibus legitimis ſint privati: pro ſecunda, tempus apoſtaſiæ in carcere duplicetur, & biennio actibus legitimis privetur, ac ſine caputio in pane, & aqua tribus diebus ieiunent: pro tertia, triplicato tempore in carcere iaceant, & quadriennio privationem ſuſtineant, & idem ieiuniũ ſubeant tribus diebus in hebdomada qualibet Ex eiſdem.

in-

incarcerationis, & ferijs ſextis coram communitate flagellentur.

Etiam iuxta durationem apoſtaſiæ.

Quòd ſi eorum apoſtaſia vltra tres menſes duraverit, incarcerentur per ſex menſes pro prima vice, & per biennium actibus legitimis priventur: pro ſecunda duplicetur pœna carceris, & privationis, & in hebdomada diebus tribus ieiunent ſine caputio, & ſextis ferijs flagellentur: pro tertia verò, vltra pœnam carceris, ieiunij, & flagellationis, per annum ſubeũdam, privationi perpetuæ actuũ legitimorum ſubiaceant, & cum caparone Novitiorum in Conventu per alium annum ſint recluſi, & vltimum locum inter Fratres ſui ſtatus per decennium teneant.

Ex eiſdem, & ex Tolet. 1583.

Adhuc magis, ſi apoſtatæ habitũ dimiſerint.

Quicumque autem in apoſtaſia habitum Ordinis dimiſſerint, pœnis ſupradictis duplicatis reſpectivè plectantur, & etiam prò prima vice vltimum locum inter Fratres ſui ſtatus habeant.

Ex eiſd. Tolet & Valliſ. 1591.

Tempus apoſtaſiæ nõ computandum pro antiquitate.

Tandem, poſt peractam pœnitentiam, totum illud tempus, quod in apoſtaſia conſumpſerunt, nunquàm illis ad præcedentiam computetur.

Ex eiſdem.

Aliæ pœnæ in iuvenes, & Laicus apoſtatantes.

Et, ſi apoſtata fuerit Clericus, non Sacerdos, addatur ei caparonis pœna per duplum tempus apoſtaſiæ, & per ſexennium ad Ordines promoveri non poſſit: ſi verò fuerit Laicus, eadẽmmet pœna caparonis plectatur.

Ex eiſdem.

Quartò apoſtantes, vt incorrigibiles puniendi.

Demùm ſi quis adeò ſuæ ſalutis oblitus, & Sathanæ poteſtati traditus fuerit, vt quartò apoſtaverit, is, velut incorrigibilis, habitu Religionis privatus, expellatur ab Ordine, & ad triremes per ſexennium omninò damnetur; & ſi in ſacris fuerit, & ſupervixerit, omnium Sacrorum Ordinum executione ſuſpenſus perpetuò maneat.

Ex eiſdem.

Ut

Quomodo admonendi ſint Generales de delictis apoſtatātis.

Ex eiſdem Valliſ. & Pariſ. 1579.

Ut autem Superioribus Generalibus apoſtatārum nomina, & qualitates innoteſcant; præcipitur Miniſtris Provincialibus, vt cùm primùm de apoſtaſia alicuius Fratris ſuæ Provinciæ eis conſtiterit, de delictis ab eo admiſsis, de quibus fuerit diffamatus, inquiſitionem inſtituant, & Prælatos Generales,& Officiales Curiæ Romanæ moneant, eoſdem de nomine, cognomine, qualitatibus, & ſignis, ſeu indicijs apoſtatæ informando: quòd ſi in huius ſtatuti executione ſegnes fuerint, per bimeſtre ab officio ſuſpendantur.

Generales, quid facere debent cum apoſtatis, ad ſe accedentibus.

Ex Salm. c. 1.

Si verò ad Prælatos Generales, vel ad Curiæ Romanæ Officiales, apoſtatas recurrere contigerit, & ab eis puniri; pœna illa pro Apoſtaſia duntaxat, & non pro alijs delictis per eos commiſsis, intelligatur inflicta: nam pro alijs delictis, ad proprios eorum ordinarios Prælatos, qui ipſorum cauſas, & demerita meliùs cognoſcunt, puniendi remittentur. Niſi fortè ab eiſdem Prælatis Generalibus, rationabili ex cauſa, ſuper alijs etiam delictis de plenitudine poteſtatis ipſos puniri contigerit; de quo tamen conſtare debet expreſsè per Generalium ipſorum litteras.

§. XVI. *De pœnis incorrigibilium, & capitaliter delinquentium.*

Ex Cap. *Cum non ad hom.* de Iudic. & cap. *Contingit interd.* de ſentēt. excō. & cap. *constit.* de ſent. excom. in 6. iuxta Panormit, in cap. *cum non ab hom.* de ſent. excō. n. 18.

Incorrigibilis de iure quis ſit.

DECLARAMUS, illum, iuxta iuris communis diſpoſitionem, eſſe incorrigibilem, qui tèr legitimè convictus, vel confeſſus, & damnatus, ac punitus ſuper tribus gravibus delictis eiuſdem, vel diverſæ ſpeciei, in malo perſeverat: cenſemuſque, iuxta decretum Apoſtolicum, præmiſſa requiri ad veram incorrigibilitatem de iure, pro effectu,

ctu, de quo infrà; non obſtantibus quibuſcumque Ordinis Conſtitutionibus, etiam à Sede Apoſtolica confirmatis.

Pœnæ incorrigibiliū ab Ordine impoſitæ.

Religioſo autem incorrigibili in quocumque gravi,& ſcandaloſo crimine triplex disiunctim in antiquis noſtri Ordinis Statutis imponitur pœna, nempè,vt vel perpetuò carceri mancipetur, vel ad triremes, iuxta delicti qualitatem,mittatur, vel habitu ſpoliatus expellatur ab Ordine.

Ex Conſtit. Alex. VI. c. 7. & Salm. c. 7.

Ad expulſionem incorrigibilium noua forma obſeruanda.

Cæterùm, vt hæc vltima expulſionis pœna alicui Religioſo legitimè profeſſo infligatur, præter requiſita ex iuris communis diſpoſitione, vt verè ſit incorrigibilis,plures aliæ conditiones,ex Decreto S.Congregationis Concilij Tridentini,de mandato ſanctæ memoriæ Vrbani Papæ VIII. edito, ſunt omninò obſeruandæ.

Ex decreto S. C. Concilij de mandato Vrbani VIII. 21 Septemb. 1624.

Conditiones ad expulſionem ex decretis Apoſtolicis.

Conditiones autem ſunt: Prima, vt incorrigibilis, vnius anni ſpatio,in ieiunio,& pœnitentia probetur in carceribus. Secunda, vt elapſo anno, non reſipiſcat,ſed animo indurato in ſua peruicacia perſeueret. Tertia,vt ab ipſomet Generali tantùm,de conſilio,& aſſenſu ſex Patrum(ex grauioribus Religionis eligendis in ſingulis Capitulis, vel Congregationibus Generalibus) proferatur expulſionis ſententia. Quarta, vt non proferatur, niſi inſtructo, ſecundùm ſtylum,& Conſtitutiones Ordinis,Proceſſu,& plenè probatis cauſis expulſionis, ad Sacrorum Canonum præſcriptum. Quinta, vt Generalis illicò expulſionis ſententiam Ordinario loci, cuius iuriſdictioni, & obedientiæ expulſus in habitu clericali ſubijciendus eſt, notificet.

Ex eodem decreto.

Ipſis obſeruatis, licet incorrigibiles expellere.

Cum his conditionibus concedit Sacra Congregatio, vt ſic incorrigibilis, ne contagione peſtifera plurimos perdat, tanquàm pecus morbida, ac membrum putre, eijci tandem poſſit. Admonet

Ex eodem.

tamen, ac per Ieſu Chriſti viſcera obteſtatur Patres, vt memores paternæ charitatis,& manſuetudinis,quam profitentur,nihil intentatũ relinquant, vt lucrentur animas Fratrũ ſuorum,ferè in profundum malorum delapſas,antequàm graviſsimũ, atque extremum expulſionis remedium experiãtur.

Obſervanda poſt expulſionem.

Poſt expulſionem verò duo à Superioribus obſervanda præcipit. Primum, vt nulli Religioſo expulſo litteras teſtimoniales concedant,illum adSedem Apoſtolicam reijcientes, vel iubentes aliam ingredi Religionem.Secundum,vt obſerventConſtitutionem Gregorij IX. præcipientis, eiectos requiri, & mandari, vt ad clauſtra redeant, declarando,ipſam vindicare ſibi locum,etiam in ijs, qui iuſtè, diffinitivèque, ac iuris ordine ſervato, expulſi fuerint, dummodò tamen in expulſis huiuſmodi ſubſit ſpes evidens emendationis, ex litteris ſaltèm teſtimonialibus Ordinarij. *Ex eodem.*

In ſententia quartò damnati, imponatur ipſi annus probationis in carceribus.

Pro huiuſmodi decreti exacta obſervatione,ſtatuimus, vt ſi quis Religioſus, ter aliàs de gravibus delictis damnatus, & punitus, quartò de gravi crimine fuerit convictus, aut confeſſus, in ſententia contra ipſum ferenda, præter alias pœnas, infligatur præfatus annus probationis in carceribus, cum ieiunio, & pœnitentia; exprimendo, ipſum imponi ad effectum expulſionis, vt Generalis ad eam, ſi expediens videbitur,poſsit procedere. Et declaramus, apoſtaſiam eſſe crimen grave, propter quod poteſt procedi ad expulſionem incorrigibilis ab Ordine. Provincialis autem, qui hoc ſtatutum non curaverit adimplere, ſuſpenſionis ab officio, Generalis arbitratu, pœna puniatur.

In Comitijs Generalibus aſsignandi ſunt iudices ex-

Ex declaratione S. C. Cocilij di 9 Aug. 1618.

Statuimus etiam, vt in ſingulis Capitulis, & Congregationibus Generalibus per Diffinitorium Generale omninò eligantur, & conſignentur ſex

Pa-

expulſionis, & quomodò

Patres ex grauioribus, pro incorrigibilium expulſione. Et declaramus, poſſe eligi ſex pro qualibet natione, Regno, aut Prouincia, vt ab ipſa Sacra Congregatione expoſitum eſt. Et ordinamus, vt pro cauſa mortis aliquorum alij ſubſtituendi eligantur.

Facultas Generalis circa expulſionē.

Et quandoquidèm Generali non imponitur præceptum, vt Fratrem incorrigibilem expulſione dignum expellat; declaramus, Generalem, renuente maiori parte Patrum aſsignatorum, non poſſe incorrigibilem expellere; annuente tamen expellere non teneri: teneri verò Fratrem à maiori parte expulſione dignum iudicatum, vel expulſione ipſa, vel carcere perpetuo, vel triremibus punire, iuxta præmiſſa Ordinis Statuta.

Reverſus poſt expulſionem, quomodò probandus, & ſuſtinendus.

Tandem ſtatuimus, vt ſi expulſus, cum euidenti ſpe emendationis, ad Ordinem regrediatur, receptus per annum integrum probationis capatione, & indiſpenſabili intra domum recluſione, humilibus Conuentus obſequijs applicatus, probetur, ad experiendam eiuſdem emendationem; & vt aliquid debitæ pœnæ ſuſtineat, & in humilitate permaneat; omni ſuffragiorum iure, & actibus legitimis perpetuò careat, vltimumque locum inter Fratres ſui ſtatus indiſpenſabiliter teneat.

Mortis pœnam merentes, quomodò plectendi ab Ordine.

Ex Salm. c. 7 & Vallil. 1593.

Circa capitaliter delinquentes, cùm Eccleſia ius ſanguinis non habeat, vltimo ſupplicio eos plectere non poteſt. Attamen, vt maiora delicta, quantum licet, debitè puniantur; ſtatuitur, vt qui crimen quodcumque commiſerit, propter quod, iuxta iuris diſpoſitionem, capitali pœna plectendus eſſet, aut ad perpetuos carceres, aut ad triremes perpetuò damnetur. Idemque iudicium fiat de Religioſo, qui tria delicta atrocia commiſerit,

quamvis pro vnoquoque ſeorſim capitali pœna in ſæculo plectendus non foret, ſi tamen ipſa cõiunctim tali pœna digna videantur.

§. XVII. *De pœna imponenda, & impoſita non revocanda.*

Pœnæ iuxta ſtatuta imponendæ ſunt.

IUXTA præmiſſa ſtatuta de pœnis, & alia in his Conſtitutionibus, ſub pœnis præcepta, aut ordinata, ſententiæ proferendæ ſunt, & correctiones infligendæ. Ubi autem delictum puniendum ocurrerit, cuius pœna per ſtatuta Ordinis conſignata non eſt, ad Ius Canonicum, & Eccleſiaſticas inſtitutiones recurratur, & iuxta illas, Superiorum iudicio, ſententia proferatur.

Quandò recurrendum ad ius commune.

Facultas mitigandi pœnas.

Conceditur tamen Generalibus, & Provincialibus Prælatis, vt in caſu ſpeciali, atque ex cauſa rationabili, cum conſilio Diſcretorum Provinciæ, poſſint commutare pœnas huiuſmodi, atque etiam mitigare. Ex Toleti 1583.

Facultas eas gravandi.

Si quos autem Fratres invenerint dyſcolos, & contumaces, poterunt eoſdem gravioribus pœnis cogere, quàm ſint in his ſtatutis taxatæ, de conſilio Diſcretorum Provinciæ.

Pœnæ à Superiori impoſitæ ab inferiori non poſſunt alterari.

Pœnas autem in ſententijs per Superiorum impoſitas inferior relaxare, remittere, commutare, moderari, aut alterare non poſſit. Quòd ſi quis id temerè præſumpſerit, eiſdem pœnis ſubiaceat, aut graviùs etiam puniatur, Superioris arbitrio. Ex Salm. cap. 7.

In impoſitis à Diffinitorio, nec Provincialis, nec Commiſſarius, valet diſpenſare.

Nulli Miniſtro Provinciali, aut Commiſſario, etiam Generalium Prælatorum, liceat diſpenſare in ſententijs, & correctionibus, per Diffinitorium latis, abſque maioris partis Patrum eiuſdem Diffini- Ex Rom. 1611.

ni-

nitorij conſenſu, vel facultate Superioris Generalis, ad diſpenſandum, in ſcriptis conceſſa. Qui contrà fecerit, officio privetur.

Qua maturitate Superiores in remittẽdis pœnis, ab inferiore latis, agere debent.

Ex eiſdem, & Trid. ſeſſ. 25. de Reform. c. 18.

Superiores verò, pœnas ab inferioribus impoſitas non remittant, niſi magna publicæ vtilitatis ratione, aut alia vrgenti, & rationabili de cauſa, tùncque conſultò, magnaque conſideratione adhibita, cauſis cognitis, ac ſeriò conſideratis, vt Sacra Tridentina Synodo cautum eſt; ne vnicuique ad leges tranſgrediendas aditus aperiatur, ac delinquentibus incentivum erogetur.

Ipſorũ remiſſiones male obtẽtæ, quomodò examinandæ.

Ex Concil. Trid. ſeſſ. 22 c. 5. & Valliſ 1593.

Inſuper eiuſdem Sacri Concilij authoritatem ſecuti: ſtatuimus, vt ſi quis per ſubreptionem, aut obreptionem, abſolutionem, vel remiſsionem pœnarum ſibi inflictarum, vel infligendarum, extorſerit; Provincialis, ad quem ſpectat, de ſubreptione, & obreptione abſolutionis, vel remiſsionis huiuſmodi per ſe ipſum ſummariè recognoſcat; & ſi falſis precibus impetratã repererit, & per falſi narrationem, aut veri taciturnitatem, obtentam eſſe, legitimè conſtiterit; eam ſuſpendat, quouſquè Superiore admonito, ac informato, deſupèr ab eo fuerit proviſum, prout ei magis in Domino videbitur expedire.

CAP.

CAP. VIII.

De officijs, quibus Ordo regitur.

§. I. *De diſtributione Ordinis in Familias, Nationes, & Provincias.*

Partitio Ordinis in duas Familias.

Ex Conſtit. Antiq. & modern.

ORDO noſter per totum terrarum Orbem longè, latèque diffuſus, in duas Familias principaliter dividitur, quarum altera Ciſmontana, altera Ultramontana (reſpectivè ad locum, in quo loquens exiſtit) dicitur. Montes Alpes Familias dividunt, ſecundùm quòd Prouinciæ citra, vel vltra Alpes ſunt conſtitutæ, niſi aliquid ſpeciale pro aliqua Provincia, aut Conventu, ordinatum fuerit.

Utriuſque termini, & Jura obſeruanda ſunt.

Ex Toleti 1633.

Pro totius Ordinis, & Familiarum mutua pace; ſtatutum, ac ordinatum eſt, omninò, & inviolabiliter ſervari debere vtriuſque Familiæ terminos & iura, prout ab initio Religionis diſpoſita, & per ſequentia Capitula Generalia firmata ſunt. Quod ſummopere attendendum eſt, cùm in tali diviſione totius Ordinis regimen, & Bullæ vnionis obſervatio, quoad Prælatorum Generalium, & maiorum officialium electiones, fundetur.

Diviſio vnuſcuiuſque Familiæ in tres Nationes.

Ex Segovi. 1621.

Unaquæque Familia in tres Nationes dividitur. Noſtra Ciſmontana, in Hiſpanicam, Gallicam, & Germano-Belgicam. Ultramontana verò, in Lombardiam, Regniculam, & Ultramarinam. Diuiſio noſtræ Familiæ in tres præfatas Nationes cum earum terminis, & iuribus per Conſtitutiones

Or-

Digitized by Google

Ordinis præfixis, maximè attendenda, & obſervanda eſt, cùm ab ea plura ſtatuta, & electiones dependeant.

Subdiviſio ſingularum Nationum in Provincias.

Quænam Provinciæ, & Cuſtodiæ ad vnam, & quænam ad aliam Familiam pertineant, & quænam ad ſingulas Nationes Familiæ; in ſeriè, & ordine Provinciarum, cùm de conſeſſu vocalium in Capitulo Generali agatur, exactè declarabitur. Ex eiſdem.

Facultas erigendi, aut dividendi Provincias cui competat.

Nulla Provincia dividi, vel de novo erigi valet ſine Summi Pontificis authoritate, iuxta Decretum Domini Nicolai V. & ſine conſenſu vocalium in Capitulo Generali congregatorum. Ex Comp. privil. verb. *Provincia.*

Provinciæ de novo erectæ quomodò Superioribus providendum.

Quotieſcumque autem aliqua Provincia de novo erigitur, Reuerendiſsimus Pater Miniſter Generalis Miniſtrum Prouincialem, Cuſtodem, & Diffinitores, quos idoneos iudicaverit, inſtituet; vt ita Prouinciæ de novo erectæ vtilitati, & concordiæ meliùs conſulatur. Idemque fiat, reſpectiuè, in quacumque Cuſtodia noviter erecta. Ex Rom. 1612.

§. II. *De Miniſtro Generali totius Ordinis.*

Miniſter Generalis totius Ordinis, ex Regula vnus.

CUM Seraphicus Pater Noſter Franciſcus, ſuum Minorum Ordinem, ad analogiam Eccleſiæ, cum gubernio monarchico, inſtituerit; vnicum Miniſtrum Generalem, & Servum totius Fraternitatis, cui omnes Fratres firmiter obedire teneantur, ſemper habendum præcepit. Ex Regul. c. 8.

Solus electus ex obſervantibus talis eſt, & dicitur.

Et quamvis prædictus Ordo in varias Congregationes ſub diſtinctis Generalibus partitus ſit, nihilominùs Summus Pontifex Leo X. locum, ſigillum, & nomen Miniſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum, in ſolo electo ex Obſervantibus conſtituit, & firmauit; atquè adeò, Miniſter noſter in Concilijs Generalibus, & in Capella Bulla *Vnionis* Leon X.

Sum-

Summi Pontificis, eum locum habet, quo ante Ordinis diviſionem vnicus totius Ordinis Fratrum Minorum Miniſter Generalis potiebatur: propterea què prædictis titulo, & ſigillo Miniſtrum Generalem ex Obſervantia aſſumptum legitimè vſum fuiſſe, ac vti poſſe, Sacra Rituum Congregatio noviſſimè reſpondit, ac decrevit. Quare præfatum Miniſtrum Generalem admonemus, vt in capite ſuorum litterarum, ſemper titulo *Miniſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum*, abſque vlla limitatione, vtatur.

Titulo Miniſtri Generalis totius Ordinis ipſi vtendum,

Decretum S. Rit. Congr. die 21. Martij 1631.

Miniſter Generalis habet ordinariam authoritatem in Ordine ſummam, à qua nullus eximitur, cui omnes, vti Sancti Franciſci vero, ac legitimo ſucceſſori, firmiter obedire tenentur. Quæ authoritas, cùm ſit ſumma, quæ in vna perſona intra Ordinem haberi poteſt, ad omnia ſe extendit, niſi vbi à Sacris Canonibus, Concilijs, Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Capitulis Generalibus, limitata reperitur.

Miniſtri Generalis authoritas ſumma in Ordine.

Ex Regul & Vltram. c. 8.

Ex debito muneris, tenetur Miniſter Generalis totum Ordinem ſedulò, ac vigilanter, ad præſcriptum legum regere, obſervantiam Regulæ reſtituere, punire tranſgreſſores, bonos mores tueri, abuſus tollere, dyſcolos compellere, perfectos iuvare, ſingulis prodeſſe, & omnibus præire verbo, atque exemplo, ac proindè Regulam ipſam ſervare, & communem cum alijs, quantùm per occupationes officij licuerit, vitam ducere debet.

Eius munus, & debitum.

Ex Comp. Privileg.

Pro expeditione negotiorum, duos Secretarios Generales habebit, alterum ex Familia Ciſmontana, alterum ex Ultramontana; cum quibus negotia cuiuslibet Familiæ expediat, & eis arbitrio ſuo vti poterit: Tertium autem Secretarium habere non valet. Ultra duos Secretarios, habebit tantum

Ipſius Secretarij, & Familia.

Ex Salmant. c. 8. & Tol. 1583. & Roman. 1676.

tum

tùm eos ſocios, qui fuerint neceſſarij, itaut nullo modo ſocios habeat ſuperfluos.

Secreteriorum Generalium privilegia.

Præfati Secretarij Generales, dum actu ſuo munere funguntur, habeant præcedentiam immediatè poſt primum Provinciæ Patrem, iuxta ſuperiùs ſtatuta, & vocem activam, ſeu ſuffragium in Capitulo Generali. Qui autem per triennium præfato officio inſervierint, computentur inter Patres ſuarum Prouinciarum cum ſubrogatione, immediatè poſt Ex-Miniſtros Provinciales, & ſocium poſsint habere.

Sup. cap. 4. & ex Rom. 1587. & Roman. 1676. conſ. ſpec.

Miniſtri Generalis comitatus in itinere.

Miniſter verò Generalis in viſitatione Ordinis, quam facere debet, non deferat ſecum per vias magnum Fratrum comitatum; ſed tantùm Miniſter Prouinciæ, & Guardianus loci, à quo recedit, illum comitentur.

Ex Toleto 1583.

Ipſius in ſingulis Conventibus receptio.

In ſingulis Conventibus recipiatur prima vice à tota Communitate Fratrum occurrente ei ſolemni proceſsione, præcedente cruce, cum ceroferarijs, & terminante Guardiano, aut alio ex gravioribus Patribus, pluviali induto, ac cum cæteris ceremonijs Eccleſiaſticis, in Rituali Ordinis præſcriptis: & Fratres, canentes *Te Deum laudamus*, deducant eum ad medium ante Altare maximum, vbi genuflexi cantent Antiphonam *Salve Sancte Pater*, & dictis verſibus, & orationibus conſuetis, accedant ad Miniſtrum Generalem, in cornu Evangelij ſedentem, illius cum oſculo manus, benedictionem recepturi.

Ex eiſdem, & Valliſ. 1593.

Quomodo de neceſſarijs ipſi providendum.

Teneantur autem Provinciales eidem Generali Miniſtro, Secretarijs, ac ſocijs eius, providere à Conventu in Conventum, & à Provincia in Provinciam, de omnibus neceſſarijs.

Ex eiſdem.

Qua parcimonia, & modeſtia eis uti debeat.

Ipſe verò Generalis, frugali menſa vtatur, & domi, foriſquè, ita parcè, ac modeſtè in omnibus ſe gerat, vt ſanctæ paupertatis memor, loca non gra-

Ex Valliſ. 1593. iuxtà Conc. Trid. ſeſſ. 24. *de Reform.* c. 3.

Hh vet,

vet, proximos ædificet, & humilitatis modeſtiæ, parſimoniæ, ac ſanctitatis, tam in victu, quàm in veſtitu exemplar ſe præbeat.

Officij eius duratio.

Officium Miniſteriatus Generalis, iuxta conſtitutiones Apoſtolicas, eſt ſexenale, à Capitulo in Capitulum Generale durans; nec poteſt vltra protendi, niſi authoritate Apoſtolica, vrgenti ex cauſa, Capitulum differatur.

Ex Bulla *Vnionis* Leon X. & Conſt. Apoſt. Sixti V. *Circumſpecti* 1587.

Ad quænam negotia Ordinis eſt vocandus.

Miniſter autem Generalis, officio functus, ſit Pater, Diſcretus, ac Diffinitor perpetuus totius Ordinis, & pro tali ab vtraque Familia habeatur; qui propterea ad Capitulum Generale, & Generalem Congregationem, & ad Vicarij, & Vice-Commiſſarij Generalis electionem (ſi in ea Familia, & Natione, in qua moratur, eligendi ſunt) ac denique ad omnia ardua negotia vniverſum Ordinem concernentia, ſemper vocari debet.

In quibus Comitijs habeat votũ.

In omnibus item electionibus quibuſcumque, ac Diffinitorijs, Capitulis, & Congregationibus, tam Generalibus, quàm Provincialibus, votum conſultivum, deciſivum, & electivum, &, ſi per temporis vacantiam liceat, etiam paſsivum habeat in toto Ordine.

Ex Salmant. c. 8. & Vallis. 1593. & Vltram. c. 8. §. 10.

Eius ſocij, & habitatio.

Fratres duos moribus, & vita probatos, arbitrio ſuo ex qua voluerit Ordinis Provincia delectos, ſocios habere poſsit: & in qualibet Ordinis Provincia pro ſua manſione Conventum ſibi eligere valeat; nec licentiam à Guardiano ad egrediendum è Conventu petere teneatur.

Ex eiſdem.

Vt prædictis potiatur, ſufficit, quod fuerit Miniſter Generalis.

Vt autem Ex-Miniſter Generalis Pater, Diffinitor, & Diſcretus perpetuus totius Ordinis ſit, cæteriſque præmemoratis prærogativis potiatur, non eſt neceſſarium, quòd ſexennium, biennium, aut aliud determinatũ tempus in officio duraverit; ſed ſufficit, quòd verè totius Ordinis Miniſter Genera-

Ex Brev. Clem. X. *Exponi Nobis.* die 13. Septemb. ann. 1575.

ra-

alis fuerit, vt Conſtitutione Apoſtolica declaratum eſt.

§. III. *De Vicario Generali Ordinis.*

Officij Vicarij Generalis inſtitutio, & neceſsitas.

CUM ex Regula electio Miniſtri Generalis debeat fieri à Miniſtris Provincialibus, & Cuſtodibus in Capitulo Generali Pentecoſtes, & contigere poſsit, vt officiũ Miniſteriatus Generalis extra tẽpus illud Capitulo Generali celebrando præſcriptum, vacet; idcircò in Concilio Uiennenſi ſtatutũ eſt, vt eo in caſu, ne Religio legitimi Capitis gubernio eo tempore careat, eligatur Vicarius Generalis totius Ordinis, qui idẽ præſtet, quod per Miniſtrum Generalem faciendum erat vſque ad Capitulũ Generale, in quo novus Miniſter eligatur. Ex Reg c. 8. & Clem. *Exivi.*

Vicarij Generalis electio remiſsivè.

De modo autem, quo facienda eſt Vicarij Generalis electio, iuxta vtriuſque Familiæ in Generalibus Capitulis facta compromiſſa, agetur, cùm de electionibus, extra Capitula faciendis, tractabitur. Infr. cap. 9. à §.

Eius in officio duratio.

Vicarius Generalis Ordinis legitimè electus, ipſo facto manet in officio confirmatus; & in officio ipſo durabit vſque ad Capitulum Generale, in quo complendum erat ſexennium illius Miniſtri Generalis, propter cuius vacantiam electus fuit: non enim accelerandum eſt Capitulum Generale propter Miniſteriatus Generalis vacantiam, ſed à ſexennio in ſexennium tantummodò eſt celebrandum. Ex prim. Barch. Toloſ. & Toleta 1583. & Segov. 1611.

Ipſius authoritas.

Præfatus Vicarius Generalis habebit in vniverſum Ordinem eamdem authoritatem, & poteſtatis plenitudinem, quam haberet Miniſter Generalis; eademque in regimine, & gubernio Ordinis præſtare tenetur, atque ille tenebatur. Proindeque Ex eiſdẽ, & Salm. c. 8.

Secretarij. duos Secretarios Generales ad negotia expedienda aſſumet, quibus eædem prærogativæ conceduntur, ac ſi Miniſtro Generali in Officio inſervirent: Ipſique Vicario eadem obedientia, reverentia, ac obſequia exhibebuntur, quæ Miniſtro Generali exhibenda ſuperiùs ordinantur.

Exhibenda ipſi obſequia.

Ex Vicarij Generalis biennalis privilegia. Demùm Vicarius Generalis totius Ordinis officio functus, ſi per biennium integrum eo potitus vniverſum Ordinem moderatus fuerit, ſit Pater, Diſcretus, & Diffinitor perpetuus vtriuſque Familiæ cum eiſdem prærogativis Ex-MiniſtroGenerali conceſsis; inCapitulo tamen, in quo explet Vicariatum, in Commiſſarium Generalem Familiæ eligi non poſsit; ſin biennio minùs functus fuit Vicariatu Generali, eligi poterit in Commiſſarium Generalem, ſed Pater Ordinis non erit. Ex Salm. 1563. Valliſ. 1593. & Tolet. 1606.

§. IV. *De Commiſſario Generali Familiæ.*

Officij Commiſſarii Generalis Familiæ inſtitutio, & neceſsitas. QUIA Ordo noſter per vniverſum Orbem Chriſtianorum nimum in modum dilatus eſt, ne ob huiuſmodi amplitudinem debito paſtoralis regiminis careat beneficio, authoritate Apoſtolica decretum eſt, vt ſi Miniſter Generalis de Ultramontanis electus fuerit, vnus ſit Commiſſarius Generalis in partibus Ciſmontanis, à Miniſtris Prouincialibus, & Cuſtodibus Familiæ Ciſmontanæ eligendus in Capitulo Generali; & eodem modo fiat in Familia Ultramontana, quando Generalis Miniſter fuerit ex Ciſmontanis electus. Ex Bull. *Vnion.* Primis Barch. Toloſ. Salm. c. 8. & Tolet. 1583.

Cómiſſarij ipſius authoritas. Comiſſarius autem Generalis Familiæ habebit in ſua Familia eamdem authoritatem, quam Generalis Miniſter habet in vniverſum Ordinem. Ex eiſdem.

Eiuſdem ſubiectio Miniſtro Generali. Ita tamen, vt prædictus Comiſſarius Generalis Miniſtro Generali totius Ordinis omninò ſub- Ex eiſdem.

Digitized by Google

ſubijciatur, ſicut cæteri Ordinis Prælati ſubijciuntur, ac illi per omnia, ſecundùm Regulam, teneatur obedire.

Suum munus exercere valet ipſo Miniſtro præſente.

Poterit verò idem Commiſſarius Generalis ſuum munus exercere, etiamſi Generalis Miniſter exiſtat in Familia, ex qua præfatus Commiſſarius electus eſt, niſi Generalis Miniſter rationabili ex cauſa eidem ordinaverit, vt à negotijs quibuſdam, ſuo iudicio terminandis, abſtineat; aut aliquas Provincias per ſe, aut per ſuos Comiſſarios viſitandas ſuæ plenariæ iuriſdictioni reſervaverit. Ex eiſdem.

Familiā viſitare tenetur

Tempore, quo eius duraverit officium, vniverſam Familiam curæ ſuæ concreditam, per ſe, aut per ſuos Comiſſarios viſitabit; &, quantum per tempus licuerit, celebrationi Capitulorum Prouincialium aſsiſtet. Ex Salm. c. 8

Secretarium Generalē vnum habeat

Pro negotijs Familiæ expediendis, vnum tantum Secretarium Generalem habeat; qui conſeſſum immediatè poſt Secretarios Generalis Miniſtri teneat; & officio per triennium functus, Pater ſuæ Prouinciæ erit. Socios alios neceſſarios, & non ſuperfluos habebit. Ex Tolet. 1583.

Commiſſariatus ipſius duratio.

Præfatus Commiſſarius Generalis Familiæ per triennium ſolum, iuxta Conſtitutiones Apoſtolicas, Generalis Commiſſariatus fungetur officio: Ex Bull. Vnion. & Cōſt. Apoſt. Sixti V & ex Roman. 1676. conſ. ſpec.

Succeſſoris electio.

Quo triennio elapſo, nóvus Commiſſarius eligetur in Congregatione Generali celebranda in Familia, ex qua Miniſter Generalis non eſt, eo modo, quo, dum de ea agatur, exprimetur; in qua ipſe Commiſſarius Generalis explens officium votum activum habebit.

Ex Commiſſarij Generalis Familiæ privilegia.

Officio functus, Pater, Diſcretus, & Diffinitor perpetuus ſuæ Familiæ ſit; ac proinde ad Comitia Generalia, & ad ea omnia, ad quæ Patres Ordinis vocandi ſunt, debet etiam vocari, in quibus votum Ex Salm c. 8 Valliſ. 1563 & Tol. 1606

cun-

conſultivum, electivum, & deciſivum ſimiliter habeat, & alijs prærogativis, Patribus totius Ordinis conceſsis, in Familia ſua fruetur.

§. V. *De Vice-Commiſſario Generali Familiæ.*

Vice Cómiſſarius Generalis Familiæ quo caſu eligendus.

SI officium Commiſſarij Generalis Familiæ electi in Capitulo, vel Congregatione Generali, per mortem, aut alia ex cauſa, extra tempus Congregationis celebrandæ, vacaverit; fiat electio Vice-Commiſſarij Generalis Familiæ, eo modo, quo dùm de electionibus extra Capitula faciendis agetur, ordinabitur. Ex eiſdem.

Ipſius confirmatio.

Vice-Commiſſarius Generalis Familiæ hoc ipſo, quòd legitimè electus fuerit, virtute huius Conſtitutionis erit in officio ipſo confirmatus: atque adeò ſtatim ſuum officium exercere valebit, abſque vlteriori diligentia. Ex eiſdem.

Eiuſdem authoritas.

In officio duratio.

Vice-Commiſſarius Generalis ipſe habebit eamdem authoritatem, & plenitudinem poteſtatis, quam habebat Commiſſarius Generalis, in cuius locum ſuffectus eſt: durabitque in officio Vice-Commiſſariatus vſque ad Capitulum, aut Congregationem Generalem, vbi Commiſſarius ipſe ſuum erat officium completurus. Ex eiſdem.

Officio per bienniũ functi privilegia.

Qui quidem Vice-Commiſſarius Generalis officio functus, ſi Familiam per biennium integrum moderatus fuerit, ſit perpetuus Pater, Diffinitor, ac Diſcretus Familiæ; nec in Congregatione in Commiſſarium Generalem, nec in Capitulo in Miniſtrum Generalem, dùm expleverit officium, eligi poterit: ſi tamen minùs biennio Vice-Commiſſariatu potitus ſit, poterit tunc ad prædicta officia aſſumi, ſed Familiæ non erit Pater. Ex eiſdem.

§. VI.

Digitized by Google

§. VI. *De Commiſſario Generali Indiarum, & eius Vice-Commiſſario.*

Officij Commiſſarij Generalis Indiarum inſtitutio, & neceſſitas.

CUM Fratres apud Indos Occidentales conſiſtentes gubernari commodè non poſsint abſque continuo recurſu ad Hiſpaniarum Provincias, & ſine magnis expenſis à Catholico Rege factis; atque experimento depræhenſum ſit, non poſſe Indiarum negotia commodè expediri, niſi in Curia ipſius Regis Catholici reſideat vnus in gubernio expertus, ac probatus Pater, qui habeat vices Generalis Miniſtri; idcircò inſtitutum fuit officium Commiſſarij Generalis Indiarum in eadem curia conſiſtentis. Ex Tolet. 1583.

Cōmiſſarius iſte Miniſtro Generali ſit immediatè ſubiectus.

Commiſſarius iſte Generalis à Generali Miniſtro præficiendus, iuxta formam inferiùs declarandam, immediatè ſit ſubditus ipſi Generali Miniſtro in omnibus, & per omnia, ſicut cæteri Religionis Superiores, & nulli alteri Prælato, ſeu Superiori ſubditus, vel ſubiectus erit. Ex eiſdem. infrà cap. 9.

Commiſſarij ipſius authoritas remiſſivè.

De authoritate, & plenitudine poteſtatis, quam habet prædictus Commiſſarius Generalis Indiarum in Fratres, & Sorores, & in quos, & quomodò; & de eius Vice-Commiſſario qui Hiſpali reſidere debet, agetur in ſtatutis Generalibus pro Fratribus Indiarum, ſegregatim apponendis. In ſtat. Gen. pro Fratribus ad Prou. Ind. pert.

§. VII. *De Commiſſarijs Generalibus Delegatis.*

Cōmiſſarius Generalis Delegatus.

COMMISSARIUS Generalis Delegatus appellatur, qui per Patentes litteras Miniſtri Generalis, in eius abſentia, Familiam Ultramontanam, aut Ciſmontanam regit. Quod duplici in caſu accidere poteſt: Ex Segov. 1621 & Roman. 1651.

Pri-

Inſtitui poteſt caſu, quo Miniſter Generalis debeat abeſſe à ſua Familia.

Primus, ſi Generalis Miniſter à ſua Familia, ex qua electus eſt, debeat recedere, & ad aliam ſe transferre, poterit in dictis partibus Commiſſarium Generalem delegatum relinquere, qui Familiam ipſam in abſentia ſua regat; Ipſum autem inſtituet de conſilio aliquorum Diſcretorum alicuius Provinciæ, cùm difficilè, vel moraliter impoſsibile cenſendum ſit, ad hunc effectum, & conſimiles cauſas Diſcretos, & Patres Ordinis, ac Diffinitores convocare.

Ex Bull. Vnion. Leon X. & Segov. 1621.

Etiam caſu, quo Congregatio Generalis celebrari nō poſsit.

Secundus, ſi per bella, aut aliud impedimentum non poſsit commodè celebrari Congregatio Generalis in Familia, ex qua non eſt Miniſter Generalis, poterit idem Miniſter, de conſilio aliquorum Patrum, per ſuas litteras Patentes Commiſſarium Generalem, qui Familiam regat inſtituere, vel illummet, qui Commiſſariatum Generalem, iuxta Bullam *Vnionis* tùnc abſolvit, vel alium, quem idoneum iudicaverit.

Ex Toleta 1583.

Eius authoritas.

Commiſſarius Generalis prædictus, cùm purè delegatus ſit, non habet aliam authoritatem, aut facultatem, quàm illam, quæ in litteris ſuæ delegationis à Miniſtro Generali ſibi conceſſa fuerit.

Ex Rom. 1651.

Non eſt Prælatus Ordinarius, nec privilegia acquirit.

Hinc declaratur, præfatum Commiſſarium Generalem in vno, aut altero caſu ex præmiſsis ſic inſtitutum, non eſſe Prælatum ordinarium, nec habere votum in Capitulo Generali; nec ratione huius Commiſſariatus futurum Familiæ Patrem, neque potiturum præeminentijs, quibus Commiſſarij, aut Vice-Commiſſarij Generales per Capitulum, aut Congregationem Generalem electi fruuntur; quamvis vltra biennium Commiſſariatum delegatum exercuerit.

Ex Toleti 1583.

SI

Mortuo delegante, durat eius authoritas uſque ad electionem Vicarij.

Si verò tempore, quo præfatus Commiſſarius Generalis delegatus Familiam ob abſentiam Generalis Miniſtri gubernat, contingeret Miniſtrum ipſum Generalem mori; tunc Capitulum Generale decernit, præfatum Commiſſarium debere gubernare Familiam, iuxta litteras delegationis ſibi factæ, ex authoritate ipſius Capituli Generalis, vſque ad Vicarij Generalis electionem. Ex Rom. 1651.

§. VIII. *De Commiſſarijs Nationalibus.*

Cõmiſſarius Nationalis quis ſit, & quare inſtituatur.

COMMISSARIUS Nationalis eſt, qui à Generali Miniſtro, pro regendis alicuius Nationis Provincijs inſtituitur; vel ob nimiam earum diſtantiam, vel ob aliquod impedimentum, ratione cuius, nec Miniſter ipſe Generalis, nec Commiſſarius Generalis poſsit in eis opportunè munia, quæ à Superioribus Generalibus præſtanda ſunt, exhibere.

Apud Indos tres Cõmiſſarij Nationales inſtituendi.

Propter nimiam diſtantiam per Statuta Ordinis ordinatum eſt, vt apud Indos tres Commiſſarij Nationales inſtituantur; vnus pro Provincijs Novæ Hiſpaniæ; alter pro Provincijs Regni Peruani; & tertius pro Provincijs Indiæ Orientalis. Ex Toleti 1583. & Segov. 1621.

Eorum inſtitutio ad Miniſtrum Generalem privativè ſpectat.

Inſtitutio prædictorum Commiſſariorum ad ſolum Miniſtrum Generalem privativè ſpectat; cui enixè commendatur, vt probatos viros, tum zelo Religionis, tum gubernij experientia, tum etiam litteris, & virtutibus, ad prædicta munia eligat. Et ordinatur, vt eligendus, priùs fuerit in ſua Provincia functus ad minùs Diffinitoriatus officio, aut ſit Lector Iubilatus; alioquin privilegijs conceſsis ijs, qui prædicto Commiſſariatu functi ſunt, non gaudebit. Ex Victor. 1586. & Segov. 1621.

Ipſorum authoritas, & munia, remiſsivè.

De authoritate, munijs, duratione, & alijs ad prædictum officium pertinentibus, agitur in ſtatutis pro Indiarum Provincijs, ſeorſim apponendis. In ſtatut. Gen. Ind.

Poſt triennium functi officij, privilegia.

Qui aliquam prædictarum commiſsionum per trium annorum ſpatium laudabiliter, ac cum Superiorum approbatione, & ſatisfactione, exercuerit, ad propriam Provinciam reverſus illis privilegijs, ac præeminentijs potiatur in ea, quibus vtuntur, & fruuntur, qui ibidem fuerunt Provinciales, in gradu ſtatuto in *§. De præcedentia.* Ex eiſdem.

Commiſſarij Nationales Belgij, & Germaniæ.

Ex antiqua Ordinis conſuetudine inſtituuntur à Miniſtro Generali alij duo Commiſſarij Nationales, vnus pro Natione Germano-Belgica, alius pro ſuperiori Germania. Electio ipſorum etiam ad Miniſtrum Generalem ſolum privativè pertinet. Et eligendus ad aliquam illarum commiſsionum debet eſſe filius illarum Provinciarum, quæ ſunt ſub obedientia commiſsionis illius, ad quam promovetur. Ex Rom. 1651.

Eorum authoritas.

Declaratur autem, præfatos Commiſſarios Nationales nullam aliam habere authoritatem, quàm illam, quæ illis conceditur per litteras delegationis, ſeu inſtitutionis: Undè ex vi officij non habent authoritatem recipiendi Novitios, licentiandi Fratres extra Nationem, neque advocandi ad ſe cauſas in prima inſtantia, tametſi in litteris commiſsionis ponatur clauſula, *cum plenitudine poteſtatis.* Ex eiſdem.

Commiſſario Belgico ius erit authoritatem ſuam alteri ſubdelegare: attamen ſubdelegatus non habebit in electionibus votum, quo fruitur ipſe Commiſſarius. Ex Rom. 1639.

Congregationes intermedias, ex vi ſui muneris, cogere nequit, ſed in eis celebrandis ſtandum ſtatutorum generalium diſpoſitioni.

Mul-

Multò minùs valeat Congregationes Nationales cogere, aut celebrare, ſub nullitate facti, & cuiuſvis inde ſecuti.

Eiſdem Commiſſarijs Nationalibus præcipitur, vt ſingulis annis rationem reddant Miniſtro Generali, vel Commiſſario Generali Familiæ, de Capitulis in Provincijs ſibi commiſsis celebratis, & de rebus præcipuis intra, vel extra Capitulum determinatis: & aliter facientes ſuſpendantur ab officio ad arbitrium Superioris Generalis, ipſique Commiſſarij huiuſmodi in Capitulis, & Congregationibus Generalibus ſubiaceant ſyndicationi, ſicut, & alij Superiores Generales. Ex Tolet. 1658.

Cómiſſariatus duratio, abſquè privilegijs.

Officium iſtorum Commiſſariorum non extendatur vltra triennium. Et Commiſſarij, qui eo functi ſunt, expleta commiſsione, remanent in illo gradu, in quo erant ante illam, ſine vlla præeminentia, etiamſi pluſquàm biennio gubernaverint. Ex Rom. 1639. & Rom. 1651.

§. IX. *De Procuratore Generali Ordinis, & Curiæ Romanæ Commiſſario.*

Officialium Curiæ Romanæ inſtitutio.

A PRIMO Religionis noſtræ ſæculo, conſuetum habemus inſtituere in SummiPontificis Curia vnum Procuratorem Generalem Ordinis, qui eius negotia apud Sanctam Sedem peragat. Propter amplitudinem tamen Ordinis, & cauſarum pro diverſis Nationibus varietatem; in Conſtitutionibus Benedicti XII. ſtatutum eſt, vt ſi præfatus Procuratur eſſet Ciſmontanus, aſsignaretur ei in officio ſocius Ultramontanus; & è converſo. Atque hinc ortum habuit negotiorum Ordinis, in Curia, inter duos partitio: quæ poſtmodùm ſtatutis Generalibus ita eſt ſtabilita, vt duo Curiæ Romanæ officiales ex vna, & altera Familia inſtitue- Ex Conſtit. Ap. Benedicti XII. ann. 1334. c. 14. Ex Salm. c. 8. Tol. 1583 & Valliſ. 1593.

rentur, quorum alter (alternando inter Familias) abſolutè Procurator Ordinis eſſet, alter Commiſſarius Curiæ diceretur.

Procuratoris Generalis Ordinis officium, & munia.

Procurator Generalis Ordinis ſemper inſtituatur de eadem Familia, ex qua aſſumptus eſt Miniſter Generalis. Ad eum ſpectat in Capella Summi Pontificis, loco Ordini Noſtro conceſſo, congruis temporibus aſsiſtere, in ea diebus nobis conſignatis orare, atque etiam publicas inſtantias facere, quæ coram ſua Sanctitate fieri ſolent, pro actu Beatificationis, vel Canonizationis ſervorum Dei ex noſtra Religione, cuiuſcumque ipſi ſervi Dei Familiæ extiterint; ac demùm negotia ſolius ſuæ Familiæ abſolvere.

Ex Salm. c. 8 Tol. 1583 & Roman. 1676. conſ. ſpec.

Cómiſſarij Romanæ Curiæ item.

Commiſſarius verò Romanæ Curiæ ex altera Familia inſtituatur. Ad quem ſolummodo pertinet ſuæ Familiæ negotia peragere.

Ex eiſdem. Salm. & Tolet.

Qualitatis aſſumendorum ad hæc officia.

Ad hæc officia aſſumantur viri graves, prudentes, docti, ac rerum agendarum vſu periti, & qui ſuis muneribus dignè, & laudabiliter cum totius Ordinis honore, ac communi vtilitate ſatisfacere poſsint: nulluſque inſtituatur, niſi priùs Provincialatus officio functus fuerit, vel ad minùs Lector Iubilatus, & Cuſtos, aut Diffinitor ſuæ Provinciæ fuerit, & hoc indiſpenſabiliter.

Ex Rom. 1587. & Vallis. 1661. mode ratis.

Officiales ipſi cui ſubdantur.

Præfati Curiæ Officiales ſubditi ſint obedientiæ Commiſſarij Generalis illius Familiæ, ſive ordinarij, ſive delegati, dùm ab illis partibus Miniſter Generalis abfuerit: Ipſo enim in Familia exiſtente, ei immediatè ſubiecti ſunt. Ita autem in præfata abſentia Commiſſario Generali illius Familiæ ſubditi ſint, vt ab ipſo poſsint corrigi, etiam vſque ad ſuſpenſionem à ſuis officijs, ſaltèm quoadvſque ea de re fuerit factus certior Miniſter Generalis.

Ex Salm. & Tol. citatis.

Al-

Prælatis Provinciali, aut locali, nec ipſi, nec ſocij ſubijciuntur.

Alteri tamen Prælato, ſive Provinciali, ſive locali, nec ipſi, nec eorum ſocij ſubijciuntur; ſed, vt dictum eſt, Generali Miniſtro, aut Commiſſario Generali Familiæ tantùm, immediatè erunt ſubiecti.

Quivis officialis Curiæ, vnum Secretarium & ſocium aſſumat.

Secretariorum qualitates, & privilegia.

Ex Conſtit. Apoſt. Vrb. VIII. 1635. & 1641. & ex Roman. 1639. & Tolet. 1645.

Quivis eorum aſſumet ſibi, pro arbitrio, vnum Secretarium, & alium ſocium ex quacumque Provincia ſuæ Familiæ, quam maluerit, eligendos: Secretarij autē ipſi (ſi priùs per ſexenniū Prædicatoris principalis in aliquo Conventu officiū exercuerint, vel per completum triennium legerint Theologiam, vel per triennium officio Guardianatus laudabiliter functi fuerint) poſtquàm prædictum Secretariatus officium per triennium expleverint, gaudeant in ſuis Provincijs immunitatibus, & privilegijs eorum, qui ibi Diffinitores extiterunt; ſed ſemper poſt eos, qui per electionem Diffinitores fuerunt, vel poſteà exiſtent.

Expeditio omnium negotiorū Ordinis ad ipſos ſpectat.

Ex Salm. & Tolet. cit.

Ad prædictos Curiæ Officiales, Procuratorem ſcilicèt, & Commiſſarium reſpectivè, pertinet omnia Ordinis negotia expedire: proptereàque nullus alius Frater, cuiuſcumque gradus, & conditionis exiſtat, ſub pœna privationis actuum legitimorum, ſe intromittere in eiſdem poſsit, aut aliquod negotium in Curia tractare ſine illorum licentia, & aſſenſu.

Etiam gratiarū procuratio.

Ex eiſdē, & Rom. 1676. conſ. ſpec.

Et ſub eadem pœna præcipitur, nè quis, præter prædictos, procurare audeat aliquam gratiam in præfata Curia, ſtatum Familiæ noſtræ concernentem. Immò omnibus Procuratoribus particularibus cauſarum Beatificationis iniungitur, vt nihil in ipſis cauſis agere præſumant, inconſulto Procuratore, vel Commiſſario Curiæ, reſpectivè.

In cauſis ſanctorum ſunt conſulendi.

Pro-

Ad ipſos omnia negotia Provinciarũ tia tranſmittenda.

Provinciales autem Miniſtri omnia negotia ſuorum, reſpectivè, Provinciarum in Curia Romana tractanda, tam quæ ad Fratres, quam quæ ad Moniales pertinent, ad ipſos officiales expedienda tranſmitti curent; & ſi pro aliquibus vrgentioribus aliquis Frater mittendus ſi, ad officialem Curiæ ſuæ reſpectivè Familiæ, ipſum dirigant. Ex eiſdem. Salm. & Tolet.

Pœna in vtētes Procuratore ſæculari in Curia Romana.

Si quis autem Provincialis, aut quivis alius Religioſus Procuratorem ſæcularem inſtituerit pro negotijs Prouinciæ, aut particularibus in Curia Romana pertractandis, privatione vocis activæ, & paſsivæ puniatur, taleſque inſtitutiones nullæ ſint, atque invalidæ. Ex Rom. 1664.

Officiales ipſi, negotijs ſæcularium, &c. non ſe implicēt.

Præfati verò officiales Curiæ nullo modo ſe ingerant in agendis ſæcularium negotijs, nec ſe intromittant in regimine Provinciarum; ſed curent, ac ſolicitent, vt, iuxta ſtatuta Ordinis, gubernari permittantur. Ex eiſdem.

Nihil Ordinem vniverſum concernens inſcio Miniſtro, faciant.

Nec aliquid tangens totum Ordinem, aut eius libertatem coarctans, poſsint abſque Generalis Miniſtri ſcitu, & expreſſa licentia procurare, atque procurari permittere. Ex eiſdem.

Accedentes ad Curiam, ipſis ſe debent præſentare, & negotia exponere.

Fratres hoſpites ad Curiam Romanam cum legitima licentia accedentes, ſtatim ſe procuratori, vel Commiſſario, reſpectivè, præſentare tenentur; ipſique negotia, propter quæ acceſſerunt, exponere: & quamprimùm negotia ipſa expedita fuerint, vel in ſtatu poſita, quo commodè per officialem Curiæ expediri poſsint, recedere omninò debent. Ex eiſdem.

Officialibus quid erga accedentes agendum.

Officiales verò prædicti præfatos Fratres, ad eorum præſentiam cum obedientia accedentes, ad nullam aliam Provinciam, niſi ad propriam deſtinare poſſunt, nec eos ipſos in Curia diutiùs retine- Ex eiſdem.

re,

ſe, quàm negotia eorum, vt ſuprà expedienda, requirant.

Circa exercitium iuriſdictionis officialium in forenſes, obſeruentur decreta.

Circa abſolutionem apoſtatarum ad Curiam accedentium, ſubiectionem Fratrum forenſium manentium in Conventu Aracœlitano, licentiam egrediendi è domo, & alia huiuſmodi, obſervent prædicti officiales ea, quæ in decretis Superiorum in regeſtis eiuſdem Curiæ contentis, circà prædicta obſervanda mandantur, aut in poſterum mandabuntur. *In decretis Regeſtorũ.*

Apoſtatas ad proprias Prouincias remmittant.

Illud autem eiſdem diſtrictè præcipitur, vt apoſtatas ad proprias Prouincias directè remittant, vt in ipſis debitas pœnas luant. *Ex Tolet. 1583.*

Regeſtum à quovis officiali formandum.

Unuſquiſque eorum regeſtum de omnibus, quæ tempore ſui officij circa Ordinem, ac Fratres, geſta, decreta, aut ordinata ſunt in ipſa Curia, formet; vbi prædicta omnia congruenti claritate, & diſtinctione, latino idiomate ſcribantur. *Pro eiſdem.*

Litteræ Apoſtolicæ ad Ordinẽ pertinentes, ab ipſis impreſſæ ad Prouincias mittendæ.

Curent præterea quàm diligentiſsimè, vt Brevia, Motus proprij, & Bullæ Apoſtolicæ, quæ ad noſtrum Ordinem quovis modo pertinent, anteà edita, & in poſterùm edenda, prælo dentur, & ad ſingulas Prouincias opportunè mittantur. *Pariſ. 1579.*

Ad officialem Curiæ noſtræ Familiæ pertinent Indiarum negotia.

Declarat Capitulum Generale, Procuratorem, vel Commiſſarium Romanæ Curiæ pro noſtra Ciſmontana Familia deſignatum, pro omnibus præfata Familiæ Provincijs, etiam Indiarum, tam Occidentis, quàm Orientis intelligi debere conſtitutum. Quapropter Indicis Provincijs præcipitur, vt ad prædictum Procuratorem, vel Commiſſarium immediatè tranſmittant negotia in Romana Curia tractanda. *Ex Rom. 1612.*

Si particularis Procurator mittatur, quomodo dirigendus.

Quòd ſi aliquod tanti ponderis fuerit, vt ad eius expeditionem neceſſe ſit aliquem Fratrem ex Indicis Prouincijs deſtinari, is primùm ad Commiſ- *Ex eiſdem.*

miſſarium Generalem Indiarum in Curia Regis Catholici reſidentem, dirigatur; vt ab eo licentiam, & litteras pro negotijs tractandis, ad officialem Curiæ, recipiat.

Subſidia officialibus, à Provincialibus mittenda.

Et quia Procurator Generalis, ſeu Commiſſarius Curiæ pro tempore, plures faciunt expenſas in ſuis officijs adminiſtrandis, præcipimus, vt ſinguli Miniſtri Provinciales, ſecundùm poſsibilitatem ſuæ, reſpectivè, Provinciæ, eleemoſynam competentem ad officialem pro ſua Familia in Curia Romana reſidentem mittant. Prælati autem Generales curabunt, vt hoc ſubſidium debitè, & opportuno tempore perſolvatur.

Ex Tolet. 1683.

Officiorum Romanæ Curiæ duratio.

Officium Procuratoris Generalis, & Commiſſarij Curiæ, triennale eſt, nec quiſquam eorum vltra triennium in ſuo poterit continuari officio.

Ex eiſdem.

Officiales, quam vocē habent in Comitijs Generalibus.

Procurator Generalis, & Curiæ Commiſſarius, ad Capitulum Generale accedere tenentur, in quo vocem activam habebunt in omnibus electionibus, & Diffinitorijs Capituli, tam ante electiones, quàm poſt electiones celebratis, eo excepto actu, in quo ſyndicantur.

Ex eiſdem, & Cōſt. Ap. Greg XIII. *Conſuevit.* & Roman. 1587.

Accedente Procuratore ad Capitulū extra Vrbem eius officiū vacat.

Ne autem per abſentiam Procuratoris Ordinis à Romana Curia vniverſus Ordo proprio, ac legitimo Procuratore ad tempus deſtituatur; ſtatuitur, vt quoties Capitulum Generale extra vrbem celebrari contigerit, Procurator Ordinis ad Capitulum profecturus, eo ipſo, quòd ab vrbe diſcedat, cenſeatur functus officio ſuo, & tanquàm immediatus Ex-Procurator, ſeu Procuratoris pro Capitulo ſubſtitutus ad Capitulum accedat, in quo, vi huius ſtatuti, præcedentiam habebit, & votum in electionibus, & Diffinitorijs Generalibus Capituli, non ſecùs ac ſi actualis Procurator exiſtat.

Ex Tolet. 1658.

Ad

Ob hanc vacantiã novus Procurator eſt inſtituendus, qui maneat in Curia.

Ad hæc ſtatuitur, vt quàmprimùm Miniſter Generalis Convocatorias pro Capitulo Generali miſerit, curet inſtituere Patrem habentem qualitates ſuprà memoratas in Procuratorem Generalem Ordinis, & illum ad Romanam Curiam mittere pro tempore, quo Procurator ad Capitulum Generale diſceſſurus eſt. Et Pater pro hoc munere à Miniſtro Generali inſtitutus, hoc ipſo, quòd Procurator ab Vrbe diſcedat, non iam Vice-Procurator, ſed verè, & propriè totius Ordinis Procurator erit: qui à Curia Romana non poterit recedere, duraturus quidem in officio dum alius à Miniſtro Generali de novo electus, ad Romanam Curiam non acceſſerit. Ex eiſdem.

Officialium Curiæ officijs functorum privilegia.

Procurator Generalis, & Commiſſarius Curiæ, officio functi, ſi per duos annos integros ipſa laudabiliter exercuerint, ſint Patres ſuarum Provinciarum, cum iure ſubrogandi in gradu, & loco, quo *§. de præcedentia* manet ſtatutum: Si verò biennium in officio non compleverunt, Patres, ratione iſtorum officiorum, non ſint; poterunt tamen de novo ad ea ſine vacantia inſtitui. Ex eiſdem.

§. X. De Procuratoribus, ſeu Commiſſarijs in Curijs Regum reſidentibus.

Commiſſariorum Curiarum Regalium inſtitutio.

CUM in Regijs Curijs plurima ſe offerant & Ordinis, & Provinciarum, ac Conventuum negotia pertractanda, plurimaque occurrere ſoleant præcavenda; & nec in illis conſiſtentes Conventus, advenientium pro ſingulis negotijs Fratrum onus ſuſtinere, nec Guardiani gubernij ordinarij eorum occupationibus præpediti, tot implicari, & ad omnia, quæ præcipuè extra domum accidunt, attendere commodè valeant: ſatis conſultum eſt, vt in præfatis Curijs Commiſſarius,

ſeu Procurator Curiæ, à Prælatis Generalibus inſtituatur, cui præmiſſorum cura ſpecialiter demandetur.

Commiſſarij Curiæ Matritenſis ſpecialiter neceſsitas.

Et quia multiplici experientia neceſsitas huius officij in Curia Regis Catholici Patribus noſtris comperta fuerit, iam dudum in Capitulis Generalibus ſtatutum eſt, vt à Miniſtro, vel Commiſſario Generali, probus aliquis, & expertus Pater (alius à Guardiano Conventus) præfatæ Curiæ Commiſſarius inſtituatur, qui occurrentium negotiorum expeditioni, & aliarum rerum curæ ſedulò invigilet. Ex Rom. 1587.

Facultas ipſi conceſſa ad negotia peragenda.

Commiſſario Curiæ ſic inſtituto conceditur à toto Capitulo Generali plena, & vniverſalis facultas (in quantum cum noſtro ſtatu, & ſtatutis ſtare poſsit) ad omnia, & ſingula Ordinis, tam Fratrum, quàm Monialium negotia peragenda, & in omnibus inſtantijs coram quibuſcumque Iudicibus, ac Tribunalibus in eadem Curia exiſtentibus, ſive ſæcularibus, ſive Eccleſiaſticis, vſque ad vltimam deciſionem proſequenda. Ex Seg. 1611.

Contra Fratres negotiorum gratia accedere volentes.

Inſupèr præfatus Curiæ Commiſſarius dabit operam, ne quis Fratrum, expediendorum negotiorum gratia, ad Curiam accedat, vt interim excuſabiles Fratrum diſcurſus evitentur. Ex Rom. 1587.

In accedentes apoſtatas.

Quapropter Commiſſarius idem facultatem habeat capiendi, & incarcerandi omnes apoſtatas, ad Curiam Regiam accedentes, qui à Guardiano Conventus abſolvantur, & ad ſuas Provincias, de Conventu in Conventum remittantur, cum litteris teſtimonialibus facti. Ex Seg. 1611.

In manentes apud ſæculares.

Fratres etiam quoſcumque, qui ad diverſoria, ſive ad ſæcularium domus in Curia Regia ſe receperint, Commiſſarius prædictus ad Conventum deducere curabit, & renuentes accedere compellet, Ex eiſdem.

vt

vt ad ſuas Provincias, & Conventus à Guardiano tranſmittantur.

In accedentes legitimè negotiorum gratia.

Fratres verò, qui ad negotia tractanda Curiam Regalem acceſſerint, etſi Guardiano in omnibus ſint ſubditi, nihilominùs teneantur prædicto Commiſſario ſe præſentare, eidemque notitiam negotiorum cum proceſsibus, & ſcripturis exhibere: Commiſſariuſquè teneatur illos, & illorum negotia, quàm citiùs poterit, expedire. Ex eiſdem

Sine licentia Prælati Generalis, nullus accedere poteſt.

Neque ſine ſpeciali licentia Miniſtri, aut Commiſſarij Generalis liceat alicui Fratri diſtinctæ Provinciæ, pro cuiuslibet negotij expeditione, aut alia cauſa, ad Regiam Curiam accedere, niſi in caſu, quo intra Nationem nullus Superior Generalis aſſiſtat, iuxta ſuperiùs ſtatuta. Ex Tolet. 1658. ſupra cap 6 §. 3.

Cōmiſſarius ipſe duos ſocios poſsit habere.

Pro negotiorum omnium diligenti expeditione præfatus Commiſſarius Curiæ duos ſocios Fratres poſsit habere, qui ſint probatæ vitæ, & in negotijs verſati; qui ſi deliquerint, à Guardiano puniri debent: in cæteris verò, & maximè in negotiorum cura, & ſolicitudine, ipſi Commiſſario ſubijciantur. Ex Segov. 1621.

Ipſius privilegia, dum officio fungitur.

Et vt aliqua præmiſsis labori, & ſolicitudini merces correſpondeat, conceditur Commiſſarijs Curiæ, vt dùm actu ſuum munus exequuntur, in ſuis Provincijs ad Capitulum voce activa, & paſſiva gaudeant; habeantq; conſeſſum, etiam in alijs Provincijs, immediatè poſt Lectores Iubilatos. Ex Seg cit. & Valliſ. 1593. & Roman. 1639. & Valliſ. 1670.

In quavis Regia Curia poteſt vnicus Cōmiſſarius inſtitui.

In quacumque alia Regia Curia, vbi Rex aulam ſuam teneat, poſsit Miniſter, aut Commiſſarius Generalis, inſtituere vnicum Commiſſarium Curiæ, cui per litteras Patentes inſtitutionis, facultatem opportunam concedat faciendi, & exequendi illa ex præmiſsis, quæ pro Curiæ ratione, & neceſsitate expedire iudicaverit. Ex Tolet. 1658.

 Huic

Huius Cómiſſarij privilegia.

Huic vnico Commiſſario in Curia Regia habitationis Regis conſiſtenti, præfata privilegia vocis activæ, & paſsivæ in Capitulo Provinciali ſuæ Provinciæ, & conſeſſus immediatè poſt Lectores Iubilatos conceduntur: Qui tamen Commiſſarij ſolummodò per triennium in officio durabunt.

Ex Rom. 1676. conf. ſpec.

Curent ſinguli Prouinciales, vt in libro Provinciæ, de quo ſuprà egimus, ſcribantur omnia, quæ à die, in qua electi ſunt, ordinata fuerint, tam in Capitulo Prouinciali, quàm in Congregatione, & cæteris Diffinitorijs, & quævis negotia, quæ alicuius ponderis ſint, vt in Archiuio Provinciæ perpetuò; ſerventur; & ſimiliter, vt in alio libro prolatæ contra criminoſos ſententiæ ſcribantur, & vt delinquentibus mortuis, latæ contra eos ſententiæ deleantur. Ex Salm.c.8

Regeſtum manuale apud ſe habẽdum.

Habeat etiam apud ſe regeſtum manuale, in quo taxatio numeri Fratrum, & Monialium Prouinciæ, à Prouincia ipſa facta, & dotis conſignatæ pro vnaquaque Moniali, in ſingulis Monaſterijs recipienda, fideliter ſcribantur, & nomina Fratrum viuentium in ſingulis Conventibus, & eorum, qui in ſuo triennio è vita ceſſerunt, diſtinctè annotentur. Ex ſtatutis ſup.c.4.§.1.

Miniſteriatus Provincialis duratio.

Omnes Miniſtri Provinciales erunt triennales, ſecundùm antiquas Ordinis Conſtitutiones, & Apoſtolica decreta à Sixto V. innovata; nec poſſunt vltrà continuari, niſi Prælati Generales, Capitulum Provinciale per ſex menſes, vltra triennium celebrandum, differant; tunc enim per illud tempus poſſunt etiam durare vltrà triennium Provinciales. Ex Bull. Leõ X & ex Lavallenſibus. 1595 Salm. c.8. & Rom. 1612.

Digitized by Google

De expletione ſui triennij ante ſex menſes debent Generalem monere

Ex Tolet. 1583.

Tenentur autem ante ſex menſes expletionis triennij ſui officij, Prælatum Generalem monere de die in qua triennium ipſum expletur, vt poſsit commodiùs de illius Prouinciæ viſitatione deliberare.

Punitiones ad aduentū vſque Generalis non differant.

Ex Vallis. 1593.

Provinciales ipſi Miniſtri ad adventum Generalium vſque, punitiones delinquentium non differant, ſed ſecundum Ordinis, ac Prouinciarum ſtatuta, de Patrum Diffinitorij conſilio, & aſſenſu, vbi opus ſit, eos pro eorum demeritis punire teneantur, ſub pœna privationis officij, ſuperiorum arbitrio, negligentibus infligenda.

§. XV. *De Vicarijs Provincialibus.*

Vicarij Prouinciales, quinam ſint

Ex Rom. 1639. conf. ſpec.

VICARIJ Prouinciales dicuntur, qui, vacante intra triennium Capitulare officio Miniſtri, morte, vel alia cauſa, ad regendam Prouinciam, vſque ad Capituli celebrationem, in Superiores, vice defuncti, eliguntur.

Eorum authoritas, & munia.

Pro eiſdem.

Vicarij Prouinciales eamdem authoritatem in omnibus, & per omnia tempore ſui Vicariatus habeant, quam habebat Provincialis Miniſter, eiſdemque oneribus, ac obligationibus gravantur.

Vicariatus Prouincialis duratio.

Ex Rom. 1639. conf. ſpec & Rom. 1651.

Regimen aut officium Vicarij Provincialis vſque ad Capituli Provincialis celebrationem durabit: Capitulum autem pro Superiorum Generalium arbitrio anticipari poterit, vel prorogari; dummodò tempus legibus præſcriptum non excedatur, iuxta inferiùs dicenda, dùm de Capitulis fiat.

Vicarij Prouincialis officio functi privilegia.

Ex eiſdem. ſub eadem conſtr.

Abſoluto Vicariatus Provincialis officio, qui per biennium integrum in officio ipſo extiterunt, non poſſunt eligi in Provinciales Miniſtros, niſi poſt triennij vacationem; Patrum tamen Provinciæ pri-

privilegijs gaudebunt poſt omnes, qui Miniſtri Provinciales anteà fuerunt, vel poſtmodùm extiterint. Qui verò minùs biennio in officio Vicariatus extiterunt, nullo privilegio gaudeant; poterunt tamen in Miniſtros Provinciales eligi abſque vllo vacationis interſtitio.

Ex Vicarij biennales habent votum Ex Provincialis immediati.

Ex Rom. 1663.

Vicarij Provinciales, qui integro biennio Vicariatus officio potiti ſunt, gaudent privilegio Ex-Provincialis immediati, & iuxta Conſtitutionem Apoſtolicam Vrbani VIII. debent ingredi Diffinitorium, tanquàm ſi fuiſſent Miniſtri Provinciales; non poterunt tamen immediatè eligi in Diffinitores Provinciæ, ſicut nec Miniſtri.

§. XVI. *De Commiſſarijs Provinciarum.*

Cōmiſſarij Provinciarum, quinā ſint.

Ex Tolet. 1583.

COMMISSARIOS Provinciarum appellamús eos, qui non ratione vacantiæ Miniſteriatus, intra triennium, ſed ratione expletionis triennij ante Capitulum, aut ratione abſentiæ Miniſtri, ex eadem Provincia, ad eam gubernandam aſſumuntur.

Expleto tēpore Miniſteriatus ante Capitulum, Provincialis non manet Miniſter.

Ex Aſsiſienſibus 1526 & Salm. c. 8.

Poſtquàm enim Miniſter Provincialis ſuum triénium, & ſex menſes (per quos, iuxta ſuperiùs dicta, poteſt differri Capitulum) Provincialatus abſolverit, iuxta Conſtitutiones Apoſtolicas, nec eſt, nec poteſt vocari Miniſter Provincialis.

Manet tamē Comiſſarius Proviuciæ.

Ex eiſdem, & Tol. 1658.

Ne autem Provincia tunc ſine gubernio maneret, authoritate Capituli Generalis, idem qui fuit Miniſter, Commiſſarius Provinciæ ad gubernandam eam inſtituitur; qui proinde à die, quo præfatum tempus expleverit, non Miniſter Provincialis, ſed Commiſſarius Provinciæ appelletur; nec in Capitulo Provinciali immediato votum

ha-

habeat, niſi aliundè ipſi competat, vel legitimè à Superiori conferatur.

Ob abſentiam Miniſtri, Comiſſarius Provinciæ eligendus.

Quoties item Miniſter Provincialis, vel ratione acceſſus ad Capitulum Generale, vel alia de cauſa, à Provincia diſceſſurus eſt, neceſſariò eſt inſtituendus (Diffinitorij ſuffragijs) aliquis Pater, qui Prouinciam regat, qui proindè Commiſſarius Provinciæ dicitur. Ex Rom. 1587. & Roman. 1651.

Mortuo Miniſtro abſente Commiſſarius tranſit in Vicarium.

Verùm ſi in abſentia à Provincia Miniſter Prouincialis obierit, vel quacumque ex cauſa eius officium vacauerit, idem Commiſſarius Provinciæ, ſine alia electione, debet continuare officium vſque ad celebrationem Capituli cum titulo, & prærogativis Vicarij Provincialis. Ex Rom. 1639. conf. ſpec. & Rom. 1651.

Mortuo Cõmiſſario Pater dignior fit Cõmiſſarius.

Si verò in abſentia Miniſtri Provincialis Commiſſarius Provinciæ, qui in eius gubernio remanſerat, moriatur; tunc ſine aliqua electione regimen Prouinciæ deveniet ad digniorem Patrem ipſius, cum authoritate, & titulo Commiſſarij Provinciæ vſque ad Prouincialis regreſſum. Ex eiſdem.

Et ſi Miniſter moriatur, in Vicarium tranſit.

Si demùm (gubernante, vt Commiſſario, digniore Patre) contingat, vt abſens à Provincia Miniſter Provincialis moriatur; tunc Pater ille dignior, qui Commiſſarius erat, cum titulo, & authoritate Vicarij Provincialis vſque ad Capitulum gubernet. Ex Rom. 1651.

§. XVII. *De Viſitatoribus Prouinciarum.*

Neceſsitas inſtituendi Viſitatores.

CUM Prælati Generales ex debito ſui officij omnes ſibi concreditas Prouincias viſitare bebeant, idque per ſemetipſos intra ſuorum officiorum tempus cum deſcenſu ad ſingulos Conventus præſtare non poſsint; ſtatutum eſt, vt vbi per ſe Ex Salm. c. 8 & ex Bull. V mon. & ex Aquil. 1559.

non

non poſſunt, per alios probatos Patres à ſe ad id miſſos perficiant: Hoſque ſic à Prælatis Generalibus pro viſitatione Prouinciæ alicuius miſſos, Viſitatores Provinciarum appellamus.

Sine prævia viſitatione, authoritate Generalis facta, nequit fieri Capitulum.

Nullibi Capitulum Provinciale celebretur, abſque eo, quòd præcedat viſitatio, vel ab ipſis Prælatis Generalibus facta, vel ab alio, de eorum commiſsione. Monemus tamen Generales Prælatos, vt Capitulorum Provincialium præſidentiam non committant; ſed, quantum poſsibile fuerit, ipſimet ad ea celebranda perſonaliter accedant. Ex eiſdem, & Tol. 1606 & 1583.

Viſitator ſit ex aliena Provincia, ſed proxima

Viſitator non eſt aſſumendus ex eadem Prouincia, quam viſitare debet, ſed ex alia earum, quæ proximæ ſint, eſt eligendus; niſi propter bella, aut aliud grave impedimentum, neceſſum ſit ex eadem Prouincia illum aſsignare. Ex eiſdem Tolet.

Eligendi in Viſitatorem qualitates.

Ad hoc viſitationis munus non aſſumantur neque eligantur niſi Patres ex gravioribus, & probatioribus Prouinciarum, qui præ cæteris prudentia, pietate, Religione, & zelo præſtantes ſint, & qui aliàs Miniſteriatus officio laudabiliter functi ſint, vel ſuarum Prouinciarum actuales Diſcreti exiſtant. Ex Rom. 1587. & Segov. 1621.

Quãtum interſit Ordinis Viſitatorum bonorũ electio.

Et quia vnum ex præcipuis medijs reſtituendi veterem ſplendorem Religionis eſt vigilantia Commiſſariorum Viſitatorum, & exacta huius muneris executio; obnixè Prælatos Generales rogamus, ac inſtanter hortamur in Domino, vt pro ſua prudentia provideant de Commiſſarijs Viſitatoribus, qui verbo, & exemplo Provincijs proficiant; & zelo Dei exequantur pœnas in ſtatutis præfixas contra ordinatorum tranſgreſſores. Ex Rom. 1651.

Viſitatoris ſocij, ac ſe gerendi modus.

Viſitator Provinciæ duobus tantum ſocijs, quorum vnus Secretarij munus exerceat, hiſque mode- Ex Valliſ. 1593. & Ultram.

deſtis,& exemplaribus ſit contentus. Cui ſeriò præcipimus,vt ſe vitæ Regularis exemplar præbeat,ſuperfluos ſumptus abhorreat, in omnibus ſe zelatorem paupertatis oſtendat, & munuſcula quævis omninò execretur; alioquin à Superiore Generali pro rei qualitate ſeverè puniendus.

Cómiſsioné nò exerceat quin prius eà intimet Provinciali.

Præfatus Viſitator Commiſsionem ſuam non exerceat, donec Provinciali de litteris ſuæ Commiſsionis conſtet, & ab eo ſigillum minus Provinciæ, quo in ſuæ viſitationis officio vti poteſt,& debet, recipiat. Ex Tolet. 1583 & Roman. 1587.

Statuta pro viſitatione exequatur.

In viſitatione tam Provinciæ, quàm ſingulorum Conventuum, ea præſtet, quæ per hæc ſtatuta ordinata, ac præcepta ſunt, dum de viſitationibus egimus. Sup.cap.7.§ 1.

Reſiſtentium Viſitatori pœnæ.

Si quis,auſu temerario, Commiſſario Viſitatori à Prælato Generali miſſo reſiſtere, ſe opponere, contradicere, non obedire,aut ſe rebellem exhibere, ipſum quacumque de cauſa,vel quæſito colore, non recipiendo, præſumpſerit, vel auſus fuerit;Excommunicationis pœnam, ipſo facto, incurrat, à qua non niſi à Romano Pontifice abſolvi poſsit; nec non privationis perpetuæ officiorum Ordinis, & inhabilitatis ad illa, & alia quæcumque exercenda, ac vocis activæ, & paſsivæ eo ipſo incurrendis pœnis, ex Apoſtolica Conſtitutione ſubiaceat. Ex Conſt. Apoſt. Greg. XIII. *Quoniam noſtro*, 1575. & ex Salm. c.8.

Item & immutantium ab eo ordinata.

Eiſdem pœnis ex eadem Conſtitutione Apoſtolica afficiatur quicumque ab eiſdem Commiſſarijs Viſitatoribus in ſua viſitatione facta, & ordinata, mutare, alterare, aut pervertere auſus fuerit, ſeu præſumpſerit, ſine expreſſa licentia, & permiſsione ipſius Prælati Generalis, qui ſolus ea mutare valeat. Ex eadem Conſt. Apoſtol.

Cæ-

Viſitatores quænam circa Provinciæ regimen immutare non valent.

Ceterùm cùm ipſi Commiſſarij Viſitatores non ad innovandum, ſed ad conſervandum, & reparandum Regularem diſciplinam, iuxtà Ordinis, & Provinciarum ſtatuta, mittantur; inhibemus ipſis, ne poſsint ſtatuta aliqua condere, neque aliquid in Provincia immutare totam Provinciam concernens, nec in Conſtitutionibus Prouinciarum diſpenſare: nec poſsint ſententias, vel pœnitentias, per Diffinitorium latas, remittere, aut minuere, aut ab eis quouis modo abſolvere, abſque Provincialis, & Diſcretorum Provinciæ aſſenſu. Ex Salm c. 8. & Pariſ. 1579.

Ad habitum Religionis admittere no poſſunt.

Inhibemus prættereà eiſdem Commiſſarijs Viſitatoribus, ne quemquam ad habitum Religionis, ſeu Novitiatum admittant, niſi de omnium actualium Diſcretorum Prouinciæ conſenſu. Ex Rom. 1587.

Nec Prædicatores, vel Cóffeſſarios inſtituere; ad Ordines promovere, aut de rebus defunctorum diſponere.

Ulteriùs prædicti Viſitatores non valeant Prædicatores, nec Confeſſarios, adhuc Fratrum, inſtituere, nec ad Ordines quempiam promovere, nec in libris, vel ſuppellectilibus Fratrum defunctorum vllo modo ſe intromitere: hoc enim, adhuc ipſis præſentibus, ad Miniſtrum Prouincialem ſpectat. Ex Segov. 1611.

Nec Fratrem extra Provinciam mittere.

Nec licebit eiſdem Viſitatoribus quempiam Fratrum extra Prouinciam mittere, niſi ad Prælatos Generales pro negotijs viſitationem ipſam dumtaxàt concernentibus; licentiæ verò ſecùs conceſſæ, nullæ cenſeantur. Ex Salm. c. 8.

Nec quidquam circa Moniales diſponere.

In Monaſterijs Monialium nihil valeant præfati Viſitatores agere, nec facultatem ad Nouitias recipiendas concedere, nec officia mutare, neque cellam, aut aliud ædificium erigendi, vel deſtruendi, vel ampliandi, vel minuendi licentiam præſtare, neque in ſtatuto, de non conſumendis dotibus, vel cenſibus diſpenſare, neque de bonis, ſeu reditibus Monaſteriorum quovis modo diſponere. Ex Segov. 1611.

Digitized by Google

Viſita non cōceduntur in clauſula, *Cum plenitudine poteſtatis.*

Quo circa decernimus, & declaramus, omnia, & ſingula ſupradicta eſſe omninò ipſis Viſitatoribus inhibita, etiamſi in litteris Patentibus ſuarum Commiſsionum plenitudo poteſtatis eiſdem, vt moris eſt, per Prælatos Generales concedatur, niſi ab ipſis Generalibus ſpecialiter erogetur facultas expreſſa aliquid agendi ex his, quæ prohibita ſunt. Ex eiſdem.

Queis Diffinitorijs præſidere debet cum voto conſultivo, & deciſivo.

Præfati Viſitatores in Diffinitorijs, quæ tempore viſitationis eorum celebrantur (excepto Diffinitorio, in quo fiat electio Vicarij Provincialis, ſi fortè contingat) ſi non adſit Prælatus Generalis, vel alius præſes ab ipſo ſpecialiter deputatus, ſemper præſideant cum voto conſultivo, & deciſivo. Tenentur tamen in promotionibus ad officia, correctionibus criminum, & alijs gravibus negotijs, conſilium Patrum Diſcretorum Provinciæ inquirere, & cum maiori parte ſuffragiorum Diffinitorij reſolvere.

In quibus conceditur, aut negatur eis votum electivum.

In inſtituendis Guardianis ante Capitulum (ſi fortè ob vacantiam aliqui eligendi ſunt) etiam votum electivum regulariter ipſis concedatur: In Capitulari autem loco, & tempore, (niſi ipſi ex commiſsione ſpeciali Generalis cum conceſsione ſuffragij Capitulo præſideant) votum non habebunt in inſtituendis Guardianis, & alijs officialibus in Capitulari tabula apponendis. Ad eos tamen ſpectat, & eiſdem diligenter curandum eſt, ne ad huiuſmodi officia promoveantur, quos ipſi indignos legitimè iudicaverint.

Aſſumpti ex eadē Provincia non poſſunt eligi in Miniſtros.

Ipſi verò Viſitatores caſu quo vrgenti ex cauſa ex eadem Provincia, quam viſitant, fuiſſent aſſumpti, in Capitulo, in quo viſitationem explent, in Miniſtros Provinciales eligi non poſſunt. Ex Segov. 1621.

Caſu

Mortuo Generali delegante, viſitator proſequatur.

Caſu quo, Viſitatore in Provincia recepto, cum officij poſſeſsione, Superior Generalis, à quo miſſus eſt, è vita decederet, Viſitator ipſe ſuum munus proſequi poteſt,& debet, quouſque aliud diſponat Superior Generalis,loco defuncti de novo electus. Ex Vallif. 1661.

Viſitatores malè ſe gerentes puniendi.

Viſitatores autem excedentes limites ſuarum Commiſsionum, aut non ſervantes ordinationes Generales, pœnis in eiſdem contentis ſubiaceant. Ex Tolet. 1583.

Eorum authoritas quãdo ſpirat.

Demùm celebrato Prouinciali Capitulo, Commiſſarij Viſitatores Provincias ſibi creditas poſt terminum dierum viginti relinquant, & ex eis egrediantur; alioquin eorum ſpirat authoritas, niſi aliter per Generalium facultates ſpecialiter, & expreſsè concedatur eiſdem. Ex Salm. c. 8

Præter Viſitatores pro Capitulo, alij non mittendi, niſi &c.

Præter præfatos Commiſſarios Viſitatores, ante celebrationem Capituli Provincialis cuiuſvis Prouinciæ omninò mittendos, Prælati Generales non mittant paſsim alios, niſi, vel Provinciæ ipſæ petant, vel noverint aliquid indignum, puniendum, vel reformandum in Provincia aliqua inveniri, quod vel præſentia ipſorum Prælatorum Generalium, vel Commiſſarij loco illorum miſsi, pro remedio, aut correctione indigeret. Ex Salm. c. 8. & Vallif. 1593.

§. XVIII. *De Patribus Prouinciæ habentibus ius ſuffragandi.*

Reſtitutio duorum Patrum Provinciæ cum iure ſuffragandi.

PROVINCIARUM Patres à Gregorio XV. quoad ius ſuffragandi in Capitulis, & Diffinitorijs extinctos in toto Ordine, Vrbanus VIII. in tota noſtra Ciſmontana Familia iterum ſuſcitandos iudicavit; non tamen omnes, nè Proiiinciæ tot Iudicibus oneratæ premerentur, ſed aliquos, qui rerũ Religionis experti, in Capitulis, Congregationibus, & Diffinitorijs aſsiſtentes, conſilio, & authoritate, Ex Conſtit. Apoſt. Vrb. VIII. *Oneroſa.* & Rom. 1639. conf. ſpec.

ſua alios in officio novos erudiant, & compeſcant. Ex eiſdem.

Eorum primus, Pater dignior; & quis talis ſit

Quapropter motu proprio Pontifex ipſe decreuit, vt in vnaquaque Prouincia noſtræ Familiæ, duo Patres Provinciæ in Diffinitorium, cum iure ſuffragandi introducerentur. Unus ſcilicèt, qui in Prouincia reliquis dignior ſit, ille nimirùm, qui inter Patres Prouinciæ primùm locum ſibi vendicat; qui quidem ſemper in Diffinitorio aſsiſtat.

Alter, Ex-Provincialis immediatus, & quo ordine.

Alter verò, qui immediatè Prouincialatum abſolvit: & iſte, ſequenti immediatè dumtaxat triennio in Diffinitorio aſsiſtet, ea tamen lege; vt ſi ex qualibet cauſa deficiat, in eius loco, eo ipſo ſubrogatus ſit, qui ante ipſum Prouincialis immediatè extiterit: triennio autem huiuſmodi tranſacto, alius, qui Provincialatus officio etiam immediatè functus fuerit, ſubſequatur: & ſic deinceps de triennio in triennium dumtaxat ſervetur; ita quòd nunquam hi duo Patres in dictarum Provinciarum Diffinitorijs deſiderentur. Ex eiſdem.

Ipſis aliundè Diffinitorium intrantibus alij ſubrogandi.

Si aliquis iſtorum Patrum, alio titulo, nempè aut Diffinitoris Generalis actualis, aut ſimili, Diffinitorium intret; loco illius alius pro illo tempore ſit ipſo facto ſubrogatus; ſcilicèt pro Patre digniore, is qui, illo ſublato, remanet dignior; & pro ex Provinciali immediato, is, qui, illo ſublato, immediatiùs Provincialatum abſolvit. Ex eiſdem. & Roman. 1651.

Quãdo quis fit dignior, alio excluſo Diffinitoriũ intret.

Si aliquis Pater aliàs minùs dignus obtineat aliquod officium, quo functus, evadat dignior Patre intrante Diffinitorium pro digniori; hoc ipſo, quòd officium illud expleat, locum dignioris Patris, alio excluſo, obtineat; cùm re ipſa iam iſte ſit dignior Pater alio titulo Diffinitorium non intrans. Pro eiſdem.

Illis deficiẽtibus, quo modo ſubrogatio eſt facienda.

Si verò per mortem, vel aliam cauſam, hæc munera dignioris Patris, & Ex-Provincialis immediati vacaverint, ſubrogatio facienda eſt, ſervata lege, Ex Rom. 1651.

dig-

digniores Patris,& immediatioris Ex-Provincialis. Tamen,ſi caſu nullus ſit Ex-Provincialis in Provincia, nullus ſubrogandus eſt loco immediatioris Ex-Provincialis.

Qui vtrumque titulum habet, ſub quo debet intrare,

Si quis ſimul ſit dignior Provinciæ Pater, & Ex-Provincialis immediatus; declaratur, ipſum debere aſſumere votum Ex-Provincialis immediati,& non Patris dignioris, quouſque ſit alius immediatior Ex-Provincialis: In conſeſſu tamen,& in omnibus alijs munijs,gaudeat prærogativis, & præeminentijs Patris dignioris: & hoc ipſo, quòd ſit alius Ex-Provincialis immediatior, reaſſumat votum Patris dignioris. Ex Tolet. 1675.

Ex-Provincialis immediatus quandiu talis eſt, hoc iure potitur.

Ex-Provincialis immediatus, etiamſi per triennium hoc titulo Diffinitorium intraverit, continuare debet, ſi non eſt in Provincia alius Ex-Provincialis, ipſo in expletione Provincialatus immediatior. Valliſ. 1670.

Patres iſti ſemper ad Diffinitoria convocandi

Iſti duo Patres, dignior,& immediatior Ex-Provincialis,neceſſario debent convocari ad omnes electiones, non minùs ac cæteri Diffinitores; aliàs electiones nullæ erunt. Tamen, ſi infirmitate præpediti, vel alia ex cauſa, ſemel vocati non venerint, non ſunt expectandi; ſed procedendum ad electiones,& acta, ſicut de alijs Diffinitoribus Provincialibus ſtatutum eſt. Ex Rom. 1651.

Eorum abſentium loco,nulli alij ſubſtituendi

Nec loco iſtorũ Patrum abſentium ſunt alij ſubrogandi, aut ſubſtituendi, etiamſi abſentia diuturna, & diſtantiſsima ſit, intra, vel extra Provinciam. Ex eiſdem.

Nec loco alicuius eorum præſidentis titulo dignioris.

Si dignior Pater, aut Ex-Provincialis immediatus,propter vacantiam,vel abſentiam Miniſtri Provincialis, in Diffinitorio præſideat; loco illius non eſt ſubrogandus alius Pater;quia munus illud exercet titulo dignioris,aut Ex-Provincialis immediati; & ideò non vacat locus pro ſubrogatione, Ex eiſdem.

Præ-

Præter hos, nullus extra ter Provinciæ cũ iure ſuffragandi.

Præter hos Patres Provinciæ non poſſunt intrare diffinitorium alij Patres, ex vi iuris Patrum Prouinciæ, quia reſpectu aliorum manſit in ſua vi extinctio iuris ſuffragandi Patrum Prouinciæ à Gregorio XV. facta in Prouincijs, in quibus ſpecialiter abrogata non eſt.

Ex eiſdem.

Cõſt. Apoſt. Greg. XV. *Militantis Eccleſiæ* anno 1621.

Pater antiquior quis cenſendus ſit.

Quoties autem tam in hac Conſtitutione, quàm in alijs vocatur ad ſuffragandum, ſubrogandum, præſidendum, aut ſimile aliquod munus obeundum Pater antiquior; declaramus, illum eſſe antiquiorem Patrem, qui tunc temporis, ſervata ſtatutorum ſeriè, primum locum tenet, & dignior invenitur.

Ex Tolet. 1658.

§. XIX. *De Patribus Provinciæ cum iure ſubrogandi.*

Patres Provinciæ, quibus ablatum fuit ius ſuffragãdi, mãſerunt cum iure ſubrogandi.

PRÆTER duos præfatos Patres, quibus per Conſtitutionem memoratam Vrbani VIII. reſtitutum eſt ius ſuffragandi in Diffinitorijs Provincialibus, cæteri omnes Patres Provinciæ, qui ex Conſtitutionibus Generalibus Neapolitanis, & Valliſoletanis reſtitutis per Paulum V. habebant ius ſuffragandi, poſt Conſtitutionem Gregorij XV. extinguentem illud ius, remanſerunt cum alio, ſcilicet cum iure ſubrogandi in locum Diffinitoris vacantis ob mortem, vel aliam cauſam, extrà Capitulum.

Ex Cõſt. Ap. Urban. VIII cit. 1639.

Ex Conſtit. Neap. 1590. Conſt. Valliſ. 1593. Conſt Gregor. XV. citat. 1621. Diſpẽſ. Paul V. in Tolet. 1606.

Quinam ſint iſti Patres.

Patres igitur iſti Prouinciæ, cum iure ſubrogandi ex præmemoratis Conſtitutionibus ſunt ſequentes: Qui Procuratores Ordinis, aut Commiſſarij Curiæ fuerunt per integrum biennium: Qui fuerunt Diffinitores Generales: Qui Miniſtri Prouincialis officio in ſuis Prouincijs functi ſunt: Qui per triennium fuerunt Secretarij Generales, videli-

Ex Rom. 1615 conſ. ſpec.

Ex Neap. 1590 & Valliſ. 1523 & Seq. 1611.

licèt Miniſtri, aut Vicarij; Commiſſarij, aut Vice-Commiſſarij Generalis ſecundùm Bullam Unionis, & Ordinis ſtatuta electorum: Qui in noua Hiſpania, vel Regno Peruano, vel in Orientali India fuerunt per triennium Commiſſarij, dummodò iſti in ſuis Prouincijs anteà Diffinitores, vel Lectores Iubilati fuerint.

Alij Patres cũ iure ſubrogandi.

Ex alijs modernioribus Conſtitutionibus, etiam ſunt Patres Prouinciæ, cum iure ſubrogandi, qui Vicarij Prouinciales per biennium integrum fuerunt. Et qui fuerunt Miniſtri Prouinciales in aliena Prouincia, reverſi ad propriam.

Ex Rom. 1639 conf. ſpec. & ex Tolet. 1658.

Ordo iuris ſubrogandi ipſorum.

Præfati Patres habent ius ſubrogandi ordine ſuo, ſecundum quòd vnuſquiſque dignior, aut minùs dignus eſt, iuxtà gradus præcedentiæ in §. *de præcedentia* poſitos; ita vt, vacante Diffinitoriatu aliquo, ille debeat ſubrogari, qui inter Patres extra Diffinitorium exiſtentes dignior in præfata ſeriè invenitur: Nec vllus Diffinitor habitualis, aut Cuſtos ſubrogari poſſit, niſi caſu, quo nullus fuerit Pater ſubrogandus.

Ex Rom. 1615. conf. ſpec.

§. XX. *De Patribus Prouinciæ non habentibus ius ſubrogandi.*

Nõ eſt facultas in Ordine inſtituendi Patres Prouinciæ, niſi iuxta ſtatuta Generalia

CAPITULUM Generale decernit, non poſſe, neque à Capitulo Generali, neque à Miniſtro, aut Commiſſario Generali, inſtitui Patres Prouinciæ, niſi iuxta ſtatuta Generalia Religionis facta, vel facienda; declaratque, quidquid in contrarium factum ſit in Prouincijs, & deinceps fiat, eſſe attentatum, & nullius valoris, iuxta Conſtitutiones Apoſtolicas: ac proinde præcipit, vt ſi aliqui inveniantur aliter inſtituti, deponantur, & redu-

Ex Rõm. 1651 & Cõſtit. Apoſt. Vrb. VIII. *Inter cæteras* an. 1639 & Clem. X. *Sacroſan ti* 1671 & Seg 1621. iuxtà decretũ Pauli V.

ducantur illicò ad gradus priſtinos, quos in Pro-vincijs habebant.

Statuta conſtituentia Patres à ſolo Capitulo Generali condi poſſunt.

Eaque propter Capitulum Generale declarat, facultatem ſtabiliendi ſtatuta, taxando labores, & virtutes, quæ in poſterùm remunerari poterunt titulis, & prærogativis Patrum Provinciæ, reſidere in Capitulo Generali dumtaxàt, ſervata forma Conſtitutionum Apoſtolicarum. Ex Rom. 1651.

Nulla Provincia ea cóſtere valet.

Unde nulla particularis Provincia per ſe in Diffinitorio, aut in Capitulo Provinciali congregata, neque vnà cum Miniſtro Generali, poterit condere ſtatuta, per quæ reſultet, aliquos inſtitui Patres Prouinciæ: alioquin Conſtitutiones Apoſtolicæ, fraude Religioſorum, omninò fruſtratæ manerent. Ex eiſdem.

Privilegia perſonalia concedi prohibita, quænam ſint.

Et quia Summi Pontifices Urbanus VIII. & Clemens X. motu proprio, omnia privilegia perſonalia, ex gratia, aut favore, per quemcumque conceſſa, abſtulerunt, ſublata facultate alia de novo concedendi: declaramus, illa eſſe privilegia perſonalia, quæ per Conſtitutiones Generales Ordinis, aut Provinciæ, non ſunt præſcripta in remunerationem laborum, virtutis incitamentum, & venerationem dignitatum. Ex Cóſt. Apoſt. Urban. VIII. & Clement. X. cit.

Patres ex privilegio, quomodo recipiendi, ſi ſiant.

Si quis autem in poſterùm per authoritatem Apoſtolicam obtinuerit privilegium perſonale Patris Provinciæ, indultum huiuſmodi ex decreto Pauli V. intelligendum eſt de ſola præcedentia, & titulo Paternitatis, non autem de iure ſubrogandi, niſi aliter in litteris indulti exprimatur. Ex decreto Apoſt. Paul. V. die 10. Oct. 1614. & Seg. 1621

Patres Provinciæ ſine iure ſuffragandi, quinam ſint ex ſtatutis Generalibus.

Patres igitur Provinciæ ex Conſtitutionibus Ordinis, in hac Familia, quoad titulum Paternitatis, & præcedentiam dumtaxàt, ſunt Lectores Biſ-Iubilati, Scriptores gradum Biſ-Iubilatorum obti-nen- Ex Conſt. cit. c. 4. §. 8.

nentes, qui per ſexennium Archivarij Generales Ordinis fuerunt, dummodò ſint Lectores Iubilati; actuales Prædicatores Regum, & ipſorum, aut Reginarum Confeſſarij (hi adhuc ſunt capaces privilegij perſonalis) ſi conditiones aliàs præſcriptas habeant: Qui per triennium Confeſſarij Regalium Diſcalceatarum Matriti fuerunt, ſub eiſdem conditionibus: Qui pro Diffinitoribus Generalibus in Capitulo Generali ſubſtituti ſunt, cum conditionibus aliàs requiſitis: Qui per duodecim annos Commiſſarij Generales Terræ Sanctæ fuerunt: & tandem, qui per duodecim annos Hiſpali Vice-Commiſſarij Generales Indiarum extiterunt. Ex Victoria 1643. Valliſ. 1670. Tolet. 1673. Rom. 1639. Victor. cit. Rom. 1651.

§. XXI. *De Cuſtodibus.*

Cuſtodum duo genera.

DUO ſunt genera Cuſtodum. Alij enim ſunt Cuſtodes Cuſtodiarum; alij Cuſtodes ad Capitulum Generale mittendi. Nam cùm antiquitùs vaſtiſſimæ eſſent Provinciæ, pro faciliori earum regimine in Cuſtodias dividebantur, & ſingulis præficiebatur vnus Superior, qui Cuſtos dicebatur, ſub obedientia Miniſtri Provincialis. Et cùm ex Regula Cuſtodes ad Capitulum Generale vocentur, ne tot Vocalibus gravaretur Capitulum ipſum, Apoſtolica Conſtitutione ſtatutum eſt, vt ab omnibus Cuſtodibus vniuſcuiuſque Provinciæ vnus eligeretur voce omnium ad Generalia Comitia mittendus: qui proinde Cuſtos Cuſtodum appellabatur. Ex Tolet. 1581. & ex Valliſ. 1593 & Conſt. Ap. Nicol. IV. *Ad ſtatū pacificum.*

Cuſtos Cuſtodum, quis dicebatur.

Cuſtos ad Capitulum Generale quiſnam ſit.

Verùm cùm in Familia Obſervantiæ erectis minoribus, ac pro regimine commodioribus Provincijs, Cuſtodiæ eiuſmodi ferè omnes extinctæ fuerint; authoritate Apoſtolica declaratum eſt, vt Ex eiſdē; & Bull *Vnion.* Leon X. *Ite & vos.*

Diſcreti Provinciarum, qui olim eligebantur cum Vicarijs Provincialibus ad Generalia comitia, Cuſtodes appellarentur.

Cuſtodes ſub Miniſtris vbi conſervantur, nequeunt eligere Cuſtodem Cuſtodum.

Cuſtodiæ Prouinciam ſub vnico Prouinciali dividentes, & illarum Cuſtodes ſolùm in quatuor magnis Galliarum Prouincijs conſervantur: circa quorum authoritatem, & munia, Provinciarum illarum ſtatuta ſunt obſervanda. Nequeunt tamen Cuſtodem Coſtodum eligere: ſed iuxta Bullam Unionis, & Generalia Ordinis ſtatuta, eligendus eſt per Capituli Prouincialis vocales Cuſtos ad Capitulum Generale mittendus, ſicut in cæteris Ordinis Provincijs. Ex eiſdem.

Cuſtos Cuſtodiæ ſeparatæ, quam authoritatē habeat.

Sunt tamen aliquæ Cuſtodiæ à Prouincijs ſeparatæ, quarum Cuſtos, qui ad inſtar Provincialis, ordinarius earum Prælatus eſt, in Capitulis Generalibus votum habet; quæ Cuſtodiæ nominabuntur, cùm ſeries Prouinciarum in Comitijs Generalibus ſuffragantium, ſuo loco apponetur. Infrà.

Cuſtos ad Capitulum Generale in ſingulis Provincijs habeatur.

Cuſtodes itaque qui ſoli ex Prouincijs ſuffragium in Comitijs Generalibus habent, Cuſtodes ad Capitulum Generale vocantur. Et iſti ſemper in ſingulis Capitulis Prouincialibus eligendi ſunt, quamvis in triennio illo Capitulum Generale celebrandum non occurrat: Eorum verò electio per ſcrutinium fieri debet, ſicut electio Miniſtri Prouincialis, & Diffinitorum. Ex Salm. c. 8 & Tol. 1583

Eius officiū, & privilegia.

Cuſtodes præfati, omnibus privilegijs Diffinitorum quantùm ad ſuffragium, præcedentiam, & ſubrogationem, gaudere debent; ac proindè in Diffinitorium, vt actuales Prouinciæ Diſcreti, ingredi, in Capitulis ſuffragium ferre, & ad ea convocari debent, ſicut cæteri Diſcreti de corpore Diffinitorij. Ex Segov. 1621.

Et

Digitized by Google

Caſu vacantiæ alius eligendus. Et cùm de corpore eius ſint, ſi eorum officium quacumque ex cauſa vacaverit, alius vacantis loco eligendus eſt à Provinciali Miniſtro, & Diſcretis Prouinciæ in Diffinitorio congregatis. Ex eiſdem.

Vacat Cuſtodiatus, ſi Cuſtos ad Capitulum Generale non valet accedere. Cùm autem præcipuum munus præfati Cuſtodis ſit ad Capitulum Generale cum voce Prouinciæ accedere; ſtatuitur, vt ſi tempore quo ad prædictum Capitulum profecturus eſt, infirmitate, vel alia cauſa impeditus ſit, quòminùs ad ipſum poſsit accedere, hoc ipſo vacet eius officium, & alius eius loco per Diffinitorium, vt ſuprà, Cuſtos eligatur. Ex eiſdem.

Eius vox in Capitulo Generali, & pœna, ſi non accedat. Præfatus itaque Cuſtos litteras teſtimoniales ſuæ electionis deferre debet ad Capitulum Generale, in quo vocem habebit, vt verus, & legitimus vocalis. Et ſi egreſſus è Prouincia, vel ſe egreſſurum ſimulans, legitimo impedimento non interveniente, ad Capitulum ipſum non acceſſerit, actibus legitimis privetur per biennium. Ex Salm. c. 8

Tenetur deferre ſecum ſyndicatum Provinciæ in Prælatos Generales. Tenetur etiam Cuſtos prædictus ſub triennali actuum legitimorum privatione deferre ſecum ad Capitulum Generalem ſyndicationem authenticam de defectibus Prælatorum Generalium, & officialium Curiæ à Provincia factam, ſi fortè ſit; vel litteras teſtimoniales de non inventis rebus ſyndicatu dignis contrà prædictos, & eas fideliter Diffinitorio Capituli Generalis præſentare. Ex Tolet. 1583.

Quomodo in Provincijs faciendus eſt ſyndicatus Capituli tempore. Ad hæc ſtatuitur, vt quoties de excipiendis ſupremorum Prælatorum defectibus, vt ad Generale Capitulum deferantur, agendum fuerit, Præſes Capituli Provincialis, præfatum Capitulum Generale proximè præcedentis, eligat, ac nominet vnum Notarium, ſeu ſcribam, atque teſtes, Ex Rom. 1587.

qui prædictorum Prælatorum defectus (ſi qui fuerint) ab omnibus Vocalibus ſecretò excipiant.

Quomodo extra tẽpus Capituli.

Si verò Congregatio tantùm pro Cuſtodis electione, ſive alia re determinanda, ante Generale Capitulum habenda veniat; Provincialis Miniſter Guardianos ſibi ſubditus monebit, quatenùs ſuis in Conventibus (electis Notario, & teſtibus) de huiuſmodi Superiorum defectibus ſecretò inquirant; & ſi quid adverſus eos invenerint, id chirographo communitum, atque ſigillo firmatum, vt nulli alteri conſtet, ad præfatam Congregationem mittant. Ipſius verò Congregationis Patres, iuxta tranſmiſſa à Guardianis proceſſum inſtituant, nihil admittentes, quod per fide dignos teſtes probatum non fuerit. Ex eiſdem.

Si Provincia non habeat, quid ſyndicet huius rei teſtimonium deferat Cuſtos.

Quòd ſi Provincia nullam habeat ſyndicationem mittendam ad Capitulum Generale, Cuſtos teneatur ſub eadem pœna deſferre ſecum litteras teſtimoniales ſubſcriptas à Provinciali, & Diſcretis Provinciæ, ac ſigillatas maiori ſigillo, quibus Provincia teſtificetur, nullam habere viſitationem contra Miniſtrum, vel Commiſſarium Generalem, vel contra aliquem alium Religioſum. Et hoc teſtimonium teneatur Cuſtos publicè Diffinitorio Generali oſtendere. Quod ita faciendum duximus, vt Cuſtodes non poſsint diſsimulare viſitationes à Provincijs tranſmiſſas. Ex Tolet. 1583.

Cuſtodis officium quando ceſſat.

Officium Cuſtodis (ſive in Capitulo, ſive in Diffinitorio Cuſtos electus ſit) in Capitulo Provinciali ceſſat, & Cuſtos de novo eligendus eſt. Ille autem, qui duos annos in officio complevit, reeligi non poterit; ſi verò ipſos non complevit, reeligi valet ad idem officium. Ex Rom. 1639.

Cu-

Cuſtodes abſoluti, quando Ex Cuſtodum privilegia conſequuntur.

Cuſtodes in ſolo Diffinitorio extra Capitulum electi, Cuſtodum, qui officium abſolverunt, privilegijs minimè gaudeant, niſi per duos integros annos functi fuerint Cuſtodiatus officio, vel niſi ad Capitulum Generale ſuffragaturi acceſſerint; tunc enim, quamvis tempore Capituli Provincialis, quo eorum ceſſat officium, biennium Cuſtodiatus non compleverint, nec reeligantur, privilegijs Ex-Cuſtodum potientur. Ad hoc autem non ſufficit ſuffragari in electione Vicarij, aut Vice-Commiſſarij Generalis. Ex eiſdem, & Roman. 1651.

Si renuntiāt extra Capitulū illa amittunt.

Ne autem, priuilegijs conſecutis, officium per voluntarias renuntiationes partiatur, ſtatutum eſt, vt Cuſtos, ſiue in Capitulo electus, ſiue extra Capitulum, ſiue duraverit per biennium, ſive in Capitulo Generali ſuffragatus fuerit, ſi extrà Capitulum officio renunciaverit; omnia privilegia Cuſtodis amittat, ac ſi talis non fuiſſet. Ex Roman. 1651.

Ex Cuſtodū privilegia.

Privilegia Ex-Cuſtodum, extra illa quæ habent communia cum Ex-Diffinitoribus ſunt, vt ſi in Capitulo Generali ſuffragati fuerint, titulum *Paternitatis* habeant: & ſi Capitulum Generale, ad quod acceſſerunt, in Ultramontana Familia celebratum eſt, inter Diffinitores actuales vltimum locum habeant, & omnes Ex-Diffinitores, & Ex-Cuſtodes inibi non ſuffragatos præcedant: Quo privilegio etiam potiuntur Cuſtodes Provinciarum Ultramarinarum, Hiberniæ, Angliæ, Canariæ, & Azorum, ſuffragantes in Capitulis Generalibus in hac Familia celebratis. Ex Rom. 1651. Ex Valliſ. 1670.

* *

§. XXII.

§. XXII. *De Pro-Miniſtris ad Capitulum Generale.*

Pro-Miniſtri quinam ſint, & qua ratione eligendi.

QUAMVIS Miniſtri Provinciales ex Regula teneantur ad Capitulum Generale accedere; in caſu tamen, quo fuerint legitimè præpediti, poterunt cum Diſcretis Provinciæ eligere Commiſſarium, qui ad Capitulum Generale accedat, & in eo excuſationem authenticam ſui Prouincialis Diffinitorio Generali præſentet, & vocem actiuam, & paſsivam in ipſius Capituli electionibus habeat ſui Miniſtri, ac ſi verùs eſſet Provincialis: qui proinde Pro-Miniſter dicitur. Ex Salm. c. 8 & Tol. 1583

Nullus Prælatus valet alium pro ſe ſubſtituere ad Capitulũ Generale.

Declaratur autem, nemini Prælatorum licere vices ſuas alteri committere, vt in Capitulo Generali, ipſius loco, tam ad legendum, quàm ad alios actus ibi exercendum interſit. Similes enim ſubſtitutiones contra formam Conſtitutionum factæ, Apoſtolica Conſtitutione interdictæ ſunt: ac proindè ſi Provincialis accedens ad Capitulum Generale in itinere defecerit, non poterit quemquam deſtinare, qui vocem ſuam ad Capitulum deferat. Ex Rom. 1639 & Cõſtit. Apoſt. Vrban. VIII. ibi.

Pro-Miniſtri à Diffinitorio eligendi, & quomodo.

Itaquè Pro-Miniſter à Diffinitorio Provinciæ per ſuffragia ſecreta, & balotationes eſt eligendus. Quòd ſi contigerit ex diſcordia eligentium electionem eius legitimè inchoatam, intra vnius diei ſpatium non fieri, electio ipſa devoluatur ad Superiorem Generalem; qui non niſi eiuſdem Provinciæ Patrem benemeritum nominabit. Ex Tolet. 1658. & ex Tolet. 1633

Pro Miniſtrorum privilegia.

Pro-Miniſtris, qui in Capitulo Generali Ultramontano ſuffragati ſint, & Ultramarinis ſuprà numeratis, qui in Ciſmontano fuerint ſuffragati, conceditur eadem præcedentia, quæ Cuſtodibus Ex Rom. 1664. & Valliſ. 1670.

ad

ad præmiſſa Capitula accedentibus, conceſſa eſt, ob ſimiles itineris labores;

Conditiones ad ea obtinenda.

Sub conditione tamen, quòd priùs Diffinitoriatu, ſeu Cuſtodiatu, vel lectura Sacræ Theologiæ per ſexennium, vel Guardianatu principalioris Conventus, anteà decorati fuerint, vel ad minùs Guardiani per tres vices in alijs Conventibus extiterint. Ex eiſdem.

§. XXIII. *De Diffinitoribus Provinciarum.*

Diffinitores quatuor tantù in ſingulis Capitulis eligendi.

IN quocumque Capitulo Provinciali eligendi ſunt quatuor Diffinitores, ex his, qui ſunt de Corpore Capituli: Qui enim de illo non ſunt, eligi non valent, quamvis ſint præſentes, nec plures quàm quatuor eligi poſſunt. Ex ant. Cōſt. c. 10. prim. Barch. c. 8. Salm. c. 8 & Tol. 1583.

Eorum vnus ex Recollectis eligi debet.

In Provincijs, in quibus fuerint ad minùs tres Conventus Recollectorum, vnus ex quatuor Diffinitoribus ex Recollectis debet eligi. Ex Rom. 1621. conſ. ſpec.

Diffinitorũ Provincialiũ officium.

Diffinitores ſunt Conſultores, & Coniudices Miniſtri Provincialis, & quaſi Compromiſſarij Provinciæ pro omnibus electionibus, quæ totius Capituli votis faciendæ non ſunt. Ex eiſdem. ſup. cit.

Ipſorum munia in Capitulo Provinciali.

Ad ipſos in Capitulo congregatos cum Præſide, Provinciali, & cæteris Provinciæ Diſcretis, pertinet omnes Guardianos, Monialium Confeſſarios, Lectores Theologiæ, & cæteros Officiales, qui in Tabula Capitulari apponendi ſunt, eligere: cauſas ſententiare, decreta condere, & omnia expedire, ac diffinire, quæ ad inſtituti noſtri reparationem, ad vitæ Regularis obſervantiam, & ad Prouinciæ bonam, & exactam gubernationem expedire videbuntur; dummodo nullas Conſtitutiones Provinciales efficiant ſine maioris partis Capituli Conſilio, & aſſenſu. Ex prim. Barch. & Tol. 1583.

Digitized by Google

In Congregatione intermedia.

Ad eos etiam in Congregatione intermedia congregatos pertinet omnia officia, quæ in ea inſtituenda ſunt, inſtituere, & cætera inibi tractanda diffinire. Qui etiam in Capitulo Provinciali in quo ſuum explent officium, in electionibus Provincialis, Cuſtodis, & Diffinitorum, vocem activam habebunt. Ex eiſdem.

In cæteris Cōgregationibus Diffinitorialibus.

Pertinet etiam ad Diffinitorium omnes Guardianos eligere, qui extra Capitulum vacaverint, & cauſas ac negotia tunc occurrentia decidere.

Privilegia Diffinitorū Provincialium actualium.

Privilegia Diffinitorum actualium Provincialium hæc ſunt: quòd ſuffragentur in omnibus electionibus, iudicijs, ſententijs, & deliberationibus Provinciarum; quòd præcedant iuxta ſtatuta reſpectivè; & quòd ab ordinariæ hebdomadæ miniſterio eximantur: tenentur tamen intereſſe Choro cum alijs Religioſis die, noctuque, obſervare Communitatem in victu, & veſtitu, & petere veniam egrediendi è Conventu à Superiori locali toties quoties, ſicut & cæteri Fratres. Ex Rom. 1651.

Diffinitoria eū functorū privilegia.

Privilegia verò eorum, qui fuerunt Diffinitores, ſunt præcedentia ipſis per ſtatuta conceſſa; exceptio ab hebdomada; & ius ſubrogandi ſuo ordine. Ex Segov. 1621. & conſuet.

§. XXIV. *De Diſcretis Provinciarum.*

Diſcreti Provinciarum, quinam dicantur.

DISCRETI Provinciarum appellantur Patres illi, qui in ſuis Provincijs habent votum conſultivum, deciſivum, & electivum in omnibus Diffinitorijs tam intra Capitulum, quàm extra Capitulum congregatis. Ex Toleti 1583.

Ordinarij qui ſint.

Iſti regulariter, & ordinariè ſunt, Pater Provinciæ dignior, Ex-Provincialis immedia- Ex Rom. 1639. & Seg 1621.

tus, Cuſtos Provinciæ, & quatuor Diffinitores. Extraordinarij ſunt, Commiſſarius Generalis Indiarum, Procurator Generalis Ordinis, Commiſſarius Curiæ Romanæ, & Diffinitores Generales: iſti enim omnes, dum actu ſuis officijs funguntur, non ſolùm ſunt Diſcreti Ordinis, ſed quiſque eorum ſuæ, reſpectivè, Provinciæ Diſcretus eſt.

Adhuc Patres Ordinis, & Familiæ.

Præter hos, Patres Ordinis in quacumque Ordinis Provincia, & Patres Familiæ, in quacumque Prouincia ſuæ Familiæ inveniantur, Diffinitorium Provinciæ illius, tanquàm eius Diſcreti, ingredi poſſunt. Ex Ultram. c.8.§.10.

Ad Diffinitorium quo modo vocandi.

Iſti omnes Diſcreti, ſi intra Provinciam habitent, ad omnia Diffinitoria vocandi ſunt. Patres Ordinis, & Familiæ, ad Diffinitoria Provinciæ, in qua non habitant, non ſunt vocandi: ſi tamen in tranſitu in Provincia ſint, & velint, Diffinitorium intrare poſſunt. Pro eiſdem.

A qua diſtantia non ſint vocandi

Cæteri Diſcreti Provinciæ, ſi extra nationem ſunt, non ſunt vocandi. Si verò intra nationem exiſtant, quamvis extra Provinciam ſint, ſunt vocandi; dummodò non plus quàm per tres dietas diſtare cognoſcantur. Ex Rom. 1615. conf. ſpec.

Diſtantiæ declaratio.

Declaratur autem, diſtantiam trium dietarum eſſe triginta leucarum, computandarum ab vltimo Conventu territorij Provinciæ. Ex Rom. 1651.

Si non vocentur vocandi, Diffinitorium eſt nullum.

Si verò præfati Diſcreti, quos neceſſariò vocandos præſcripſimus, non vocentur; omnes Diffinitorij illius actiones nullius ſint valoris, & authoritatis. Si autem ſemel vocati ſe excuſaverint, vel tempore conſignato ſufficienti ad accedendum, non venerint; non ſunt expectandi, ſed procedendum eſt ad electiones, & cæteras actiones Diffinitorij. Ex Tolet. 1583. Rom. 1615. conf. ſpec. & Roman. 1651.

Si Diffinitor vocatus, & non legitimè impeditus renuerit ingredi in Diffinitorium, ſuo privetur officio.

§. XXV. *De Guardianis.*

Guardianorum iuriſdictio, & authoritas.

GUARDIANI ſunt Prælati, & Superiores locales ſuorum Conventuum, habentque iuriſdictionem ordinariam in Fratres in eis commorantes, & poteſtatem extenſam ad omnia, pro quibus non fuerit ipſis limitata per ſtatuta Generalia: Ac proindè eiſdem tenentur ſui ſubditi, iuxta Regulam, obedire in omnibus, &c. Ex Rom. 1664.

Eorum munia, & debitum.

Guardianis ipſis commiſſum, ac demandatum eſt totum gubernium immediatum ſpirituale, & temporale Conventuum: proindeque vnuſquiſque eorum tenetur curare, vt in Conventu ſibi credito omnia quæ pro Communitatis localis, & Fratrum eius immediato regimine in his ſtatutis ordinata ſunt, exactè obſerventur, ſub pœnis in eis impoſitis; debetque in omnibus exemplo præire, alioquin deponendus. Ex Clem. *Ex vi.* & Cõſtit. Sixti IV. 1493.

Iſtorum vox activa, & paſſiva in Capitulis.

In Capitulis Provincialibus Guardiani ex vi ſui officcij habent ſuffragium, ſeu vocem activam in electionibus Miniſtri Provincialis, Cuſtodis, & Diffinitorum; ac etiam vocem paſsivam, ſi in lege vacantiæ, aut alia inhabilitante non compræhendantur aliunde. Ex ant. & mod. Conſt. Ord.

Quot Fratribus debet præſidere vt Superior localis dicatur Guardianus.

Ut verò Superiores locales verè ſint, & appellari poſsint Guardiani, debent præſidere locis, in quibus duodecim Fratres, ad minùs, commodè ſuſtentari poſsint; alioquin Guardiani non erunt, ſed Vicarij, aut præſides, dicentur. Ex Tolet. 1583.

Illi

Qui Superiores locales poſsint donari prærogativis Guardianorum.

Illi autem, qui ad minùs in loco, cui præſident, ſex habuerint Fratres ſibi ſubditos, ſi electi ſint Præſides per ſuffragia ſecreta Diffinitorij, quamvis ex vi huius officij, iuxtà leges communes Religionis, non habeant ſuffragium prædictum in Capitulis Provincialibus, nec ſint Prælati ordinarij; poſſunt tamen per ſtatuta Provinciæ ſub nomine præſidentium, ordinaria iuriſdictione, & ſuffragio prædicto donari, ſi Provinciæ ipſi videbitur expedire. Iuxt. Rom. 1676. conſ. ſpec.

Quinam nõ valeant.

Qui verò pauciores ſub ſe Fratres habuerint, aut non fuerint prædicto modo electi, Vacarij appellabuntur, & ſuffragium per ſtatuta Provinciæ habere non poterunt, ac ſolam illam authoritatem in Fratres ſub ſe poſitos habebunt, quam Miniſter Provincialis, cuius Vicarij ſunt, ipſis delegaverit. Iuxt. eaſdẽ.

Guardiani vltra triennium in eodem Convẽtu durare nõ poſſunt.

Conſtitutione Apoſtolica, ſub gravibus pœnis cautum eſt, ne quis Guardianus vltra triennium in eodem Conventu, in Cuardianatus officio durare poſsit. Ex Conſtit. Ap. Paul. V. *Viam ambitioſe*. 1559.

Poſſunt per ſex menſes, ſi Capitulũ differatur.

Verùm cùm ex ſubſequenti conceſsione Apoſtolica poſsint Prælati Generales Capitula Provincialia per ſex menſes, vltra triennium, differre, ſi eis videbitur expedire; eadem declaratum eſt, poſſe Guardianos in Capitulo anteriori electos ratione præfatæ dilationis, per illud tempus vſque ad Capituli (intra illud) celebrationem, Guardianatum continuare. Ex Conſtit. Ap. Clem. VIII. Tol. 1606. & Roman. 1612.

Triennium Guardianatus non eſt ſolare, ſed Capitulare.

Quo circa declaratur, triennium Guardianorum à Capitulo in Capitulum, vel à Congregatione in Congregationem computandum, ſeu conſtituendum eſſe, etiamſi hæc Capitula, vel Congregationes vltra tres annos phyſicos ob aliquam ratio- Ex Tolet. 1606.

nem protrahantur, dummodò dilatio præfatos ſex menſes non excedat.

Quid ſi extra Capitulum, & Congregatione ſint electi.

Cæterùm ſi Guardiani extra Capitulum, & Congregationem intermediam ſunt electi, ſolummodò per triennium phyſicum in Guardianatu durare valent: niſi fortè fuerint electi poſt illos, qui iuxta prædicta, vſque ad Capitulum, vel Congregationem duraturi ſunt; tunc enim & iſti poſteriùs electi ſimiliter durare poſſunt, quamvis triennium phyſicum expleverint.

Ex Rom: 1651. & ex Rom. 1676. extra confirm. Apoſt.

Ultra triennium declaratum, nec in alio Conventu continuari poſſunt adhuc, vt Præſides.

Ex antiqua Ordinis Conſtitutione, Guardiani nec in eodem, neque in diverſis Conventibus, Guardianatum, vltra triennium, continuare poſſunt, nec Conventus cuiuſvis gubernium, ſeu ſuperioritatem (adhuc ſub titulo præſidentium) poſt triennium Guardianatus, valent continuare, ſub pœna privationis officij Provinciali permittenti: Quæ conſtitutio intelligenda eſt de triennio, iuxtà ſuperiùs declarata, & ſtatuta.

Ex Toleta. 1583. & Roman: 1612.

Triennium Guardianatus non eſt tempus officij neceſſarium, ſed permiſſum.

Nec tamen præfatum Guardianatus triennium, eſt tempus officij ex lege explendum, ſed permiſſum: tenentur enim Guardiani in ſingulis Capitulis, & Congregationibus intermedijs officio renunciare, & in eis liberum eſt Diffinitorio renunciationem admittere, & eoſdem ab officio abſolvere, vt inferiùs ſtatuetur.

Ex eiſdem: & infr. c. 9.

§. XXVI. *De Præſidentibus Conventuum.*

Præſidentes Conventuũ, quinam ſint

PRÆSIDENTES Conventuum dicuntur, qui in vacantia Guardianatus, vel in Guardiani abſentia, vel impedimento, ab alio Prælato Superiore conſtituuntur ad gubernandum Conventus, & in eis præſidendum cum eadem omninò facul-

Ex ant. conſuet. & Seg. 1611.

Eorum authoritas.

ta-

tate, quam Guardiani, in quorum loco ſufficiantur, habebant. Undè in Conventibus ſibi concreditis idem prorſus præſtare poſſint, quod Guardiani.

Vacante Guardianatu extra Capitulum, & Congregationem, Præſes eſt eligendus.

De Præſidente huiuſmodi in tribus caſibus Conventui providendum eſt. Primùm, vacante quacumque ex cauſa Guardianatu extra Capitulum, & Congregationem, inſtituendus eſt à Provinciali Præſidens, qui Conventum, vt ſuprà, gubernet, quouſque novus Guardianus eligatur, & Guardianatus poſſeſsionem ſumat. Ex Tolet. 1606. & Seg cit.

Vltra bimeſtre, nec electio Guardiani differri, nec Præſes durare poteſt.

Præcipimus autem Provinciali, vt quàm primùm poſsit, vacante Guardianatu, Diffinitorium congreget, vt eligatur Guardianus, cuius electionem, vltra bimeſtre differre non valeat. Atque adeò ſolùm per duos menſes poteſt Præſidens in officio durare: ſi vltra duraverit, in Guardianum eligi non valet: Quòd ſi aliqua vrgenti de cauſa, diſpenſante Generali, electio Guardianatus vacantis vltra bimeſtre differatur, Præſidens, qui vltra duos menſes Conventum rexit, in Guardianum immediatè eligi non poſsit. Ex eiſdem & Tol. 1633 & Roman. 1664.

Quando pro abſentia Guardiani eligendus ſit Præſes.

Ulteriùs, ſi aliqua vrgentiſsima ex cauſa diſpenſante Superiori Generali, Guardianus alicuius loci extra propriam Provinciam iturus ſit, vel intra Provinciam abſentiam duorum menſium à ſuo Conventu ſit facturus; Præſidens Conventus ſimiliter à Provinciali inſtituendus eſt, qui illum gubernet vſque ad regreſſum Guardiani: idemque faciendum, ſi Guardianus ab officio ſuſpendatur, vſque ad terminum ſuſpenſionis eius. Iuxt. Conc. Trid. ſeſſ. 25 de Reform. c. 1.

Præſes inſtituendus pro tempore Capituli.

Dènique ante expeditionem litterarum convocatoriarum ad Capitulum Provinciale, inſtituendus eſt à Comiſſario Viſitatore, de conſilio Diſcretorum Conventus, Præſidens, qui à diſceſſu Ex ant. conſuet. & Seg. 1611.

Guar-

Guardiani, pro celebratione Capituli, vſque ad adventum noviter electi Conventum regat.

Quomodo recipere debet rationē, & Curam Conventus.

Præſidens iſte, vnà cum Diſcretis Conventus, antequàm Guardianus proficiſcatur, officinas omnes Conventus perluſtret, & cum earum inventarijs videat, & recognoſcat omnia, quæ in eiſdem officinis remanent; & faciendis computis tam eleemoſynarum, quàm miſſarum aſsiſtat, tanquàm qui omnia hæc debet in ſuam curam recipere, & de omnibus rationem reddere. Ex eiſdem.

Quid, & quidquam indebitū in diſpoſitione deprehenderit.

Quòd ſi in diſpoſitione ad Capitulum per Guardianum deferenda, & in computis eleemoſynarum, aut Miſſarum ad id factis, Præſidens, & Diſcreti prædicti viderint, aut intellexerint quidquam indebitè à Guardiano commiſſum, vel omiſſum, teneantur per ſanctam obedientiam illud Prælato Superiori, ſive Diffinitorio denunciare ſcripto, & ad idem ſub eodem præcepto teneantur Diſcreti, ſi ſimile committi in diſpoſitione ad Congregationem mittenda, cognoverint. Ex eiſdem.

De receptis, Guardiano noviter electo, rationē reddere debet.

Præſidens autem idem, teneatur rationem reddere Guardiano eiuſdem Conventus noviter electo de omnibus, quæ ſecundùm inventaria diſpoſitionis, Guardianus anteceſſor reliquit: Quapropter præcipitur, vt præfatus Præſidens à Conventu ipſo non recedat, donec rationem præmiſſam reddat; Qui ſi de infidelitate, aut fraudatione convictus fuerit, actibus legitimis privetur. Ex eiſdem.

§. XXVII. *De Vicarijs Conventuum.*

VICARIUS Conventus appellatur, qui (retinente regimen Conventus Guardiano) pro ipſius abſentijs, vel in Communitatibus, vel in Con-

Digitized by Google

Conventu ſupplendis, ſufficitur, cum aliqua autho-ritate delegata.

Unus in ſingulis Coventibus ſit.

In ſingulis Conventibus vnus Vicarius conſti-tuendus eſt, qui ſit Religioſus moribus, & vita pro-batus, quique ad minùs trigeſimum ætatis annum, & Religionis decimum attingat, atque idonei-tate neceſsitati, & qualitati Conventus con-gruat. Ex Segov. 1621.

A quo ſit inſtituẽdus, & deponendus

Pro Conventibus principalioribus, à Diffinito-rio in Capitulo, vel Congregatione inſtituatur: pro reliquis, vel à Provinciali, vel à Guardiano, ſe-cundùm conſuetudinem Provinciarum. Et quam-vis inſtitutus à Guardiano, ab ipſo removeri poſ-ſit, non tamen inſtitutus à Diffinitorio, vel à Pro-vinciali, hoc inconſulto.

Eius authoritas.

Vicarius iſte in omnibus communitatibus Chori, Refectorij, &c. à quibus abſfuerit Guardia-nus, præſideat, & in toto Conventu, cùm ab eo Guardianus abſens fuerit, cui tunc ob delegatam authoritatem omnes Fratres parere tenentur.

Mortuo Guardiano durat, quouſque Provincialis provideat.

Si Guardianus moriatur, præfatus Conventus Vicarius, etiamſi à ſolo Guardiano fuerit inſtitu-tus, vi huius Conſtitutionis, Conventui præſideat, quouſque Provincialis de morte Guardiani moni-tus, provideat. Ex Ultram. c. 4. §. 51.

§. XXVIII. *De Diſcretis Conventus.*

Diſcreti in ſingulis Conventibus inſtituendi.

IN ſingulis noſtræ Religionis Conventibus ſint deſtinati Religioſi aliqui graves, qui ſint, & appellentur Diſcreti Conventus. Eorum munus eſt, vt ſint Conſiliarij, & quaſi Aſſeſſores Prælati localis: Ac proinde tenentur Guardiani in gravio-ribus negotijs eos conſulere, & de eorum conſilio facienda decernere. Ex vet. conſuet. & Tol. 1583.

Eorũ munus

Digitized by Google

Numerus & modus electionis remittitur.

Numerus Diſcretorum in quolibet Conventu habendus, & modus eos eligendi, relinquitur diſpoſitioni Provinciarum. Ex Segov. 1611.

Iniuncta ipſis in ſtatutis recolant, & exequantur.

Et quia plura in his ſtatutis commendantur Diſcretis, pro fideli Conventus gubernio perſpicienda; præcipimus ipſis, vt ad ea vigilanter attendant, & quæ ipſis iniunguntur, fideliter exequantur. Pro eiſdem.

Non ſubſcribant, niſi veris, & certis.

Caveant autem, ne in computis, ſive Miſſarum, ſive eleemoſynarum, præſertim ad Capitulum Provinciale, vel Congregationem mittendis, aut in inventarijs ſubſcribant, niſi ſibi conſtiterit, certa, & vera eſſe omnia, quæ ſcripta fuerint: Secùs autem facientes, vt infideles puniantur. Ex eiſdem Segov.

Deprehenſa infidelitate monere tenentur.

Immò, ſi quid in diſpoſitione ad Capitulum, aut Congregationem mittenda infideliter commiſſum, aut omiſſum depræhenderint, Præſidem Capituli, aut Diffinitorium monere tenentur; vt ſuprà eis iniunctum eſt. Sup. § 16.

Convenientia Conventui, aut Provinciæ Superiori, vel Capitulo proponant.

Curabunt etiam præfati Diſcreti quæcumque pro ſui Conventus religioſa conſervatione, & reformatione, ac Provinciæ ſtatu viderint expedire, prudenter circumſpecta, vel Miniſtro in viſitatione; vel Capitulo Prouinciali ſcriptis proponere. Ex Toleto 1583.

Diſcreti ad Capitulum cum ſuffragio, omnino abrogantur.

Cùm autem experientia conſtet, nihil magis adverſari Cœnobiorum paci, & tranquillitati, quàm Diſcretorum ad Provincialia Comitia deſignandorum per Fratrum ſuffragia electio; illos ex ſpeciali indulto Apoſtolico de medio tollimus in Provincijs, quæ ad minùs decem habeant Conventus: declarantes, electiones omnes in dictis Capitulis faciendas eſſe per reliquorum omnium ſuffragia, qui iuxta Generalia Ordinis ſtatuta, vel cuiuſ- Ex Rom. 1600. Decret. Apoſt. Clem. VIII.

cum-

cumque Provinciæ debita authoritate facta, vocem activam habent.

§. XXIX. *De recta officiorum adminiſtratione.*

Ordinis conſervatio ab exacta in ſuis munijs officialium obſervantia depender. — *Ex Rom. 1651.*

CUM præcipuum reſtituendi, & conſervandi Regularem Obſervantiam medium, ſit vita regentium; exhortamur Superiores omnes, & officiales prænominatos, vt in officijs ſibi commendatis, quæ ad ipſos pertinent obſervent, vt efficaciùs faciant à ſubditis, quæ ipſis impoſita ſunt, obſervare; præeantque exemplo in his, quæ verbo alijs proponunt obſervanda.

Superiorum in debito ſuo ad implendo exemplum, eſt efficacius mediũ reformationis ſubditorum. — *Ex eiſdem.*

Si namque Fratrum vniverſitas videat Miniſtros, & Commiſſarios Generales, Provinciales, Cuſtodes, Diffinitores, Guardianos, & cæteros Officiales, ſuis officijs fideliter inſervire, iuxta tenorem Regulæ, & Conſtitutionum præſcriptum; ſine dubio cæteri Fratres, aut ſervabunt ſtrictè conſtituta, aut faciliùs ferent pœnam tranſgreſsionum.

Exhortatio ad Superiores, de melioribus ad officia promovendis. — *Ex Ultramõ c. 8. & Seg. 1621.*

Hinc graviſsimis, quæ Ordini ex oppoſito facto acciderunt incommodis, commoti; Generales Prælatos admonemus, tamquàm nihil magis vniverſo Ordini neceſſarium, vt ſolicitudinem, quam pro ſui muneris ratione vniverſæ Religioni debent, hic potiſsimùm impendant, quatenus lectiſsimi tantummodò, atque omninò idonei Paſtores, ſingulis Provincijs, & ovibus præficiantur; ne ex malo negligentium, & ſui officij immemorum Paſtorum regimine, oves Chriſti ſuo ſanguine redemptæ, & ad perfectionem in Religionem vocatæ, in portu ipſo Religionis pereant.

Admonitio ad cæteros officiales, de recta officiorum adminiſtratione. — *Ex Toleti 1583.*

Admonemus etiam omnes Religioſos in officio aliquo conſtitutos, vt omnia ſua miniſteria fideliter exequantur, tanquàm ſtrictiſsimam de his ratio-

tionem Domino redditurí. Inferiores etiam omnes monemus, vt Superioribus pareant, & obediant, tanquàm illis, quibus ſua in viam ſalutis directio commiſſa eſt.

Officiales in ſuis adminiſtrationibus nõ ſe mutuò conturbent.

Ad confuſionem autem tollendam, cavere debent omnes officiales, ne in ſuis officijs ad invicem ſe conturbent, vt antiqui Patres noſtri ſtatuerunt. Atque adeò ordinamus, vt Superiores Prælati inferiores præfectos non impediant, quominùs ſua officia, iuxtà ſtatuta, liberè exequantur, neque in ſuis officijs ſe intromittant, aut ingerant; ſed potiùs (dùm non fuerint legum manifeſti tranſgreſſores, aut everſores Regularis diſciplinæ) eos adiuvent, & foveant. Ex eiſdem.

Superiores non impediàt inferiores, ſed foveant.

CAP. IX.

De electionibus, & inſtitutionibus officiorum.

§. I. *De forma electionum in communi.*

In noſtro Ordine omnes electiones ſint canonicæ.

OMNES electiones in noſtra Religione ſint canonicæ, itàut maior pars vocalium concurrentium liberè conſentiat. Ad maiorem tamen partem ſufficit quicumque exceſſus ſupra medietatem vocalium concurrentium. Quare, ſi omnes concurrentes vocales ſint viginti & vnus, & vndecim pro aliquo ſuffragentur, electio eſt canonica. Ex prim. Barch. & Salmant. 8.

Fieri debent per vota ſecreta.

Ordinamus, iuxta Concilium Tridentinum, vt omnes electiones quorumcumque Superiorum, & aliorum officialium, de quibus infrà, fiant per vota ſe- Ex Conc. Trid. ſeſſ. 25 c. 6. *de Regularibus.*

ſecreta, ita vt ſingulorum eligentium nomina nunquam publicentur.

Ad eas omnes vocem actiuâ habentes ſunt vocandi.

Ex cap. Coram. cap. Bonam memoriæ. cap. 2. Quod ſicut. cap. Quia propter de elect.

Ad quamcumque electionem omnes in ea vocem activam habentes (ſi intra diſtantiam pro ſingulis in his ſtatutis præfixam inveniantur) convocandi ſunt pro loco, & tempore celebrationis eius, conceſſo congruo tempore accedendi. Aliàs electio nulla erit.

Pro eis nec vocales Titulares inſtituendi, nec abſentiû voces ſupplendæ.

Ex Trid cit. & Roman. 1676. conf. ſpec.

Nec in poſterum liceat, Prouinciales, Guardianos, aut alios quoſcumque titulares, ad effectum electionis faciendæ conſtituere, aut voces, & ſuffragia abſentium ſupplere, vt Sacri Concilij Tridentini decreto cautum eſt, ſub nullitate electionis aliter factæ.

Pœna in permittentes ſe in Titulares creari.

Si quis autem ad prædictum effectum ſe in Provincialem, aut Guardianum titularem creari permiſerit, deinceps ad omnia officia in Religione obtinenda inhabilis exiſtat.

Nullus vocalis valet ſuffragium ſuũ alteri committere.

Ex Segov. 1611. Rom. 1639 conf. ſpec. & Cõſt. Ap. Urban. VIII. Circunſpecta. 6. Aug. 1639.

Nec quiſquam vocalium, quacumque ex cauſa, valeat ſuffragium ſuum alteri, etiam tanquàm Procuratori abſenti, vel præſenti, committere; nec tales Procuratores vocalium, ſi inſtituerentur, admittendi forent; iuxta laudabilem noſtri Ordinis conſuetudinem, Apoſtolica Conſtitutione probatam.

Forma electionis canonicæ diverſi modè in diverſis electionibus ſervanda.

Ex Salm. c. 8.

Verùm cùm in Sacro Concilio Tridentino non exprimatur forma ſpecifica in electionibus ſervanda; & in Ordine noſtro aliæ ſint electiones à toto Capitulo, aliæ à ſolo Diffinitorio faciendæ, formam ſpecificam, qua alterutræ faciendæ ſunt, ſequentibus ſtatutis exprimemus.

§. II. *De forma ſervanda in electionibus à toto Capitulo faciendis.*

Electiones totius Capituli per ſchedulas ſecretas ſunt faciendæ.

OMNES electiones, quæ à toto Capitulo, ſive Generali, ſive Provinciali, faciendæ ſunt, per ſchedulas ſecretas, & obſignatas fiant, vt antiquis Ordinis Statutis, & Apoſtolica Sanctione præceptum eſt.

Ex Salm. c. 8 Rom. 1571. & Conſt. Ap Sixti V. *Communis cura.*

Diſquiſitores nominandi.

Et primùm congregato Capitulo in loco electionis, nominentur à Præſide ipſius, & Diſcretis, ſive Ordinis, ſive Provinciæ, ſive Conventus, reſpectivè, ad Capitulum celebrandum ante electionem, duo teſtes ad minùs, & vnus Secretarius, qui ſint de corpore Capituli, in Diſquiſitores: nam electio ſine Diſquiſitoribus eiuſmodi, nulla eſt.

Ex Salm. c. 8. & ex cap. *Quia propter de elect.*

Eis ſub cenſura ſecretum imponendum.

Quos ſeorſim ſic inſtitutos, vocatos, & coram Præſide, & vniverſa Capitulari Congregatione genuflexos, ſuper ſervando electionis ſecreto, ita vt nullo modo eligentium nomina vllo quovis tempore publicentur, Præſes ipſe obſtringat, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda.

Ex eiſdem. Salm. Conc. Trident. & Cóſt. Apoſt. Sixti V.

Pro ſcrutinio faciédo in aperto loco ſedeant

Deinde Diſquiſitores conſurgant, & loco aperto, & conſpicuo, coram Capitularibus vniverſis, ad menſam, huius rei gratia, anteà præparatam ſedeant, in qua ſint vaſa neceſſaria pro ſcriptis ſuffragijs in ea inſerendis, ac item inſtrumenta ad ſcribendum convenientia: habeantque Diſquiſitores ipſi omnium eligentium nomina in folio deſcripta.

Ex eiſdem. Salm. & veteri conſuet.

Ex Segov. 1621.

Schedulæ electionis quomodò à vocalibus faciendæ.

Interim verò electores ſinguli ſua ſuffragia manu propria in ſingulis ſchedulis ſcribant, & proprio nomine ſubſcribant, ſubſcriptionemque ip-

ipſam omnino claudant, ita vt non poſsit legi, niſi neceſsitas vrgeat.

A ſingulis palà in vas mittantur.

Poſteà Capitulares per ordinem vocati accedant, ab antiquioribus incipiendo, & vnuſquiſque ſchedulam ſuam in vas, ad id in menſa poſitum inferat, coram Præſide, & toto Capitulo. Ex Tolet. 1585. & Segov. cit.

Infirmorum ſuffragia, quomodo recipienda.

Si autem fuerint aliqui vocales infirmi, aut non valentes ſcribere, eorum vota debent ſumi à duobus Diſquiſitoribus, qui ea deferre debent ad locum electionis in vrna, & patenter ponere in vaſe reliquarum ſchedularum.

Quomodo fieri debeat ſcrutinium, & vota regulari.

Quibus omnibus in electionis vas eiuſmodi, vt dictum eſt, illatis, coram ipſis Diſquiſitoribus extrahantur à Præſide electionis ſchedulæ ipſæ, & numerentur accuratè, ac regulentur ab eodem Præſide, & Diſquiſitoribus diligenter, & ab eo, qui Secretarij fungitur officio, fideliter notentur, ſedentibus ſolis ipſis Præſide, & Diſquiſitoribus ad menſam: reliqui enim vocales in ſuis locis ſedebunt, interim dùm vota regulantur. Ex eiſdem.

Electio facta publicetur.

Quòd ſi electio facta fuerit, ab eodem Secretario clara, & intelligibili voce, vt infrà, publicetur. Si verò facta non fuerit, iterentur eodem modo ſuffragiorum receptio, & eorum ſcrutinia, itaut ſemper ſuffragantium numerus, qui pro ſingulis ſuffragatus fuerit, electoribus publicetur in quolibet ſcrutinio. Ex eiſdem, & prim. Barch.

Si nõ fuerit facta, publicato ſcrutinio, alia iterentur.

Forma publicãdæ electionis.

Electione igitur facta, ſurgat Secretarius Diſquiſitor, & ſic eam proferat, & publicet: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Hæc eſt electio canonica N. facta in hoc Conventu. N. tali die, menſe, & anno: in qua quidem electione vota ſic diſtributa ſunt: Frater N. habuit tot ſuffragia.* Et incipiat ab his, qui pauciora habent. Et cùm debeat Ex eiſdem.

beat

beat enunciare nomen illius, qui canonicè eſt electus, dicat: *Et ego Fr. N. vnus ex Diſquiſitoribus, nomine meo, & nomine omnium veſtrum, qui mecum conſenſiſtis, eligo Fratrem N. cum tot ſuffragijs in N.*

Cōfirmationis electi neceſsitas.

Electus autem quicumque ſit (præter Generalem Miniſtrum, de quo infrà) nullam habet authoritatem, quouſque fuerit confirmatus ab eo, qui electioni præfuit; iſte autem, niſi iuſta ſubſit cauſa ſtatim confirmabit electum, & electus tenebitur illicò acceptare officium, & extunc illud exercere. Ex eiſdem.

Quovis ſcrutinio facto, mox comburantur ſchedulæ.

Et vt ſuffragia, ſeu elegentium nomina, omninò ſecreta, ac occulta ſint; peracto quolibet ſcrutinio, mox ſchedulæ omnes, coram ipſis à Capitularibus omnibus omninò comburantur, prout etiam Apoſtolica Sanctione iam cautum eſt. Quod etiam fiat quoties in ſcrutinio aliquis error intercesſerit, ita vt nunquam ſchedula vlla ſuffragantis, in vas electionis illata, maneat incombuſta. Ex Salm. c. 8 & Conſt Sixti V.

Electio, quādo devolvitur ad Superiorem, & ad quem.

Si autem Electores in varia placita diviſi, intra vnius diei ſpatium non elegerint; Præſidens Capituli poterit, ſecundùm iuris diſpoſitionem, quem voluerit, ſecundùm Deum, eligere; niſi electio ſit Miniſtri Generalis, aut Provincialis: ſi enim electio eſſet Miniſtri Generalis, ad Papam devolvitur; ſi autem Miniſtri Provincialis, ad Generalem ipſum remittitur, ad eumque omninò pertinet eius electio: Intereà verò Commiſſarius Provinciæ, per Præſidem inſtituatur, & acta Capitularia quæcumque terminentur. Idem ſtatuimus eſſe faciendum in caſu, in quo Electores eligerent ſcienter indignum. Ex Clem. *Exivi*, & Segov. 1611.

Solemnitatibus, & formis accidentia.

In electionibus demùm prædictis, & earum confirmationibus, Electores, & confirmatores non Ex Cōp. privil. verb. *Electi.* §. 4. & Coſt. Pij V.

ar-

talibus iuris in præmiſsis nō tenemur. arctari ad ſolemnitates, & formas accidentales à iure ſtatutas, à Sede Apoſtolica Ordini noſtro conceſſum eſt.

§. III. *De forma ſervanda in electionibus à ſolo Diffinitorio, vel extra Capitulum, faciendis.*

Quæ nā electiones extra Capitulū faciēdæ ſunt per ſchedulas ſecretas.

ELECTIONES Commiſſarij Generalis Familiæ, in Congregatione Generali à ſolo Diffinitorio Generali; Vicarij Generalis Ordinis, Vice-Commiſſarij Generalis Familiæ, à Compromiſſarijs infrà conſignandis; & Vicariorum Provincialium, à Diffinitorijs ſuæ reſpectivè Provinciæ faciendæ, debent fieri per ſchedulas ſecretas, & obſignatas, ſervata in omnibus ſubſtantialibus forma, pro electionibus à toto Capitulo celebrandis §. præcedenti præſcripta.

Quenam à Diffinitorio per ballotationes, proponente Præſide.

Electiones verò Pro-Miniſtrorum ad Capitulum Generale, Cuſtodum, & Diffinitorum extra Capitulum, Guardianorum omnium, & Præſidentium locorum, ac Vicariorum Monialium, qui vocem actiuam habeant in Capitulo, à ſolo Diffinitorio Provinciæ faciendæ, debent fieri per ſuffragia ſecreta, & ballotationes, proponente eo, qui Diffinitorio præſidet, ſive ſit Præſidens ſpecialis, ſive Miniſter Provincialis, eo deficiente.

Ex Conſt. Apoſt. Urban VIII. *Religioſos v ros*, 1641. Alex. VII. *Credita nobis*, 1663. & Roman. 1664.

Cōferentia, quæ hāc electionem præcedere debet.

Modus autem electionis erit, vt antequàm Patres Diffinitorij ad electionem deveniant, fiat inter ipſos diſcuſsio ſuper meritis, & qualitatibus promovendorum, & primùm attendantur merita, & aptitudo pro bono Religionis: deinde iuſtitia diſtributiva pro pacis conſervatione.

Ex Ultram. iuxt. Rom. cit.

Electionis huiuſmodi forma.

Poſtmodùm is, qui electionibus huiuſmodi præſidet, proponat vnum pro quolibet Conventu ſucceſ-

Ex eiſdem.

ceſsivè; ſuper quo ſumántur ab electoribus calculi nigri, & albi, ad hoc præparati; & ſic abſque alia diſcuſsione à ſingulis ſecretò immitantur in vrnam.

In ea maior pars ſuffragiorum decidit.

Ex eiſdem, & Tol. 1673.

Quòd ſi maior pars fuerit affirmativa, propoſitus intelligatur electus; ſi verò fuerit negativa, proponatur alius ab eodem Præſide, vt ſuprà, donec electio fiat iuxta terminum præfixum à iure:

In paritate acceſsio Præſidis.

Quòd ſi ſuffragia fuerint paria, Præſidens præfatus votum, ſeu ſuffragium deciſsivum qualitatis, ſua acceſsione rem determinans, habeat; eoque vtatur, prout, ſecundùm Deum, ipſi meliùs videbitur expedire.

Excluſus per ballotationes ab vno Guardianatu, non cẽſetur pro alio excludi.

Ex Rom. 1664.

Declaratur autem, quòd ſi aliquis propoſitus fuerit in Guardianum alicuius Conventus, & per vota fuerit excluſus, non cenſetur pro alio Conventu excludi; ac proinde poteſt pro alio proponi.

Quænam electiones, ſeu inſtitutiones fieri debeãt voce.

Ex vet. conſuet. & Seg. 1611.

Alij autem Officiales, vt Vicarij Monialium, & Præſidentes locorum, non habentes ſuffragium in Capitulis, Magiſtri Novitiorum, Lectores Theologiæ, Prædicatores Conventuales, & alij huiuſmodi, quorum electio ad Diffinitorium pertinet, præmiſſa inter Electores conferentia ſuper meritis, & qualitatibus eligendorum, & proponente Præſide, eligantur per ſuffragia ore tenus prolata, vt habetur ex veteri conſuetudine huc-uſque inviolatè ſervata.

§. IV. *De electionum libertate.*

Omnes electiones ſint liberæ, alioquin nullæ.

CUM electio ex ſua natura libertatem importet, non ſolùm ex ſtatutis Religionis, ſed ex iure naturali, & communi; omnes electiones liberæ eſſe debent, aliàs irritæ, & nullæ forent.

Ex Tolet. 1583. & cap *Notificaſti.* 95.

Pœna in Præſidem, libertatem impedientem.

Si autem Præſidens electionibus Electores, quominùs liberè eligant, quovis modo impedire conuictus fuerit, officio privatus exiſtat, vt Apoſtolica ſanctione ſtatutum eſt.

Ex Conſtit. Apoſt. Pij V. *Paſtoralis.* ann. 1571.

Electio ſine authoritate Apoſtolica coarctari nó poteſt.

Et cùm coarctatio libertatem magna ex parte tollat; declaratur, nullam electionem ſine ſpeciali facultate Apoſtolica coarctari poſſe; aliter enim coarctata electio, eo ipſo, irrita eſt, & nulla.

Ex eadem Cóſt Apoſt. & Tol. 1583.

Nulli Præſidéti licet, cógregatis vocalibus, electiones ſuſpendere, aut impedire.

Statutum eſt à Capitulo Generali, ne liceat Miniſtro Generali, & multo minùs alijs inferioribus Prælatis, qui electionibus præſident, illas iam inchoatas ſuſpendere, aut ijs iam congregatis, ad quos ſpectat faciendis electionibus intereſſe, eas impedire, ne fiant. Prætereà ijſdem Prælatis Generalibus interdicitur, ne functiones, quæ ad Congregationem legitimè convocatam ſpectant, ſuſpendere, aut impedire præſumant: ſcientes, totum hoc irritum fore, vtpotè violentum, & libertati electionis contrarium.

Ex Rom. 1639. conſ. ſpec.

Nec alias fúctiones ad ipſos congregatos pertinentes.

§. V. *De qualitatibus eligendorum.*

Inhabiles ad officia Ordinis eligi non poſſunt.

ELIGENDI ad officia Ordinis in primis ad ea inhabiles eſſe non debent, nec ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, nec ex Statutis Ordinis. Quinam autem ſint inhabiles, ſequentibus declarabimus.

Ex Tolet. 1583.

Illegitimi ſunt inhabiles niſi cum eis fuerit diſpenſatum.

Ex Cõſt Ap. Greg. XIV. *Circũſpectã.* ann. 1591.

Illegitimi, quamvis per ingreſſum Religionis ſint legitimati ad Ordines, tamen ad honores, gradus, & dignitates Religionis promoveri non valent, niſi fuerit cum illis diſpenſatum per Generales, aut Provinciales cum Generali, Provinciali, ſeu intermedio Capitulo, & non aliàs, prout Apoſtolica ſanctione cautum eſt.

Forum diſpenſatio.

Declaranda in ſcriptis ſub ſigillo.

Ex mari magno. *Regimini.* Ex c. *Ex tua,* de filijs Presbyter. c. 10. Concil. Trid. ſeſſ. 25 c. 18.

Diſpenſatio hæc non ſortietur effectum, niſi ſub ſigillo Miniſtri, aut Commiſſarij Generalis, vel Provincialis, fuerit certitudinaliter declarata: & ſemel debitè, vt præmiſſum eſt, facta, non debet ſecundùm Sacros Canones, & Concilium Tridentinum, irritari.

Semel data non irritanda.

Illegitimorum inhabilitas ad quænam officia.

Iuxta Vallis. 1565. & Tolet. 1583.

Declaramus autem, per honores, gradus, & dignitates, ad quos per Conſtitutiones Apoſtolicas illegitimi ſine præmiſſa diſpenſatione ſunt inhabiles, intelligi omnes Prælaturas, ſive ordinarias, ſive delegatas, à Miniſteriatu Generali, vſque ad præſidentiam loci; & inſuper officia Diffinitorum, tam Generalium, quàm Provincialium, Diſcretorum Ordinis, & Provinciæ; Cuſtodum, & Pro-Miniſtrorum ad Capitulum Generale; non tamen officia Vicarij Conventus, Magiſtri Novitiorum, Diſcreti Conventus, & Vicarij, ſeu Confeſſarij Monialium, qui ſex Fratribus, vt Superior, non præſidet.

Sacrilegus, ad quæ, adhuc diſpenſatus, eligi nõ poteſt.

Ex Vallis. 1591.

Nullus tamen ſacrilegus, etiamſi cum ipſo ſecundùm Ordinis privilegia diſpenſatum fuerit, in Generalem Miniſtrum, Commiſſarium Generalem, Diffinitorem Generalem, vel Superiorem Provincialem, eligi valeat.

Quinam ſanguine maculati, per Conſtitutiones Apoſtolicas facti fuerũt inhabiles.

Ex Cõſt Ap. Pauli IV. *Cũ Apoſtolatus.* ann. 1559. & Gregor. XIII. *Confuevit.* 1573.

Ex Conſtitutione Apoſtolica Pauli IV. innovata, & confirmata à Gregorio XIII. deſcendentes intra quartum gradum à Iudæis, vel Mahumetanis, vel Hæreticis damnatis, quorum oſſa, vel ſta-

tuæ.

Poſt illas profeſsi, nec Fratres ſunt.

tuæ igni tradita ſunt, ad prædicta officia, & dignitates aſſumi, aut elegi non poſſunt. Cæterùm quia ex eiſdem Conſtitutionibus Apoſtolicis profeſsio ſic maculatorum irrita, & nulla eſt; nec modò ſuperſtes eſſe poſsit aliquis, qui ante dictam Conſtitutionem profeſſus fuerit; ſi quis ſic maculatus ſanguine inventus eſſet, ſtatim ab Ordine eſſet expellendus, vt ſuprà, cum de qualitatibus recipiendorum ageretur, ſtatutum eſt.

Alij inhabiles ex iure communi.

Ex iure Communi, præter excommunicatos, ſuſpenſos, interdictos, irregulares, & infames, ſunt etiam inteligibiles ſacrilegi, falſarij litterarum Apoſtolicarum. Item ſimoniaci, qui pro conſequendo quovis officio aliquod temporale munus, vel à manu, vel à lingua, vel ab obſequio dant; & qui ineunt pactiones illicitas per ſe, vel per alios cum eligentibus, vel alijs, ad electiones. Item ambitioſi, & qui, propter aliquas actiones in iure expreſſas, de ambitione ſuſpecti ſunt.

Ex cap. 15. *Qui* de ſent. excom. in 6. Cap. *Infamibus*, de regulis iuris. Cap. *Non ſatis* & cap. *Mandato*, de ſimon. Et c. *Superiorum*, de electionibus. c. *Diſplicet*. 23. q. 4. c. *Poſt petitam* de elect. & alijs.

Inhabiles ex ſtatutis Ordinis.

Inhabiles etiam ad Ordinis officia omnia cenſendi ſunt, qui ſigillum Ordinis, etiam cuiuſcumque Conventus falſaverint; qui notabili infamia alicuius criminis (contra caſtitatem præſertim) fuerit coram Prælato convictus; qui per ſæcularium favores officia, vel alia quæcumque, procuraverit; & cæteri, qui in his ſtatutis inhabiles ad Ordinis officia declarantur.

Ex Vallis. 1565. & 1593.

Eligendi ad officia Ordinis debent vitam communé ſequi.

A publicatione Bullæ Unionis, antiquis, & modernis Conſtitutionibus Ordinis ſtatutum eſt, vt ad prædicta officia eligendi debeant Regulam B. P. N. Franciſci obſervare, & illam cum Conſtitutionibus ſcire, & in choro, victu, & veſtitu, quantum officij neceſsitas conceſſerit, cum alijs ſe conformare; & tandem in omnibus vitam communem, ſine diſpenſatione, ducere.

Ex prim. Barch. Tol. 1606 & Tolet. 1658. Rom. 1651.

Non ſunt eligendi qui non poſsint, & conſueverint illā ſervare.

Decreto etiam Apoſtolico Clementis VIII. cautum eſt, vt ad officia, gradus, & Prælaturas illi præcipuè eligantur, qui poſsint, & conſueverint Regulam, & Conſtitutiones Ordinis obſervare, præſertim quæ pertinent ad ſervitium Chori, ac veſtitum, & victum communem.

Ex decr. Ap. Clem. VIII. *Nullus omnino.* 25. Iunij 1599.

Qui ipſam non ſequuntur abſque diſpenſatione ſunt inhabiles ad quamcumque Ordinis Prælaturam.

Et quamvis ad officia, ſeu dignitates Diſcretorum Ordinis, Familiæ, & Provinciarum, aſſumi poſsint illi, qui ab vno, & altero præcepto Regulæ ob infirmitates, vel habituales neceſsitates, de Superiorum licentia, iuxtà Regulam ipſam, excuſantur, ſi aliàs in reliquis Communitates ſequantur, & obſervantiæ Regulæ, & Conſtitutionum zelatores exiſtant; nihilominùs ad quamcumque Ordinis Prælaturam ſunt inhabiles.

Iuxta motū proprium citandum.

Declaratio de non ſequela vitæ communis reddente inhabiles ad Prælaturas.

Sanctiſsimus enim D. N. Innocentius XI. conſiderans, efficaciùs reſtituendæ obſervātiæ medium eſſe exemplum Prælatorum; motu proprio, & ex certa ſcientia, ſtatuit, neminem eligi poſſe in Prælatum, ſeu Superiorem in Ordine noſtro, qui vitam communem obſervantiæ non ſequatur, hoc eſt, qui frequenter equitet, ſeu infirmitatem, qua ab obligatione pedibus incedendi excuſetur, habeat; qui induſijs, ſeu camiſijs, aut lineis vtatur, apud ſe, vel in lecto; qui calceatus incedat; qui ieiunia Eccleſiæ, & Regulæ non ſervet; qui aliquando viſus ſit contrectare pecunias, niſi iam per triennium ſaltèm emendatus ſit; qui notabiliter defectuoſus ſit in aſsiſtendo Communitatibus Chori, Refectorij, & alijs, prout ſibi in Conſtitutionibus præſcribitur.

Ex mot. propr. Inno. XI. *Sollicitudo Paſtoralis.* 10. Novēb. 1679.

Electio illius, qui declaratam vitam non ſequitur, irrita declaranda eſt à Prælato Generali, & quomodo.

Statuit etiam, vt electio illius, qui in omnibus præmiſsis vitam communem non ſequatur, irritanda ſit à Prælato, ſive Superiori Generali, capta informatione extraiudiciali pro ſua conſcientia, ſine ſtrepitu Iudicij, cum conſilio tamen, & aſſenſu

Ex eodem motu proprio.

trium

trium Fratrum, qui Miniſtri Provinciales, vel ſaltem Diffinitores Provinciæ ſint, vel fuerint; ipſorum conſcientias onerando, ne aut ille expellatur, qui vitam communem ſequitur, aut ille confirmetur, qui eam non obſervet. *Ex Tolet. 1635.*

Pœna inconſenſiẽtes electioni Guardiani, qui illam non ſequatur.

Huius Apoſtolicæ legis obſervationem ſummopere Superioribus Generalibus commẽdamus. In electionibus autem Guardianorum, quibus ipſi non interſint, Provincialis, vel Præſes, qui quemquam vitam communem, præfata lege expreſſam, non ſequentem, ad Guardianatum promoverit, & Diffinitores, qui eius propoſitioni non ſe oppoſuerint, officijs priventur. *Ex Tolet. 1583. iuxta Conc. Trid. ſeſſ. 22. de Reform. c. 2. & ſeſſ. 24. de Reform. c. 1.*

Qualitates eligendorũ generatim ad quodvis Ordinis officium.

Prætereà generatim ad nullum prædictorum officiorum aſſumi poteſt, niſi qui ætatis ad minùs triginta annorum ſit, & decem Religionis, ac in ſacro Ordine conſtitutus, quique integritate vitæ, & virtutum præſtantia præcellat ac ea ſcientia, prudentia, & idoneitate præditus ſit, vt muneris ſibi iniugendi neceſsitati poſsit ſatisfacere. Et cùm munera, pro maiori, & minori eorum præſtantia, & qualitate, plura, aut pauciora expoſcant in obeuntibus ipſa; ſequentia ſpeciatim ſtatuuntur. *Ex Ultram. cap. 8. iuxta Coſt. Apoſt. Paul. V. Paſtoralis, & Greg XIII. Militantes.*

Qualitates requiſitæ in eligendis ad Prælaturas Generales.

Eligendus in Miniſtrum Generalem debet eſſe ætate gravis, morum honeſtate, integritate vitæ, & doctrinæ præſtantia inſignis, prudentia, conſilio, ac rerum agendarum vſu, tanto oneri maximè idoneus. Iiſdemque qualitatibus proportionabiliter præditi ſint, qui in Vicarios, Commiſſarios, Vice-Commiſſarios, & Superiores Generales eligendi ſunt. De requiſitis pro eligendis in Officiales Curiæ Romanæ, ſuprà actum eſt. *Sup. c. 8. §. 9.*

Item eligendorũ in Provinciales.

Eligendi autem in Miniſtros Provinciales debent eſſe morum gravitate, litterarum ſcientia, ac gubernandi peritia ad hoc munus, vel maximè ido- *Ex eildem.*

idonei. Ad quod eligi non poſſunt qui trigeſimum quintum ætatis annum, & Religionis vigeſimum, non exceſſerint.

Debent eſſe de corpore Provinciæ, & à quo tempore.

Prohibetur autem, ne in Miniſtros Provinciales aſſumantur niſi qui de earumdem Provinciarum corpore ſint, hoc eſt, ibi profeſsi, vel à longo tempore (ſaltèm per decennium) in eis incorporati; & inſuper in inferiorum officiorum gradibus aptitudinis ſuæ ad gubernandum ſpecimen tribuerint: aliter electio, ipſo facto, irrita, & nulla ſit. Ex Rom. 1639. conſ. ſpec.

Et in inferioribus officijs experientia probati.

Quinam tales reputandi ſunt.

Declaratur autem, illos reputandos eſſe tale ſpecimen tribuiſſe, qui vel per duos integros annos exercuerint laudabiliter Guardianatus officium, vel qui in alijs Superioribus muneribus, in obſequium Religionis exhibitis, dederint notoriam experientiam de ſcientia, & prudentia ad gubernandum in officijs æquivalentibus, iuxtà Superiorum Generalium iudicium. Ex Toleto 1645. & Roman. 1651.

Qualitates, eligendorũ in Diffinitores Generales.

Eligendi in Diffinitores Generales debent eſſe ætatis, ad minus, triginta quinque annorum, & viginti Religionis; & tantæ litteraturæ, præcipuè in Sacris Canonibus, & Regulari iure, ac Statutis Religionis, vt ſupremi Ordinis Iudices eſſe valeant. Ex Valliſ. 1593. Nec poſſunt eligi, niſi ſint de corpore Capituli Generalis; &, ſi fuerint Pro-Miniſtri, niſi illis qualitatibus præditi ſint, quæ ſuprà, pro conſequenda præcedentia, in ipſis requiruntur. Ex Toleto 1583.

Item eligendorũ in Diffinitores Provinciales.

Eligendi in Diffinitores Provinciæ, & Cuſtodes ad Capitulum Generale, debent excedere trigeſimum tertium ætatis annum, & decimum quintum Religionis, & in Prædicationis Conventualis, aut lecturæ munere laudabiliter per ſex annos eſſe verſati, aut Guardianatus munere triennio integro cum laude functi; & tanta Sacrorum Sup. c. 8. §. 21.

Canonum, & iuris Regularis litteratura inſtructi, vt ſecurè Provinciæ Iudices eſſe valeant.

Electores tenentur eligere meliores.

Præmonemus autem, omnes Electores teneri, iuxta Decreta Apoſtolica Clementis VIII.ad Superioritates, & officia Ordinis, ſecundùm veritatem conſcientiæ cuiuſcumque, probatiores, ac magis idoneos, eligere.

Ex Decr. Apoſt. Clem. VIII. 1593.

Exhortatio, & monitio Tridentini ad Electores pro melioribus eligendis.

Et quidem Decretum, circa hoc, Concilij Tridentini de omnibus, qui curam animarum ſuſcepturi ſunt, etiam de Regularibus intelligentes, ipſum, hic inſerendum iudicavimus: *Hortatur, itaque, & monet Sancta Synodus Electores omnes vt in primis meminerint, nihil ſe ad Dei gloriam, & populorum ſalutem vtiliùs poſſe facere, quàm ſi bonos Paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos, promovere ſtudeant, eoſque alienis peccatis communicantes, mortaliter peccare, niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis vtiles ipſi iudicaverint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curaverint.*

Ex Concil. Trid ſeſſ. 14 *de Reform* c. 1.

Statuta de qualitatibus eligendorũ in comitijs ſingulis legenda.

Demum præcipimus, iuxta eadem Apoſtolica Clementis VIII. decreta, vt congregatis ad Capitulum, vel Congregationem intermediam vocalibus, in prima Communitate Refectorij, aſsiſtentibus omnibus, perlegatur totus hic paragraphus de qualitatibus, eligendorum, ne ignorantia, & inadvertentia, aliquibus in re adeò gravi ſit cauſa delinquendi.

Ex decr. eiſdem. Apoſt. Clem. VIII.

§. VI. *De incompatibilitate officiorum.*

Ratio incõpatibilitatis officiorum.

OFFICIA ſunt incompatibilia, vel quia vi vnius præſtatur munus alterius, vel quia munera vtriuſque ſimul congruè præſtari non poſſunt.

Ex antiq cõſuet.

Ex

ſitor [t]alis [p]oteſt eſſe Diffinitor Provinciæ, nec ſuffragari vt pater, &c.

Ex prima ratione, Diffinitor Generalis non poteſt eſſe Diffinitor Provinciæ, aut habere exercitium Patris dignioris, vel Ex-Provincialis immediati, cùm vi Diffinitoriatus Generalis Diffinitorium Provinciale cum ſuffragio ingrediatur. Ex Rom. 1639. conf. ſpec.

Patres cum iure ſuffragandi non poſſunt eſſe Diffinitores.

Nec Patres Dignior, aut Ex-Provincialis immediatus, poſſunt eſſe Diffinitores ob eandem rationem. Poteſt autem quivis eorum eſſe Cuſtos ad Capitulum Generale, ob diverſum iſtius officij munus: ſed tunc hoc ipſo vacabit munus Patris dignioris, aut Ex-Provincialis immediati, & in illud alius habens ius ſubrogandus erit, nec aliquis vtrumque munus ſimul habere poteſt; ſicut nec ſimul eſſe Cuſtos, & Diffinitor. Iuxt. Conſt. Apoſt. Urb. VIII. *Onero ſa.* 1639.

Suſpenſo illo iure, poſſunt eſſe Cuſtodes.

Prælati Ordinarij non poſſunt eſſe Viſitatores in aliena Provincia.

Ex ſecunda ratione, nec Provincialis, nec Guardianus poſſunt eſſe Viſitatores alterius Provinciæ, cùm reſidentia in propria Provincia, aut Conventu, Prælati actualis omninò requiratur. Iuxt. Conc. Trid. ſeſſ. *de Reform.* c. 1. & Seg. 1621.

Patres cum iure ſuffragandi non poſſunt eſſe Guardiani, niſi, &c.

Nec Pater Dignior, aut Ex-Provincialis immediatus, poſſunt eligi in Guardianos, niſi rationabilibus, & vrgentibus de cauſis Diffinitorio probatis, conſulto tamen Superiore Generali, aliter expedire videatur: quo caſu in Diffinitorio non ſunt admittendi per totum illud temporis ſpatium, quo Guardiani fuerint; & alij, vt ſuprà, in eorum munus Patris Dignioris, aut Ex-Provincialis immediati, ſunt ſubrogandi. Ex Valliſ. 1593. iuxt. Rom. 1639.

Nec Diffinitores aut Cuſtodes, poſſũt eſſe Guardiani.

Diffinitores etiam, & Cuſtodes, dùm actu ſua munera exercent (hoc eſt à Capitulo, in quo electi ſunt, vſque ad Capitulum ſequens excluſivè) nullo modo in Guardianos eligi poſſunt. Ex Tolet. 1583. & Cõſtit. Apoſt. Pauli. IV. *Virum ambitioſ a.*

Lectores, quandiù tale munus exercent, nullum aliud

Lectores, nec Guardiam, nec Secretarij eſſe poſſunt.

aliud officium obtinere poſſunt cum præfato munere incompatibile, qualia ſunt officia Guardiani, & Secretarij. Quòd ſi ad illa electi fuerint, hoc ipſo vacat lectoratus. Ex Rom. 1664.

Guardiani non poſſunt eſſe Secretarij.

Officium Secretarij Provinciæ, aut Viſitationis, eſt incompatibile cum Guardianatu, aut quavis alia Prælatia locali; ac proinde hoc ipſo, quòd quis aliquod eorum acceptaverit, aliud vacare debet. Iuxtà Segov 1611. c. 7. tit. *de Guardianis.*

§. VII. *De vacantijs officiorum.*

Vacantia officiorum, quid ſit.

VACANTIAM officiorum appellamus tempus, quod, ſecundùm Conſtitutiones Apoſtolicas, & Ordinis, interiacere debet, vt quis aliquo officio functus, in ipſum, vel aliud iterùm eligi poſſit. Vacantia autem præfatis Conſtitutionibus præſcripta, ſumenda eſt à die expleti officij, & ab illo computandum tempus pro vacantia conſignatum, vſque ad novam electionem, vt à Sacra Regularium Congregatione ſæpè declaratum eſt. Ex declar S.C. Regul. 1. Iun. 1651 & 9. Maij 1653.

Quomodo accipienda.

Vacantia à Miniſteriatu Generali.

Ut Miniſter Generalis poſſit iterùm eligi in Miniſtrum, aut Commiſſarium Generalem, debet vacare per ſexdecim annos. Ex Cōſt. Ap. Greg. XIII. *Conſuevit.* ann. 1587.

A Vicariatu Generali.

Vicarius Generalis, qui biennio functus fuerit officio Vicariatus, non poteſt eligi in Commiſſarium Generalem, niſi per triennium integrum vacaverit. Ex Romà 1651. iuxta declar Cardin 10. Novemb. 1645.

A Commiſſariatu Generali Familiæ.

Commiſſarius Generalis Familiæ eligi non poteſt in Miniſtrum Generalem, nec iterùm in Commiſſarium Generalem, niſi per ſexdecim annos vacaverit. Ex Conſt. Apoſt Gregor. XIII. citat.

A Vice-Cōmiſſariatu Generali.

Vice-Commiſſarius Generalis Familiæ biennio integro functus officio, eligi non poterit in Miniſtrum, aut Vicarium Generalem Ordinis, niſi per triennium vacaverit. Ex Valliſ. 1593. & Rom. 1651.

ceſsivè; ſuper quo ſumantur ab electoribus calculi nigri, & albi, ad hoc præparati; & ſic abſque alia diſcuſsione à ſingulis ſecretò immitantur in vrnam.

In ea maior pars ſuffragiorum decidit.

Ex eiſdem, & Tol. 1673.

Quòd ſi maior pars fuerit affirmativa, propoſitus intelligatur electus; ſi verò fuerit negativa, proponatur alius ab eodem Præſide, vt ſuprà, donec electio fiat iuxta terminum præfixum à iure: Quòd ſi ſuffragia fuerint paria, Præſidens præfatus votum, ſeu ſuffragium deciſsivum qualitatis, ſua acceſsione rem determinans, habeat; eoque vtatur, prout, ſecundùm Deum, ipſi meliùs videbitur expedire.

In paritate acceſsio Præſidis.

Excluſus per ballotationes ab vno Guardianatu, non cēſetur pro alio excludi.

Ex Rom. 1664.

Declaratur autem, quòd ſi aliquis propoſitus fuerit in Guardianum alicuius Conventus, & per vota fuerit excluſus, non cenſetur pro alio Conventu excludi; ac proinde poteſt pro alio proponi.

Quęnam electiones, ſeu inſtitutiones fieri debeat voce.

Ex vet. conſuet. & Seg. 1621.

Alij autem Officiales, vt Vicarij Monialium, & Præſidentes locorum, non habentes ſuffragium in Capitulis, Magiſtri Novitiorum, Lectores Theologiæ, Prædicatores Conventuales, & alij huiuſmodi, quorum electio ad Diffinitorium pertinet, præmiſſa inter Electores conferentia ſuper meritis, & qualitatibus eligendorum, & proponente Præſide, eligantur per ſuffragia ore tenus prolata, vt habetur ex veteri conſuetudine huc-uſque inviolatè ſervata.

§. IV. *De electionum libertate.*

Omnes electiones ſint liberæ, alioquin nullæ. — *Ex Tolet. 1583. & cap Notificaſti. 5 95.*

CUM electio ex ſua natura libertatem importet, non ſolùm ex ſtatutis Religionis, ſed ex iure naturali, & communi; omnes electiones liberæ eſſe debent, aliàs irritæ, & nullæ forent.

Pœna in Præſidem, libertatem impedientem. — *Ex Conſtit. Apoſt. Pij V. Paſtoralis. ann. 1571.*

Si autem Præſidens electionibus Electores, quo minùs liberè eligant, quovis modo impedire conuictus fuerit, officio privatus exiſtat, vt Apoſtolica ſanctione ſtatutum eſt.

Electio ſine authoritate Apoſtolica coarctari nó poteſt. — *Ex eadem Cóſt Apoſ. & Tol. 1583.*

Et cùm coarctatio libertatem magna ex parte tollat; declaratur, nullam electionem ſine ſpeciali facultate Apoſtolica coarctari poſſe; aliter enim coarctata electio, eo ipſo, irrita eſt, & nulla.

Nulli Præſidéti licet, cógregatis vocalibus, electiones ſuſpendere, aut impedire. — *Ex Rom. 1639. conſ. ſpec.*

Statutum eſt à Capitulo Generali, ne liceat Miniſtro Generali, & multo minùs alijs inferioribus Prælatis, qui electionibus præſident, illas iam inchoatas ſuſpendere, aut ijs iam congregatis, ad quos ſpectat faciendis electionibus intereſſe, eas impedire, ne fiant. Præterea ijſdem Prælatis Generalibus interdicitur, ne functiones, quæ ad Congregationem legitimè convocatam ſpectant, ſuſpendere, aut impedire præſumant: ſcientes, totum hoc irritum fore, vtpotè violentum, & libertati electionis contrarium.

Nec alias fúctiones ad ipſos congregatos pertinentes.

§. V. *De qualitatibus eligendorum.*

Inhabiles ad officia Ordinis eligi non poſſunt. — *Ex Tolet. 1583.*

ELIGENDI ad officia Ordinis in primis ad ea inhabiles eſſe non debent, nec ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, nec ex Statutis Ordinis. Quinam autem ſint inhabiles, ſequentibus declarabimus.

Digitized by Google

Illegitimi unt inhabiles niſi cum eis fuerit diſpenſatum.

Illegitimi, quamvis per ingreſſum Religionis ſint legitimati ad Ordines, tamen ad honores, gradus, & dignitates Religionis promoveri non valent, niſi fuerit cum illis diſpenſatum per Generales, aut Provinciales cum Generali, Provinciali, ſeu intermedio Capitulo, & non aliàs, prout Apoſtolica ſanctione cautum eſt.

Ex Côſt Ap. Greg. XIV. *Circuſpecta.* ann. 1591.

Forum diſpenſatio.

Declaranda in ſcriptis ſub ſigillo.

Diſpenſatio hæc non ſortietur effectum, niſi ſub ſigillo Miniſtri, aut Commiſſarij Generalis, vel Provincialis, fuerit certitudinaliter declarata: & ſemel debitè, vt præmiſſum eſt, facta, non debet ſecundùm Sacros Canones, & Concilium Tridentinum, irritari.

Semel data non irritanda.

Ex mari magno. *Regimini.* Ex c. *Ex tua.* de filijs Presbyter. c. 10. Concil. Trid. ſeſſ. 25 c. 18.

Illegitimorum inhabilitas ad quænam officia.

Declaramus autem, per honores, gradus, & dignitates, ad quos per Conſtitutiones Apoſtolicas illegitimi ſine præmiſſa diſpenſatione ſunt inhabiles, intelligi omnes Prælaturas, ſive ordinarias, ſive delegatas, à Miniſteriatu Generali, vſque ad præſidentiam loci; & inſuper officia Diffinitorum, tam Generalium, quàm Provincialium, Diſcretorum Ordinis, & Provinciæ; Cuſtodum, & Pro-Miniſtrorum ad Capitulum Generale; non tamen officia Vicarij Conventus, Magiſtri Novitiorum, Diſcreti Conventus, & Vicarij, ſeu Confeſſarij Monialium, qui ſex Fratribus, vt Superior, non præſidet.

Iuxta Valliſ. 1565. & Tolet. 1583.

Sacrilegus, ad quæ, adhuc diſpenſatus, eligi nô poteſt.

Nullus tamen ſacrilegus, etiamſi cum ipſo ſecundùm Ordinis privilegia diſpenſatum fuerit, in Generalem Miniſtrum, Commiſſarium Generalem, Diffinitorem Generalem, vel Superiorem Provincialem, eligi valeat.

Ex Valliſ. 1591.

Quinam ſanguine maculati, per Conſtitutiones Apoſtolicas facti fuerût inhabiles.

Ex Conſtitutione Apoſtolica Pauli IV. innovata, & confirmata à Gregorio XIII. deſcendentes intra quartum gradum à Iudæis, vel Mahumetanis, vel Hæreticis damnatis, quorum oſſa, vel ſtatuæ

Ex Côſt Ap. Pauli IV. *Cù Apoſtolatus.* ann. 1559. & Gregor. XIII. *Conſuevit.* 1573.

Digitized by Google

Poſt illas profeſsi, nec Fratres ſunt.

tuæ igni tradita ſunt, ad prædicta officia, & dignitates aſſumi, aut elegi non poſſunt. Cæterùm quia ex eiſdem Conſtitutionibus Apoſtolicis profeſsio ſic maculatorum irrita, & nulla eſt; nec modò ſuperſtes eſſe poſsit aliquis, qui ante dictam Conſtitutionem profeſſus fuerit; ſi quis ſic maculatus ſanguine inventus eſſet, ſtatim ab Ordine eſſet expellendus, vt ſuprà, cum de qualitatibus recipiendorum ageretur, ſtatutum eſt.

Alij inhabiles ex iure communi.

Ex iure Communi, præter excommunicatos, ſuſpenſos, interdictos, irregulares, & infames, ſunt etiam inteligibiles ſacrilegi, falſarij litterarum Apoſtolicarum. Item ſimoniaci, qui pro conſequendo quovis officio aliquod temporale munus, vel à manu, vel à lingua, vel ab obſequio dant; & qui ineunt pactiones illicitas per ſe, vel per alios cum eligentibus, vel alijs, ad electiones. Item ambitioſi, & qui, propter aliquas actiones in iure expreſſas, de ambitione ſuſpecti ſunt.

Ex cap. 15. Qui de ſent. excom. in 6. Cap. Infamibus, de regulis iuris. Cap. Non ſatis & cap. Mandato, de ſimon. Et c. Superiorum, de electionibus. c. Diſplicet. 23. q. 4. c. Poſt peritam de elect. & alijs.

Inhabiles ex ſtatutis Ordinis.

Inhabiles etiam ad Ordinis officia omnia cenſendi ſunt, qui ſigillum Ordinis, etiam cuiuſcumque Conventus falſaverint; qui notabili infamia alicuius criminis (contra caſtitatem præſertim) fuerit coram Prælato convictus; qui per ſæcularium favores officia, vel alia quæcumque, procuraverit; & cæteri, qui in his ſtatutis inhabiles ad Ordinis officia declarantur.

Ex Vallis. 1565. & 1593.

Eligendi ad officia Ordinis debent vitam communé ſequi.

A publicatione Bullæ Unionis, antiquis, & modernis Conſtitutionibus Ordinis ſtatutum eſt, vt ad prædicta officia eligendi debeant Regulam B. P. N. Franciſci obſervare, & illam cum Conſtitutionibus ſcire, & in choro, victu, & veſtitu, quantum officij neceſsitas conceſſerit, cum alijs ſe conformare; & tandem in omnibus vitam communem, ſine diſpenſatione, ducere.

Ex prim. Barch. Tol. 1606 & Tolet. 1658. Rom. 1651.

Non ſunt eligendi qui non poſsint, & conſueverint illã ſervare.

Ex decr. Ap. Clem. VIII. *Nullus omninò.* 25. Iunij 1599.

Decreto etiam Apoſtolico Clementis VIII. cautum eſt, vt ad officia, gradus, & Prælaturas illi præcipuè eligantur, qui poſsint, & conſueverint Regulam, & Conſtitutiones Ordinis obſervare, præſertim quæ pertinent ad ſervitium Chori, ac veſtitum, & victum communem.

Qui ipſam non ſequuntur abſque diſpenſatione, ſunt inhabiles ad quãcumque Ordinis Prælaturam.

Iuxta motũ proprium cãtandum.

Et quamvis ad officia, ſeu dignitates Diſcretorum Ordinis, Familiæ, & Provinciarum, aſſumi poſsint illi, qui ab vno, & altero præcepto Regulæ ob infirmitates, vel habituales neceſsitates, de Superiorum licentia, iuxtà Regulam ipſam, excuſantur, ſi aliàs in reliquis Communitates ſequantur, & obſervantiæ Regulæ, & Conſtitutionum zelatores exiſtant; nihilominùs ad quamcumque Ordinis Prælaturam ſunt inhabiles.

Declaratio de non ſequela vitæ communis reddente inhabiles ad Prælaturas.

Ex mot. propr. Inno. XI. *Solicitudo Paſtoralis.* 20. Novẽb. 1679.

Sanctiſsimus enim D. N. Innocentius XI. conſiderans, efficaciùs reſtituendæ obſervãtiæ medium eſſe exemplum Prælatorum; motu proprio, & ex certa ſcientia, ſtatuit, neminem eligi poſſe in Prælatum, ſeu Superiorem in Ordine noſtro, qui vitam communem obſervantiæ non ſequatur, hoc eſt, qui frequenter equitet, ſeu infirmitatem, qua ab obligatione pedibus incedendi excuſetur, habeat; qui induſijs, ſeu camiſijs, aut lineis vtatur, apud ſe, vel in lecto; qui calceatus incedat; qui ieiunia Eccleſiæ, & Regulæ non ſervet; qui aliquando viſus ſit contrectare pecunias, niſi iam per triennium ſaltèm emendatus ſit; qui notabiliter defectuoſus ſit in aſsiſtendo Communitatibus Chori, Refectorij, & alijs, prout ſibi in Conſtitutionibus præſcribitur.

Electio illius, qui declaratam vitam non ſequitur, irrita da eſt à Prælato Generali, & quomodo.

Ex eodem motu proprio.

Statuit etiam, vt electio illius, qui in omnibus præmiſsis vitam communem non ſequatur, irritanda ſit à Prælato, ſive Superiori Generali, capta informatione extraiudiciali pro ſua conſcientia, ſine ſtrepitu Iudicij, cum conſilio tamen, & aſſenſu

trium

trium Fratrum, qui Miniſtri Provinciales, vel ſaltem Diſſinitores Provinciæ ſint, vel fuerint; ipſorum conſcientias onerando, ne aut ille expellatur, qui vitam communem ſequitur, aut ille confirmetur, qui eam non obſervet. Ex Tolet. 1635.

Pœna inconſenſiêtes electioni Guardiani, qui illam non ſequatur.

Huius Apoſtolicæ legis obſervationem ſummopere Superioribus Generalibus commẽdamus. In electionibus autem Guardianorum, quibus ipſi non interſint, Provincialis, vel Præſes, qui quemquam vitam communem, præfata lege expreſſam, non ſequentem, ad Guardianatum promoverit, & Diſſinitores, qui eius propoſitioni non ſe oppoſuerint, officijs priventur. Ex Tolet. 1583. iuxta Conc. Trid. ſeſſ. 22. *de Reform.* c. 2. & ſeſſ. 24. *de Reform.* c. 1.

Qualitates eligendorũ generatim ad quodvis Ordinis officium.

Prætereà generatim ad nullum prædictorum officiorum aſſumi poteſt, niſi qui ætatis ad minùs triginta annorum ſit, & decem Religionis, ac in ſacro Ordine conſtitutus, quique integritate vitæ, & virtutum præſtantia præcellat ac ea ſcientia, prudentia, & idoneitate præditus ſit, vt muneris ſibi iniugendi neceſsitati poſsit ſatisfacere. Et cùm munera, pro maiori, & minori eorum præſtantia, & qualitate, plura, aut pauciora expoſcant in obeuntibus ipſa; ſequentia ſpeciatim ſtatuuntur. Ex Ultram. cap. 8. iuxta Conſt. Apoſt. Paul. V. *Paſtoralis*, & Greg XIII. *Militantes*.

Qualitates requiſitæ in eligendis ad Prælaturas Generales.

Eligendus in Miniſtrum Generalem debet eſſe ætate gravis, morum honeſtate, integritate vitæ, & doctrinæ præſtantia inſignis, prudentia, conſilio, ac rerum agendarum vſu, tanto oneri maximè idoneus. Iiſdemque qualitatibus proportionabiliter præditi ſint, qui in Vicarios, Commiſſarios, Vice-Commiſſarios, & Superiores Generales eligendi ſunt. De requiſitis pro eligendis in Officiales Curiæ Romanæ, ſuprà actum eſt. Sup. c. 8. §. 9.

Item eligendorũ in Provinciales.

Eligendi autem in Miniſtros Provinciales debent eſſe morum gravitate, litterarum ſcientia, ac gubernandi peritia ad hoc munus, vel maximè ido- Ex eiſdem.

ido-

idonei. Ad quod eligi non poſſunt qui trigeſimum quintum ætatis annum, & Religionis vigeſimum, non exceſſerint.

Debent eſſe de corpore Provinciæ, & à quo tempore.

Prohibetur autem, ne in Miniſtros Provinciales aſſumantur niſi qui de earumdem Provinciarum corpore ſint, hoc eſt, ibi profeſsi, vel à longo tempore (ſaltèm per decennium) in eis incorporati; & inſuper in inferiorum officiorum gradibus aptitudinis ſuæ ad gubernandum ſpecimen tribuerint: aliter electio, ipſo facto, irrita, & nulla ſit. Ex Rom. 1639. conſ. ſpec.

Et in inferioribus officijs experientia probati.

Quinam tales reputandi ſunt.

Declaratur autem, illos reputandos eſſe tale ſpecimen tribuiſſe, qui vel per duos integros annos exercuerint laudabiliter Guardianatus officium, vel qui in alijs Superioribus muneribus, in obſequium Religionis exhibitis, dederint notoriam experientiam de ſcientia, & prudentia ad gubernandum in officijs æquivalentibus, iuxtà Superiorum Generalium iudicium. Ex Toleto 1645. & Roman. 1651.

Qualitates, eligendorũ in Diffinitores Generales.

Eligendi in Diffinitores Generales debent eſſe ætatis, ad minus, triginta quinque annorum, & viginti Religionis; & tantæ litteraturæ, præcipuè in Sacris Canonibus, & Regulari iure, ac Statutis Religionis, vt ſupremi Ordinis Iudices eſſe valeant. Ex Vallis. 1593. Nec poſſunt eligi, niſi ſint de corpore Capituli Generalis; &, ſi fuerint Pro-Miniſtri, niſi illis qualitatibus præditi ſint, quæ ſuprà, pro conſequenda præcedentia, in ipſis requiruntur. Ex Toleto 1583.

Item eligendorũ in Diffinitores Provinciales.

Eligendi in Diffinitores Provinciæ, & Cuſtodes ad Capitulum Generale, debent excedere trigeſimum tertium ætatis annum, & decimum quintum Religionis, & in Prædicationis Conventualis, aut lecturæ munere laudabiliter per ſex annos eſſe verſati, aut Guardianatus munere triennio integro cum laude functi; & tanta Sacrorum Sup. c. 8. § 21.

Ca-

Canonum, & iuris Regularis litteratura inſtructi, vt ſecurè Prouinciæ Iudices eſſe valeant.

Electores tenentur eligere meliores.

Ex Decr. Apoſt. Clem. VIII. 1599.

Præmonemus autem, omnes Electores teneri, iuxta Decreta Apoſtolica Clementis VIII. ad Superioritates, & officia Ordinis, ſecundùm veritatem conſcientiæ cuiuſcumque, probatiores, ac magis idoneos, eligere.

Exhortatio, & monitio Tridentini ad Electores pro melioribus eligendis.

Ex Concil. Trid ſeſſ. 14 de Reform c. 1.

Et quidem Decretum, circa hoc, Concilij Tridentini de omnibus, qui curam animarum ſuſcepturi ſunt, etiam de Regularibus intelligentes, ipſum, hic inſerendum iudicavimus: *Hortatur, itaque, & monet Sancta Synodus Electores omnes vt in primis meminerint, nihil ſe ad Dei gloriam, & populorum ſalutem vtiliùs poſſe facere, quàm ſi bonos Paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos, promouere ſtudeant, eoſque alienis peccatis communicantes, mortaliter peccare, niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis vtiles ipſi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curauerint.*

Statuta de qualitatibus eligendorũ in comitijs ſingulis legenda.

Ex decr. eiſdem. Apoſt. Clem. VIII.

Demum præcipimus, iuxta eadem Apoſtolica Clementis VIII. decreta, vt congregatis ad Capitulum, vel Congregationem intermediam vocalibus, in prima Communitate Refectorij, aſsiſtentibus omnibus, perlegatur totus hic paragraphus de qualitatibus, eligendorum, ne ignorantia, & inaduertentia, aliquibus in re adeò graui ſit cauſa delinquendi.

§. VI. *De incompatibilitate officiorum.*

Ratio incõpatibilitatis officiorum.

Ex antiq cõſuet.

OFFICIA ſunt incompatibilia, vel quia vi vnius præſtatur munus alterius, vel quia munera vtriuſque ſimul congruè præſtari non poſſunt.

Ex

Diffinitor Generalis nõ poteſt eſſe Diffinitor Provinciæ, nec ſuffragati vt pater, &c.

Ex Rom. 1639. conf. ſpec.

Ex prima ratione, Diffinitor Generalis non poteſt eſſe Diffinitor Provinciæ, aut habere exercitium Patris dignioris, vel Ex-Provincialis immediati, cùm vi Diffinitoriatus Generalis Diffinitorium Provinciale cum ſuffragio ingrediatur.

Patres cum iure ſuffragandi non poſſunt eſſe Diffinitores.

Iuxt. Conſt. Apoſt. Urb. VIII. *Oneroſa.* 1639.

Nec Patres Dignior, aut Ex-Provincialis immediatus, poſſunt eſſe Diffinitores ob eandem rationem. Poteſt autem quivis eorum eſſe Cuſtos ad Capitulum Generale, ob diverſum iſtius officij munus: ſed tunc hoc ipſo vacabit munus Patris dignioris, aut Ex-Provincialis immediati, & in illud alius habens ius ſubrogandus erit, nec aliquis vtrumque munus ſimul habere poteſt; ſicut nec ſimul eſſe Cuſtos, & Diffinitor.

Suſpenſo illo iure, poſſunt eſſe Cuſtodes.

Prælati Ordinarij non poſſunt eſſe Viſitatores in aliena Provincia.

Iuxt. Conc. Trid. ſeſſ. *de Reform.* c. 1. & Seg. 1621.

Ex ſecunda ratione, nec Provincialis, nec Guardianus poſſunt eſſe Viſitatores alterius Provinciæ, cùm reſidentia in propria Provincia, aut Conventu, Prælati actualis omninò requiratur.

Patres cum iure ſuffragandi non poſſunt eſſe Guardiani, niſi, &c.

Ex Valliſ. 1593. iuxt. Rom. 1639.

Nec Pater Dignior, aut Ex-Provincialis immediatus, poſſunt eligi in Guardianos, niſi rationabilibus, & vrgentibus de cauſis Diffinitorio probatis, conſulto tamen Superiore Generali, aliter expedire videatur: quo caſu in Diffinitorio non ſunt admittendi per totum illud temporis ſpatium, quo Guardiani fuerint; & alij, vt ſuprà, in eorum munus Patris Dignioris, aut Ex-Provincialis immediati, ſunt ſubrogandi.

Nec Diffinitores aut Cuſtodes, poſſũt eſſe Guardiani.

Ex Tolet. 1583. & Cõſtit. Apoſt. Pauli. IV. *Virum ambitioſa.*

Diffinitores etiam, & Cuſtodes, dùm actu ſua munera exercent (hoc eſt à Capitulo, in quo electi ſunt, vſque ad Capitulum ſequens excluſivè) nullo modo in Guardianos eligi poſſunt.

Lectores, quandiù tale munus exercent, nullum

aliud

Lectores, nec Guardiani, nec Secretarij eſſe poſſunt.

aliud officium obtinere poſſunt cum præfato munere incompatibile, qualia ſunt officia Guardiani, & Secretarij. Quòd ſi ad illa electi fuerint, hoc ipſo vacat lectoratus. Ex Rom. 1664.

Guardiani non poſſunt eſſe Secretarij.

Officium Secretarij Provinciæ, aut Viſitationis, eſt incompatibile cum Guardianatu, aut quavis alia Prælatia locali; ac proinde hoc ipſo, quòd quis aliquod eorum acceptaverit, aliud vacare debet. Iuxta Segov 1621. c. 7. tit. *de Guardianis.*

§. VII. *De vacantijs officiorum.*

Vacantia officiorum, quid ſit.

VACANTIAM officiorum appellamus tempus, quod, ſecundùm Conſtitutiones Apoſtolicas, & Ordinis, interiacere debet, vt quis aliquo officio functus, in ipſum, vel aliud iterùm eligi poſſit. Vacantia autem præfatis Conſtitutionibus præſcripta, ſumenda eſt à die expleti officij, & ab illo computandum tempus pro vacantia conſignatum, vſque ad novam electionem, vt à Sacra Regularium Congregatione ſæpè declaratum eſt. Ex declat S.C. Regul. 1. Iun. 1651 & 9. Maij 1651.

Quomodo accipienda.

Vacantia à Miniſteriatu Generali.

Ut Miniſter Generalis poſſit iterùm eligi in Miniſtrum, aut Commiſſarium Generalem, debet vacare per ſexdecim annos. Ex Cõſt. Ap. Greg. XIII. *Conſuevit.* ann. 1587.

A Vicariatu Generali.

Vicarius Generalis, qui biennio functus fuerit officio Vicariatus, non poteſt eligi in Commiſſarium Generalem, niſi per triennium integrum vacaverit. Ex Romà 1651. iuxta declar Cardin 10. Novemb. 1645.

A Commiſſariatu Generali Familiæ.

Commiſſarius Generalis Familiæ eligi non poteſt in Miniſtrum Generalem, nec iterùm in Commiſſarium Generalem, niſi per ſexdecim annos vacaverit. Ex Conſt. Apoſt Gregor. XIII. citat.

A Vice-Cõmiſſariatu Generali.

Vice-Commiſſarius Generalis Familiæ biennio integro functus officio, eligi non poterit in Miniſtrum, aut Vicarium Generalem Ordinis, niſi per triennium vacaverit. Ex Valliſ. 1593. & Rom. 1651.

Ab officijs Curiæ Romanæ.

Procurator, & Commiſſarius Romanæ Curiæ non poſſunt continuari in eodem officio vltra triennium, neç poſt biennium expletum officij eligi in Miniſtros, aut Commiſſarios Generales, niſi per ſexdecim annos vacaverint.

ExSalm.c.8. &Conſt Ap. Greg XIII. cit.

A Secretariatu GeneraliMiniſtri.

Secretarij Miniſtri Generalis, qui biennio integro officio Secretariatus Generalis functi fuerint, non poſſunt eligi in Miniſtrum, vel Commiſſarium Generalem, aut in Vicarium Generalem Ordinis, niſi ſexennio vacaverint.

Ex Conſtit. Ap. Urban. VIII. *Proſpero.* 12. Iunij. 1639.

A Miniſteriatu Provinciali.

Miniſtri Provinciales non poſſunt reeligi in Miniſtros, niſi per ſexennium vacent;neque in Vicarios Provinciales, neque in Commiſſarios Provinciarum, niſi triennio vacaverint.

ExCōſt. Ap. Greg. XIII. cit & Greg. XV. *Militãtis.* 21. Febr. 1622. & S. C. 20. Novemb. 1645

A Vicariatu Provinciali.

Vicarij Provinciales, biennio integro officio functi, non poſſunt eligi in Miniſtros Provinciales, nec in Commiſſarios Provinciarum, nec iterum in Vicarios, niſi ſaltèm per integrum triennium ab huiuſmodi officijs vacaverint.

Ex declar. S. C. Regul. 10 Nov. 1645. & Romanæ 1659.

A Diffinitoriatu, & Cuſtodiatu.

Nec Diffinitor poteſt eligi in Diffinitorem, nec Cuſtos in Cuſtodem, niſi poſt ſexennium vacantiæ.

Ex Conſtit. Apoſt. Greg XV. cit.

Anni vacantiæ quomodò ſumendi.

Sexennium autem hoc vacanntiæ, ſicut & vacantiæ Miniſtri Provincialis, vt in Miniſtrum reeligatur, intelligendum eſt, non de annis ſolaribus, ſed de Capitularibus, itaut tempus intercedens duo Capitula ſit integra vacatio in Conſtitutione Apoſtolica præſcripta.

Ex declar. S. C. Regul. 9. Maij 1653.

Vacantia à Cuſtodiatu in Diffinitoriatum, & è conv. rſo.

Nullus Cuſtos poſſit immediatè eligi in Diffinitorem, nec Diffinitor in Cuſtodem, niſi triennio vacaverit.

Ex Rom. 1611. & Segov. 1621.

A ſubrogatione Diffinitoriatus.

Diffinitor ſubrogatus biennio durans, niſi ſexenio vacet, non poteſt eligi in Diffinitorem, nec immediatè in Cuſtodem: ſi verò minùs biennio

Ex Rom. 1651.

ſub-

ſubrogaverit (& aliàs ſit extra ſexennium vacantiæ) eligi poterit.

Ad ſubrogãdum non requiritur præcedens vacantia.

Ad ſubrogandum autem in Diffinitoriatum, ad præſcriptum Conſtitutionum Ordinis, non habet locum, nec requiritur tempus vacationis per Conſtitutionem Apoſtolicam præſcriptum, vt à Sacra Congregatione declaratum eſt. Ex declar. S. C. Regul. 17 Nov. 1651.

Quæ requiratur à Guardianatu in Guardianatum, aut Præſidentiam.

Guardiani, qui per triennium in officio Guardianatus duraverint, nec in eodem, nec in alio Conventu reeligi poſſunt in Guardianos, niſi per vnum annum vacaverint; aliter electio erit nulla: neque ſine prædicta vacantia poſſunt inſtitui Præſidens eiuſdem, vel alterius Conventus. Ex Cõſt. Ap. Pauli IV. *Viam ambitioſæ*. Rom. 1611. & Roman. 1651.

Et à Præſidẽtia ad Guardianatum.

Præſes, qui vltra duos menſes Conventum rexerit, non poſſit immediatè in Guardianum eligi. Ex Rom. 1664.

Vicariatus Monialium duratio, & vacantia.

Vicarij, ſeu Confeſſarij, Monialium non poſſunt durare vltar triennium in eodem Monaſterio; nec denuò inſtitui poſſunt, niſi triennio vacaverint. Ex Rom. 1651.

Poſt duratio nem officiorum requiri tur aut non vacantia.

Inſervire officijs quibuſcumque per interim, & Vicarium tam parvo tempore, quo non perveniatur ad gaudendum privilegijs officiorum adminiſtrationi conceſsis, non impedit electionem ad idem, vel aliud quodvis officium: quia ſi adminiſtratio officij non proficit inſervienti, idem eſt parùm ſerviſſe, ac nihil inſerviſſe. Ex eiſdem

§. VIII. *De loco, & tempore faciendi electiones.*

Regulariter electiones officiorum faciẽdæ ſunt in Comitijs.

ELECTIONES officiorum regulariter faciendæ ſunt in Capitulis, & Congregationibus intermedijs, in locis, in quibus prædicta Capitula, & Congregationes, celebrantur. Ex ant. & modern. ſtatutis Ord.

Quenā electiones faciendæ ſunt in Capitulo Generali.

In Capitulo Generali eligendi ſunt Miniſter Generalis, Commiſſarius Generalis Familiæ illius, ex qua non fuerit Generalis Miniſter de novo electus; Procurator Ordinis, & Commiſſarius Generalis Curiæ Romanæ; ac omnes Diffinitores Generales vtriuſque Familiæ. In Congregarione autem Generali Commiſſarius Generalis Familiæ, & officiales Curiæ tantummodò eligendi ſunt.

Ex Tolet. 1583. & Segov. 1621.

Quæ in Congregatione Generali intermedia.

Ex Rom. 1676. conf. ſpec.

Quænam in Capitulo Provinciali.

In Capitulo Provinciali, Miniſter Provincialis, Cuſtos Provinciæ, Diffinitores, Guardiani, Lectores, Vicarij Monialium, & cæteri officiales in tabula Capitulari apponendi. In Congregatione verò intermedia, Guardiani, & cæteri inferiores officiales tabulæ, de novo ſunt eligendi, aut continuandi.

Ex eiſdem Tolet. & Segovien.

Quæ in Congregatione intermedia Provinciæ.

Quæ extra Capitulum, & Congregationem Capitularem.

Extra Capitulum, & Congregationem intermediam, contingit etiam electiones neceſſariò celebrare: quacumque enim ex cauſa officium aliquod vacaverit, debet quàm citiùs de ſucceſſore, aut ſubſtituto provideri, præcipuè ſi ſit alicuius Prælaturæ, ne oves propter carentiam Paſtoris detrimentum aliquod patiantur. Officia autem extra Capitulum, aut Congregationem vacare poſſunt, vel ob mortem, vel ob renunciationem admiſſam, vel ob promotionem, vel propter privationem, aut abſolutionem ab officio, vel quia expletum eſt tempus durationis eius phyſicè præfixum.

Ex eiſdem.

Electiones extra Comitia, quibus modis fiant.

Officia verò extra Capitulum, & Congregationem vacantia, vel inſtitui poſſunt à ſolo Prælato Generali, vel ab aliquibus Congregationibus pro his eligendis per ſtatuta conſignandis.

Ex ant. & modern. ſtatut.

De vtriſque agendum ſeiunctim.

De electionibus in Capitulis, & Congregationibus faciendis dicemus capitulo ſequenti, cùm de eorum celebratione agatur. De electionibus verò extra Capitulum, & Congregationem, vt con-

Infrà cap. 10 §. 6.

In hoc cap. § 9. vſque ad 16.

Digitized by Google

congruè, & convenienter fiant, ſequentia ſtatuta omninò obſervanda intimamus..

§. IX. *De electionibus à ſolo Generali faciendis.*

Electio Commiſſarij Generalis Indiarum in Curia Regis Catholici reſidentis.

VACANTE (vel ob mortem, vel ob renunciationem, vel ob promotionem ad dignitatem incompatibilem) Commiſſariatu Generali Indiarum, vnus tanto muneri idoneus Religioſus Commiſſarius Generalis Indiarum à Reverendiſsimo Patre Miniſtro Generali, ex aſſenſu, & beneplacito Regis Catholici, præficiendus eſt, qui in eius Curia reſideat. *Ex Tolet. 1583.*

Commiſſarij Generalis delegati pro abſentia Miniſtri.

Diſceſſurus à Familia Miniſter Generalis, poteſt in illa Commiſſarium Generalem inſtituere, cum conſilio aliquorum Diſcretorum alicuius Provinciæ. *Ex Bull. Vnion. Leon. X & prim. Barch.*

Commiſſarij Generalis delegati ob non celebratam Congregationem.

Caſu quo Congregatio Generalis non poſsit commodè celebrari, poterit Miniſter Generalis, de aliquorum Patrum conſilio, Commiſſarium Generalem Familiæ continuare, vel alium de novo inſtituere. *Ex eiſdem.*

Officialium Curiæ extra Capitulum, & Congregationem.

Vacantibus quacumque ex cauſa extra Capitulare tempus officijs Procuratoris, & Commiſſarij Curiæ Romanæ, Generalis Miniſter de alijs provideat, de conſilio aliquorum occurrentium Patrum, cùm ad hæc, & ſimilia, impoſsibile cenſeatur Diſcretos Ordinis convocare. *Ex Segov. 1621.*

Cómiſſariorum Nationalium.

Commiſſariorum Gen. Terr. Sanct.

Commiſſarij Generales novæ Hiſpaniæ, Regni Peruani, & Indiæ Orientalis, & alij Commiſſarij Nationales, à ſolo Miniſtro Generali inſtituendi ſunt. Et ſimiliter Commiſſarij Generales Terræ Sanctæ. *Ex Tolet. 1583. & Segov. cit.*

Digitized by Google

Miniſtrorum Provincialiū in aliquibus caſibus.

Electio Miniſtri Provincialis in pluribus caſibus ad Miniſtrum Generalem pertinet: Primò, ſi ob diſcordiam electorum ad ipſum devolvatur: Secundò, ſi Electores, propter electionem ſcienter indigni, iure eligendi priventur: Tertiò, quando Provincia de novo erigitur; tunc enim pro prima vice non ſolùm Provincialem, ſed Diffinitores, & Cuſtodem eliget: Quartò ſi ex certa ſcientia, & rationabili cauſa viſum fuerit aliquando expedire, vt in Provincijs Ultramarinis Miniſter Provincialis extra Capitulum inſtituatur.

Ex Clement. *Exivi.* Ex Segov. 1621. Ex Rom. 1612. Ex Clement. *Exivi.*

Confeſſariorum Monialium Matriti, & Viennæ

Confeſſarij Monaſteriorum Monialium Excalceatarum Regalium Matriti, & ad Reginam Viennæ à ſolo Miniſtro Generali inſtituuntur.

Ex Cóſt. Ap. in favorem Monaſteriorum.

Vice-Commiſſarij Generalis Indiarum.

Vice-Commiſſarius Generalis Indiarum Hiſpali reſidens; à Miniſtro Generali inſtituendus eſt, ſi intra Nationem fuerit; ſin minùs à Commiſſario Generali Indiarum in Curia Regis Catholici reſidente.

Ex Tolet. 1583 & Roman. 1600.

AliorumCómiſſariorū, & Officialium.

Commiſſarij Curiarum Regalium, & Confeſſarij aliorum Monaſteriorum immediatè Prælatis Generalibus ſubiectorum, Archivarij Ordinis, & Commiſſarij Viſitatores Provinciarum, à Miniſtro, vel Commiſſario Generali, inſtituendi ſunt.

Ex Rom. 1587.

Secretariorum Generalium.

Vnuſquiſque autem Prælatorum Generalium Secretarios, aut Secretarium Generales ſibi in officio inſervituros, pro nutu, & arbitrio ſuo conſtituet.

Ex ant. conſuet.

§. X

§. X. *De renunciationibus, & earum acceptatione.*

Quis poſsit extra Comitia renunciare officio, & cui cópetat renunciationem admittere.

CUICUMQUE Ordinis officio poteſt eo fungens, extra Capitulare tempus renunciare. Renunciationem autem non poteſt admittere, ſeu acceptare, niſi aut Prælatus Superior renunciantis, aut Congregatio, cui commiſſa ſit electio muneris renunciati, in caſu vacationis eius extra Capitulum, vel Congregationem Capitularem. Iuxtà Conſt. Rom. 1651.

Renunciatio Miniſtri Generalis extra Capitulú à quo Superiore admitti poſsit.

Si igitur Miniſter Generalis, vel propter nimiam ſenectutem, vel propter ægram valetudinem, vel propter exercitium humilitatis, voluerit extra Capitulum ſuo officio renunciare, non eſt Superior, qui poſsit eius renunciationem admittere, niſi Summus Pontifex, aut alius ab eo ad hoc ſpecialiter delegatus. Pro eiſdem.

A qua Congregatione.

Poteſt autem Congregatio illa Vocalium, cui per ſtatuta Generalia, & Familiarum concordatum, commiſſa eſt electio Vicarij Generalis, in caſu mortis Miniſtri, ipſius præfatam renunciationem admittere, & acceptare; ad quod adeſt vniforme compromiſſum Capituli Generalis Romani de anno 1651. Ex eiſdem.

Quomodo in ea admittenda ſit renunciatio.

Hinc, caſu, quo miniſter Generalis officio ſuo renuntiare voluerit, nec ad Summum Pontificem recurrere; convocare debet priùs Patres illos, qui per ſtatuta prædicta ſunt Electores Vicarij Generalis, ipſiſque aggregatis cauſas renunciationis exponere: quas, ipſo egreſſo, ponderabunt ijdem Patres Vocales, & ſi maiori parti illorum apparuerint vtiles, & proficuæ Religioni, tunc dignior Pater ex conſenſu præfatæ Congregationis coram Ex eiſdem.

vo-

Vocalibus, & teſtibus admittet, & acceptabit renunciationem nomine Capituli Generalis, & hæc renunciatio, & acceptatio eius, debet fieri verbo, & ſcripto coram teſtibus, & Secretario, & ea publicata, officium Miniſtri Generalis vacat.

Renunciatio Commiſſarij Generalis extra Comitia, à quibus, & quomodò poſſit admitti,

Si Commiſſarius Generalis Familiæ ob ſimiles cauſas voluerit extra Capitulum, aut Congregationem Generalem, ſuo officio renunciare, & adeſt in Natione Miniſter Generalis, ſolus ipſe admittere, & acceptare poteſt eius renunciationem. Si verò extra Nationem ſit Miniſter, poteſt Patres illos congregare, quibus per ſtatuta Generalia, & compromiſſum Nationum, commiſſa eſt electio Vice-Commiſſarij Generalis in caſu vacationis Commiſſariatus. Ex eiſdem.

Renunciatio Miniſtri Provincialis extra Capitulum, à quibus, & quomodò.

Si Miniſter Provincialis extra tempus Capitulare voluerit officio ſuo renunciare, & Superior Generalis intra Nationem ſit; eo inconſulto, nemo poſſit renuntiationem illius acceptare. Si verò intra Nationem nullus ſit Prælatus Generalis, poterit Diffinitorium Provinciæ congregatum, ad quod pertinet Vicarij Provincialis electio, renunciationem admittere. Ex eiſdem Rom. cit.

Renunciatio Guardiani extra Comitia, à quo acceptari valeat.

Si Guardianus ſpontè voluerit ſuo officio renunciare extra Capitulum, & Congregationem, poterit Miniſter Provincialis, ſe ſolo, renunciationem acceptare, & tenebitur ſtatim Conventui de Præſidente providere, vſque ad novi Guardiani electionem. Ex Tolet. 1583.

Renunciationes Guardianorum in Comitijs à quibus acceptandæ.

Renunciationes autem Guardianorum, quæ de iure, & conſuetudine in Capitulis, & Congregationibus intermedijs fiunt, non poſſunt admitti à ſolo Præſide Capituli, ſed à maiori parte Diffinitorij, niſi Præſes ſit Reverendiſsimus Superior Generalis perſonaliter aſsiſtens. Ex Tolet. 1658.

§. XI.

§. XI. *De electione Vicarij Generalis Ordinis, quacumque ex cauſa Miniſteriatu vacante.*

Electio Vicarij Generalis, quando eſt facieda.

CUM in Concilio Viennenſi ſtatutum fuerit, vt ſi contingat, noſtrum Ordinem Generali Miniſtro carere, per Vicarium Ordinis fiat quod faciendum fuerat per dictum Miniſtrum; ordinatur, vt ſuperveniente, quacumque ex cauſa, vacatione officij Miniſtri Generalis, electio Generalis Vicarij illicò celebretur. Ex Clem. *Exivi.* prim Barch. Salm c.8. & Tol. 1583.

Vbi, & per cuius Familiæ ſuffragia

Electio autem celebranda eſt in illa Familia, & per ſuffragia eiuſdem, ex qua Miniſter Generalis erat aſſumptus, per compromiſſum factum in Capitulo Generali Romano de anno 1639. Ex Rom. 1651.

In electione autem facienda, vnaquæque Familia modum ſibi in Conſtitutionibus præſcriptum obſervabit. Ex Rom. 1639.

Quomodo in vnaquaque Familia. In noſtra, à qua Natione.

Et cùm noſtra Ciſmontana Familia tribus Nationibus conſtet, nempè Hiſpanica, Gallica, & Germano-Belgica; ſtatutum eſt, vt electio Vicarij Generalis celebretur in illa iſtarum Nationum, & cum vocalibus eiuſdem, ex qua contingat eſſe aſſumptum Miniſtrum Generalem, in cuius locum Vicarius eligendus eſt. Ex Rom. 1651.

Electores quinam ſint ex Patribus.

Electores Vicarij Generalis in hac Ciſmontana Familia ſunt Patres omnes, qui pro tempore in Generali Diffinitorio vocem activam habent; videlicèt Diſcreti perpetui Ordinis, aut Familiæ, quales ſunt Miniſtri, & Commiſſarij Generales præteriti, Vicarij Generales Ordinis, & Vice-Commiſſarij Generales Familiæ, qui per biennium integrum his officijs functi fuerint; Commiſſarius Generalis Indiarum, qui actu exercet; Ex Rom. 1639.

officiales Romanæ Curiæ actuales, & Diffinitores Generales vtriuſque Familiæ actu munere iſto fungentes, dummodò in ea Natione præſentes ſint, in qua electionem fieri contingat: qui enim prædictorum Patrum extra Nationem prædictam fuerint, nec vocandi ſunt, nec expectandi.

Quinam ex Provincijs, & ex quibus

Sunt etiam pariter electores Vicarij Generalis in hac Familia ſex Miniſtri Provinciales, & ſex Cuſtodes Provinciarum, quæ viciniores ſint Provinciæ illius Patris, cui competit in vacatione Miniſteriatus habere ſigilla Ordinis, & ad electionem Vicarij convocare. Ex prim. Barch. Toloſan. & Tol. 1583.

Cui Patri competat Præſidere in ea.

Illi autem Patri in præfata vacatione competit habere regeſtum, & ſigilla Ordinis, & ad electionem convocare, qui fuerit dignior Pater, & Diſcretus Ordinis, vel Familiæ degens in illa Natione, in qua, iuxta prædicta, præfata electio facienda fuerit; & dignior Pater inter prænumeratos dicitur, qui iuxta ſtatuta Ordinis præcedit. Ex eiſdem. Tol. 1583.

Qualis cenſenda ſit Provincia præſidis.

Provincia iſtius dignioris Patris in Natione degentis, ad effectum ſumendi vicinitatem Provinciarum ſic accipienda eſt. Si Pater dignior habeat Provinciam propriam in Natione, & in ipſa incorporatus perſeveret, vicinitas Provinciarum metienda eſt à Provincia ſuæ filiationis, niſi in aliena habeat diuturnum domicilium: tunc enim ab hac deſumenda eſt vicinitas Provinciarum. Ex Rom. 1639. & Vallis. 1661.

Quid ſi Præſes non habeat propriã Provinciã.

Si verò contingat, Patrem digniorem non habere Provinciam propriam in Natione, vicinitas Provinciarum abſolutè deſumenda eſt à Provincia loci ſui habitualis, & permanentis domicilij. Ex eiſdem.

Quid, ſi vocales alicuius Provinciæ vocandæ,

Si tamen aliqua ex eis Provincijs vicinioribus propter bellum, vel peſtem, vel aliam cauſam convocari non poſsit, loco illius convocanda eſt Ex Rom. 1651.

Pro-

Digitized by Google

dæ accedere non valeant.

Provincia illa, quæ poſt ipſam cenſeatur vicinior. Si verò etiam illa æquali difficultate laboret, electio non eſt diutiùs differenda, ſed celebrari debet cum Vocalibus aliarum Provinciarum, qui ſuperſunt.

Quid, ſi Diffinitor Generalis in Natione exiſtens, convocari nõ poſſit.

Ex eiſdem.

Similiter, ſi aliquis Diffinitorum Generalium degens intra Nationem, in qua electio celebranda fuerit, propter eaſdem cauſas belli, peſtis, &c. convocari non poſsit, alius, qui iure ſubrogationis ſuccedat, loco illius convocari debet: ſi iſte etiam ſimili difficultati ſubiaceat, non eſt convocandus alius, ſed cum cæteris electio celebranda.

Authoritas Præſidis in convocãdo, & eligendo.

Ex prim. Barch. Toloſanis & Tol. 1583.

Pater itaque ille dignior habens Ordinis ſigilla, convocabit præfatos Vocales, vt præmiſſum eſt, aſsignando locum, & diem, in quo facienda eſt electio; præſidebitque huic Congregationi, & habebit votum activum, & paſsivum, & ad hunc effectum fungetur poteſtatis plenitudine.

Forma huius electionis.

Ex eiſdem.

In die electionis, Miſſa de Spiritu Sancto ſolemniter decantata, ad Capitulum pervenient prædicti Vocales, & ab huius Congregationis Præſide cum aliquorum conſilio vnus Secretarius, & duo teſtes in ſcrutatores eligantur ex ſe ipſis. Et Vocales ipſi procedent ad electionem Vicarij Ordinis per ſchedulas ſecretas ea forma, quæ præſcripta eſt pro electione à Capitulo facienda.

Compromiſſum totius Ordinis pro præfata electione.

Conſt. Gen. à Iulio III. confirmata cap. 8. Rom. 1659. & Roman. 1651.

In hanc igitur electionem vniverſus noſter Ordo iudicatur compromiſiſſe, itaut id, quod egerint ſuffragatores ſupra memorati, tota Religio fixum, ratumque habeat. Nam quemadmodum Familia Ultramontana in ſuis ſtatutis Generalibus compromiſit, in caſu quo Generalis Miniſter vacaverit, in noſtram Familiam Ciſmon-

tanam; ita, è converſo, noſtra Familia Ciſmontana compromiſit in Ultramontanam.

Electionis ratificatio.

Et ad maiorem firmitatem declaramus, quòd electio Vicarij Generalis facta à prædictis ſuffragatoribus tantùm, ita ſit fixa, ac ſi facta fuiſſet à tota noſtra Familia: nam Capitula Generalia omnes ſuas vices compromiſſerunt in prænumeratos Vocales.

Ex eiſdem. & Seg. 1612. & Valliſ. 1661.

Cõfirmatio, poteſtas, & duratio Vicarij Generalis electi.

Et ideò ille, qui maiorem partem votorum illius Congregationis habuerit, ſit ipſo facto confirmatus in Vicarium Ordinis, habens in vniverſam Religionem noſtram poteſtatis plenitudinem, ac ſi eſſet Generalis Miniſter; continuabitque officium ſuum vſque ad Capitulum Generale, in quo complendum erat ſexennium illius Miniſtri Generalis, in cuius locum ſuffectus eſt.

Ex prim. Barch. Toloſan. & Tol. cit.

Ratio præfati modi celebrandi hanc electionem.

Quod ſanè ita ſtatuendum duximus, ne toties brevi tempore commoveatur, & conturbetur vniverſus Ordo, aut tota Familiæ, cum ſumma ſæcularium admiratione, & immenſis expenſis, ac incommodis.

Ex eiſdem.

§. XII. *De electione Vicarij Generalis propter mortem Miniſtri.*

Mortuo Miniſtro Generali in natione propria, quid faciendum de ſigillis, &c.

SI Miniſtri Generalis mors contingat in eadem Natione Familiæ, ex qua aſſumptus fuit; Miniſter Provincialis, ſi adſit, cum Secretarijs Generalibus, defuncti Regeſtum Ordinis claudat, & ſigillo muniat, idemque faciat de omnibus litteris, & ſcripturis, nihil omninò legendo; & cum Secretarijs ipſis, vel aliquo illorum, prædictas ſcripturas, Regeſtum, & ſigillum Ordinis, ad digniorem Patrem, ſeu Diſcretum in Natione

Ex Tolet. 1683.

ipſa

ipſa degentem, ſine aliqua mora tranſmittat. Si verò Provincialis abfuerit, Guardianus loci cum Diſcretis Conventus, & præfatis Secretarijs, Regeſtum, & ſcripturas ſimiliter claudat, ſtatimque ad Provincialem mittat, ab ipſo, vt præfatum eſt, ad digniorem Patrem transferenda.

Quid, ſi intra Familiã, ſed extra Nationem propriã moriatur.

Si verò in eadem Familia noſtra Ciſmontana, ſed in diverſa Natione ab illa, ex qua aſſumptus erat, moriatur Generalis Miniſter; Provincialis illius Provinciæ, in qua mors contigerit, ſimiliter Regeſtum, & ſcripturas claudat, & cum Secretarijs Generalibus, aut aliquo illorum, ipſas, & ſigillum mittat, non ad aliquem Patrem, etiam digniorem in ſua Natione commorantem, ſed ad digniorem Patrem degentem in illa Natione, ex qua defunctus Miniſter Generalis aſſumptus erat. Ex Rom. 1651.

Quid, ſi moriatur extra Familiam.

Si extra ſuam Familiam moriatur, tunc Commiſſarius, vel Vice-Commiſſarius Generalis Familiæ illius, in qua mors cõtingit, aſſumptis ſcripturis, & ſigillis, ac Regeſto, mittat cum præfatis Secretarijs defuncti, aut aliquo illorum, ad digniorem Patrem alterius Familiæ, cui iuxta præſtatuta competit convocare, & præſidere. Ex eiſdem.

Quomodo monẽdus ſit de morte Miniſtri Pater, cui competit habere ſigilla.

Pater verò ille quicumque, qui debet mittere ſigilla, & Regeſta, ſtatim moneat per epiſtolas triplicatas, ſigillatas, & authentico teſtimonio legalizatas, præfatum Patrem digniorem, cui competit convocare, & præſidere, de morte Miniſtri Generalis, vt certò conſtet de vacantia, & fiant preces in Ordine.

Quomodo monenda Familia, & iniungendæ preces pro electione Vicarij.

Prædictus autem Pater dignior, cui competit convocare, & præſidere, ſtatim ac per epiſtolas authenticas certificatus fuerit de morte Miniſtri Generalis, Provincias Familiæ per epiſtolas de ea moneat. In vnaquaque autem Provincia, cognita Mi- Ex Valliſ. 1565. iuxta Capitul. Generale Rom. 1158.

Miniſteriatus vacantia, fiant orationes, & preces pro fœlici Vicarij Generalis electione, & ſpeciatim poſt completorium in ſingulis Conventibus decantetur ſequens antiphona à ſanctæ memoria Gregorio IX. pro ſimili occaſione compoſita.

Antiphona dicenda pro electione.

Plange turba paupercula, ad Patrem clama pauperum:
Hoc lugubre ſuſpirium, Pater Franciſce ſuſcipe.
Et prode Chriſto ſtigmata lateris, pedum, manuum,
Vt nobis reddat orphanis, tanti Patris Vicarium.

Pater habẽs ſigilla nullũ negotiũ expediat, niſi convocare ad electionem.

Nequit verò prædictus Pater Dignior vllum Ordinis negotium expedire, ſed ſtatim ac pervenerint ad eum ſigilla, & Regeſta Ordinis, debet convocare Electores; & electionem, vt præordinatum eſt, celebrare. Ex prim. Barch & Tolet. 1583.

Quid, ſi ad eum, cui habere competit, ſigilla nõ advenerint.

Si tamen conſtiterit de morte Generalis, & ſigilla non advenerint, debet vlteriùs expectare per quatuor integros menſes, vt accedant. Si verò aliqua fraude, vel infortunio maris, aut belli in prædicto tempore Secretarij cum ſigillis non comparuerint, & authenticè conſtet de morte Generalis; tunc non debet vlteriùs expectare, ſed procedere ad convocationem, & electionem, iuxtà ſuperius ſtatuta. Ex Rom. 1651.

Si id contingat culpa Patris mittere tenentis, puniatur graviter.

Et, ſi Pater, qui debebat mittere cum Secretarijs ſigilla, & Regeſtum, & monere per epiſtolas de vacatione Miniſteriatus, aliqua omiſsione retardaverit exequi hæc officia; punietur graviter ad arbitrium Generalis futuri. Ex eiſdem.

Si fraude Secretariorũ, ſeveriùs plectantur.

Si verò fraude Secretariorum retardetur nuncium, & adventus ſigillorum; per hanc Conſtitutionem maneant privati actibus legitimis per ſeptennium. Ex eiſdem.

Cum

Delegato, ſi adſit in Natione, non competit habere ſigilla, nec convocare, &c.

Cùm autem contingere poſsit, vt tempore mortis Miniſtri Generalis ſit in Familia, aut Natione, in qua electio Vicarij celebranda eſt, Commiſſarius Generalis Delegatus Familiæ, aut Nationis, à defunćto inſtitutus, qui iuxta ſtatuta debet eam gubernare vſque ad electionem Vicarij: declaramus, ad ipſum non pertinere habere ſigilla, & ſcripturas, convocare, aut præſidere in electione Vicarij Generalis, etiamſi ſit de corpore Diffinitorij Generalis; nam hæc munera pertinent ad digniorem Patrem in Natione degentem, vt ſtatuta diſponunt; delegatus autem non habet aliam authoritatem, præter illam expreſſam in Patentibus delegationis. Ex eiſdem.

Nec vi delegationis habet votum, aut præſidentiam in electione Vicarij.

Unde talis Commiſſarius delegatus non intrabit conclavem electionis, ſi alio titulo non ſit de corpore Electorum: Si verò alio titulo ſit Elector, ſeu Vocalis, non debet nihilominùs in conclavi electionis præſidere; nam hæc præſidentia pertinet ad digniorem Patrem; poſt quem immediatè ipſe Commiſſarius ſedebit in eo conſeſſu electionis, ob gradum præſulatus. Ex eiſdem.

Præſidebit tamē in alijs Communitatibus.

Ceterùm in omnibus alijs actibus Communitatis Chori, Refectorij, &c. Commiſſarius Generalis delegatus præſidebit; nam etiam dignior Pater, qui ſigilla ſervat, non habet aliam iuriſdictionem, niſi in linea celebrandæ electionis Vicarij Generalis, convocando, præſidendo, & ſuffragando. Ex eiſdem.

§. XIII.

Digitized by Google

§. XIII. *De electione Vicarij Generalis ob promotionem, vel renunciationem Miniſtri.*

Si Miniſter Generalis crearetur Cardinalis, quid faciendum.

OFFICIUM Miniſtri Generalis etiam vacare poteſt propter aſſumptionem eius ad aliquam, extra Ordinem, ſublimiorem dignitatem. Et quidem, ſi Miniſter Generalis creatus fuerit Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis; id fiat, circa gubernium Ordinis, quod Summus Pontifex eo in caſu ſpecialiter determinaverit, ſicut factum eſt quoties Generales noſtri ad Cardinalitiam dignitatem fuerunt promoti.

Iuxta antiquam Ordinis conſuet.

Acceptante Miniſtro Generali Epiſcopatum, ſtatim eius vacat officium

Circa promotionem ad alias dignitates, quamvis Miniſter Generalis voto conſtringi debeat ad non acceptandam aliquam Epiſcopalem, Archiepiſcopalem, vel Patriarchalem, toto tempore ſui Miniſteriatus; ſi tamen aliquando contingat in prædicto voto diſpenſari, vel aliter quomodolibet fieri: ſtatuitur, illum Miniſtrum Generalem acceptantem aliquam ex prædictis dignitatibus, vel præſentationem, ſeu nominationem ad illam, ſtatim ac eam acceptaſſe conſtiterit, non eſſe ampliùs pro Religionis Prælato agnoſcendum; Religioſoſque Ordinis ab illius obedientia exemptos eſſe, nec poſſe vlteriùs ipſi, ſub pœna excommunicationis, obedire.

Ex Rom. 1676. confirm. in forma ſpeciali Innoc. XI. ann. 1679.

Cui in eo caſu competat convocare ad electionem Vicarij, & in ea præſidere.

Porrò in illo caſu Pater ille dignior, cui (Generali illo excluſo) competit iuxta ſuperiùs ſtatuta in vacatione Generalatus ſigilla habere, convocabit, iuxta præſcriptũ in Conſtitutionibus, Electores pro nova Vicarij Generalis electione; in qua prædictus Miniſter Generalis nec votum habere poterit, nec vllam aliam actionem, revocata quacumque Conſtitutione Ordinis in contrarium, &

Ex eiſdem.

ſu-

Digitized by Google

ſublata omninò electoribus facultate aliter operandi, aut permittendi, ſub pœna nullitatis facti. Idemque ſtatutum de Vicario Generali totius Ordinis factum eſſe intelligatur.

Vacante Generalatu ob renunciationem Miniſtri, hic præſidebit in electione Vicarij.

Si vacatio Miniſteriatus Generalis contigerit ob renunciationem Miniſtri Generalis in Congregatione, vt ſuprà determinatum eſt, factam, & acceptatam; quandoquidem tunc electio Vicarij ſit continuatio actuum eiuſdem Congregationis, & iuxta Statuta Ordinis Ex-Miniſter Generalis in Capitulo, quo eius ſpirat officium, omnes alios Ordinis Patres etiam antiquiores præcedere debeat: Declaramus, eidem Ex-Miniſtro Generali, qui tunc officio renunciavit, competere convocare præſentes electores ad electionem Vicarij Generalis, & in ea cum ſuffragio præſidere, etiamſi concurrat alius Ex-Miniſter Generalis antiquior. Ex Rom. 1651.

Quid, ſi etiã huic muneri renunciaverit.

Si verò prædictus Ex-Miniſter Generalis, qui officio renunciavit, his muneribus convocandi, & præſidendi etiam renunciaverit, illa exercebit dignior Pater ex congreſſu. Ex eiſdem Rom.

Vacante Vicariatu Generali, eligendus alius Vicarius, & quomodo.

Si contingat, etiam officium Vicarij Generalis vacare propter eaſdem cauſas, ob quas Miniſteriatus Generalis; tunc procedendum eſt ad electionem alterius Vicarij Generalis, cum eiſdem ſuffragijs, ſolemnitatibus, & forma, quibus fuit electus primus: (ſervatis tamen ſervandis) qui non dicetur Vicarius Vicarij, ſed Vicarius Miniſtri Generalis. Ex eiſdem.

⁂

Digitized by Google

§. XIV. *De electione Vice-Commiſſarij Generalis.*

Quibus in caſibus eligendus ſit Vice Commiſſarius Generalis Familiæ.

OFFICIUM Commiſſarij Generalis electi ſecundùm Bullam Unionis, aut novam Apoſtolicam diſpoſitionem, poteſt extra Capitulum, & Congregationem vacare per mortem, renunciationem, aut promotionem; & quocumque modo introducatur vacatio, debet fieri electio Vice-Commiſſarij Generalis, qui loco Commiſſarij Familiam gubernet. Ex Rom. 1651.

A quibus Electoribus, abſente Miniſtro Generali.

In electione eius idem fiat (abſente Miniſtro Generali à Natione, in qua celebranda eſt electio) & per eoſdem electores, quod ſuprà de electione Vicarij Generalis Ordinis, in vacatione Miniſteriatus Generalis, ſtatutum eſt. Ex Tolet. 1583. & Segov. 1621.

A quibus, Miniſtro intra Natione exiſtente.

Si tamen tempore, quo vacatio Commiſſariatus Generalis contigerit, Miniſter Generalis intra Nationem ; in qua celebranda eſt electio Vice-Commiſſarij, extiterit; ad ipſum pertinet convocare ad præfatam electionem Patres, & Prouincias viciniores Provinciæ illi, in qua ipſe moram traxerit, & in Congregatione, vt vniverſi Ordinis caput, præſidere. Pro eiſdem.

Vacante Cõmiſſariatu, ob renunciationem, quo modo faciẽda eſt electio Vice-Comiſſarij.

Si exiſtente intra Nationem Miniſtro Generali, Commiſſarius Generalis renunciaverit, Miniſter ipſe Generalis, acceptata renunciatione, convocet Patres, & Provincias ſuæ habitationi viciniores, & electionem Vice-Commiſſarij celebret. Si verò Miniſter Generalis intra Nationem non exiſtat, & Commiſſarius Generalis renunciare velit, facta renunciatione, & acceptata, vt ſuprà ſtatutum eſt; cum Patribus pro renunciatione convocatis, electio Vice-Commiſſarij Ge- Ex Rom. 1651.

ne-

neralis celebretur eodem modo, quo de electione Vicarij Generalis ſtatutum eſt; in qua ipſe Commiſſarius Generalis, qui officio renunciavit, præſidebit, niſi adſit Pater, qui Miniſter Generalis, aut Vicarius Generalis per biennium fuerit, quia iſti adhuc in Capitulo, quo Commiſſarius Generalis terminat officium, præcedunt ipſum.

Vice-Commiſſarij electi confirmatio, authoritas, & duratio.

Vice-Commiſſarius itaque Generalis ab Electoribus ſuprà recenſitis, canonicè electus, erit verus Prælatus Familiæ, cum plenitudine poteſtatis, & virtute huius Conſtitutionis erit ipſo facto confirmatus, & Familiam vſque ad Capitulum Generale, vel Congregationem Generalem, vbi Commiſſarius, in cuius vicem ſuffectus eſt, terminaret officium, gubernabit. Ex Toleto 1583.

§. XV. *De electione Vicarij Provincialis.*

Mortuo Provinciali, illicò fiat electio Vicarij, & à quibus.

SI officium Miniſtri Provincialis morte vacaverit, illicò debet eligi Vicarius Provincialis ab integro Diffinitorio, iuxta ſtatuta Generalia; etiamſi paulò ante Capitulum Provinciale moriatur Miniſter. Ex Rom. 1639. & Roman. 1664.

Quis, & ad quē debeat mittere ſigilla.

Guardianus Conventus, vbi eum decere contigerit, vnà cum Secretario Provinciæ, Regeſtum, & ſcripturas ad Provinciam ſpectantes claudet, & ſigillabit, & eas cum ſigillis Provinciæ, ipſe, vel Secretarius, ad digniorem Provinciæ ipſius Patrem adducet. Ex Salm. c. 8. & Rom. 1651.

Pater illa habens ſtatim convocet Electores.

Dignior verò Pater ſine dilatione vlla debet convocare omnes Patres, qui ſunt de corpore Diffinitorij, ad Conventum, in quem celeriùs poſſunt convenire Vocales. Ex Rom. 1639. & 1651.

 Si

Digitized by Google

Si fraude retardaverit, qua pœna plectendus.

Si autem dignior Pater fraude retardaverit electionem, præſenti Conſtitutione privetur per ſexennium iure Patris Provinciæ, & omnibus prærogativis annexis illi dignitati. Ex Rom. 1651.

Quis debeat præſidere in electione Vicarij Provincialis.

Pater dignior, qui tenet ſigilla, debet in electione præſidere cum voce activa, & paſſiva, ſi aliàs ad hanc non eſt inhabilitatus alio iure. Loco autem ipſius præſidentis non eſt ſubrogandus alius Pater, nam ipſe exercet officium dignioris. Ex Roman. 1639. & 1651.

Quando debeat conſuli Generalis ante electionem.

Non eſt celebranda electio Vicarij Provincialis, quin priùs Superior Generalis conſulatur, & recipiatur eius reſponſum, ſi contingat adeſſe in ſpatio trium dietarum, hoc eſt, triginta leucarum, computandarum à confinibus Provinciæ, vbi vacatio contingit: ſi verò longiùs diſtet, eo inconſulto, fiat electio. Ex eiſdem.

Forma obſervanda in præfata electione.

Electio autem fieri debet per ſchedulas ſecretas, & obſignatas, nominatis duobus Diſquiſitoribus, & obſervatis omnibus ſubſtantialibus ad hanc formam electionis requiſitis. Et ille, in quem maior pars concurrentium vocalium convenerit, erit Vicarius Provincialis, qui hoc ipſo, vi huius Conſtitutionis erit confirmatus in officio, & Provinciam ſtatim gubernabit vſque ad celebrationem Capituli Provincialis.

Viſitatori, etſi adeſſet, non competit habere ſigilla, &c.

Si contingat, Commiſſarium Viſitatorem eſſe in Provincia, dùm officium Miniſtri Provincialis vacaverit, adhuc non ad ipſum, ſed ad Patrem digniorem Provinciæ pertinebit habere ſigilla, convocare, & præſidere in electione Vicarij Provincialis; ſicut ſuprà de Commiſſario Generali delegato ſtatutum eſt circa electionem Vicarij Generalis.

Nec

Nec habere ſuffragiū in illa electione, niſi &c.

Nec Commiſſarius ipſe Viſitator in ea electione ſuffragium habebit, niſi ex notoria, & vrgenti cauſa à Superiore Generali, ſpeciali Commiſsione, in Præſidem illius electionis inſtituatur. Præſidebit tamen aliàs in reliquis omnibus Communitatibus, & congreſsibus, præter præciſum actum electionis Vicarij.

Electio Vicarij Provinciaſis ob renunciationem, abſente Generali.

Si abſente Superiori Generali, Miniſteriatus Provincialis vacaverit per renunciationem in Diffinitorio acceptatam, & in ipſamet Congregatione Diffinitorij fiat electio Vicarij Provincialis; in ea præſidere debet ipſe Ex-Miniſter, qui officio renunciavit, ſi biennium explevit, ſicut ſuprà de Miniſtro Generali renunciante ſtatutum eſt.

Electio ipſius ob promotionem.

Si tandem officium Miniſtri Provincialis per promotionem eius ad aliam ſuperiorem, & incompatibilem dignitatem vacaverit, fiat electio Vicarij, ſicut ſuprà pro caſu mortis ſtatutum eſt.

§. XVI. *De alijs electionibus extra tempus Capitulare faciendis.*

Electio Commiſſarij Provinciæ.

QUOTIES Miniſter Provincialis egreſſurus eſt è Provincia, priùs per Diffinitorium eligendus eſt Commiſſarius Provinciæ, qui eam in illius abſentia gubernet. Ex Rom. 1587.

Electio Cuſtodis ob vacantiam extra Capitulum.

Quacumque ex cauſa officium Cuſtodis extra Capitulum vacaverit, ſive morte, ſive promotione, aut officio incompatibili, ſive quia imminente tempore Capituli Generalis ad eum accedere non valet, aut iter non aggreditur; eligendus eſt per Provinciæ Diffinitorium Cuſtos alius, loco vacantis. Ex Segov. 1621.

Electio Prominiſtri ad Capitulū Generale.

Quando, imminente tempore Capituli Generalis, legitima ex cauſa Miniſter Provincialis ad Ex Tolet. 1583.

illud

illud accedere non valeat, cauſæ legitimitate approbata, eligendus eſt Prominiſter per Diſſinitorium Provinciæ, qui vice Provincialis ad Capitulum Generale ſuffragaturus accedat.

Si contingat, vt poſt Capitulum Provinciale recognoſcatur, aliquem Diffinitorem fuiſſe nulliter, ſeu invalidè electum; declarata nullitate electionis, non debet fieri ſubrogatio, cùm verè non fuerit Diffinitor, in cuius locum ſubrogetur alius: ſed fieri debet nova electio Diffinitoris per Diffinitorium Provinciæ, ad quod pertinet facere omnes electiones, quas extra Capitulum neceſſe eſt celebrare. Ex Rom. 1664.

ElectioGuardiani extra Capitulum, & Congregationem.

Quacumque ex cauſa Guardianatus alicuius Conventus, extra Capitulum, & Congregationem vacaverit, tenetur Provincialis intra duorum menſium ſpatium Diffinitorium convocare, & per illud Guardianum eligere, alioquin puniendus ex Superiorum arbitratu. Ex Tolet. 1633.

Forma in prænatis electionibus ſervanda.

Omnes prænumeratæ in hoc paragrapho electiones debent fieri ſecretè per ballotationes, proponente Præſide iuxta formam, pro hoc electionis genere, ſuperiùs præſcriptam. Ex Conſt. Apoſt. Urban. VIII. & Alex. VII. cit. ſupra in hoc cap. §. 2.

ElectioGuardiani CommiſſaCoventui, quomodo facienda.

Quia verò ex antiquis Ordinis ſtatutis nunquàm abrogatis, poſſunt Prælati Generales rationabili ex cauſa committere electionem Guardiani extra Capitulum, & Congregationem vacantis, Conventui ipſi, vt Fratres in illo commorantes ſibi Guardianum præficiant, & in ea electione, iuxta eadem ſtatuta, omnes Sacerdotes, & Clerici in Sacris Ordinibus conſtituti duos completos profeſsionis annos habentes, ſuffragium habere debent: vt in hoc caſu electio exactiùs celebretur; ſtatuimus, vt ipſa fiat per ſcrutinium, & ſchedulas ſecretas cum omnibus ſubſtantialibus pro huiuſmodi Ex prim. Barch. cap 7 Tol. 1583. & Segov. 1621.

di electionis forma ſuprà ſtatutis, ſub Præſide à Generali committente inſtituendo.

§. XVII. *De ſubrogationibus, & ſubſtitutionibus.*

Diffinitoriatus ſubrogatio, & ſubſtitutio, quid ſint.

DEFECTUS Diffinitorum tam Generalium, quàm Provincialium legitimè electorum non eſt ſupplendus per electiones, ſed per ſubrogationes, aut ſubſtitutiones. Subrogatio autem eſt ſucceſsio alterius in loco Diffinitoris vacantis, cum eiſdem iuribus per totum tempus, quo durare debebat in officio Diffinitor vacans. Subſtitutio verò eſt ingreſſus alterius in locum Diffinitoris abſentis, cum eodem ſuffragio pro illa tantùm functione, quæ in abſentia Diſſinitoris actualis celebratur.

Vacante Diffinitoriatu Generali, ſubrogādus Pater habēs ius, ſi ſit talis.

Quotieſcumque extra Capitulum vacaverit morte, vel alia quacumque cauſa, officium Diffinitoris Generalis; hoc ipſo ſubrogetur, & pro ſubrogato habeatur Pater dignior, qui habeat ius ſubrogandi in Diffinitorium Generale, & actu non ſit de corpore eius: cui concedentur à Superiore Generali litteræ teſtimoniales ſuæ ſubrogationis, vt de ea conſtet authenticè.

Subrogatio ipſa debet fieri ſub eadem diſtributione qua electio.

Ex Tolet. 1073. iuxta Conſt Tol. 1633. & Roman. 1639. conf. ſpec.

Pater autem ille dignior ſubrogandus, non debet eſſe ille, qui dignior inveniatur in tota Familia, aut Natione, ſed qui inveniatur dignior in illa congerie Provinciarum, cui Diffinitor Generalis, iuxta diſtributionem ſuperiùs factam, conceditur; ita vt pro Diffinitore Generali defuncto ex Obſervantibus Hiſpaniæ ſubrogetur dignior Pater Hiſpanus, habens ius ſubrogandi ex Obſervantibus. Pro Excalceato, Excalceatus. Pro Luſitano, Luſitanus. Pro Obſervanti Galliæ, Obſervans eiuſdem Natio-

tionis: pro Recollecto Recollectus: pro Tertiario Tertiarius, &c.

Si non ſit Pater habens ius ſubrogãdi, ſubrogatio non eſt facienda.

Si autem in illa congerie Provinciarum non ſit Pater aliquis habens ius ſubrogandi in Diſfinitoriatum Generale, non fiat ſubrogatio in vacatione Diſfinitoris Generalis, ſed ſubſtitutio in Capitulo, aut Congregatione Generali, proùt infrà ſtatuetur.

Quinam Patres habeant ius ſubrogãdi in Diſfinitoriatus Generales.

Ex Tolet. 1633. & Roman. 1651.

Patres autem, qui habent ius ſubrogandi in Diſfinitoriatus Generales, ſunt tantùm illi, qui fuerunt Procuratores Generales Ordinis, vel Commiſſarij Romanæ Curiæ per integrum biennium; & qui fuerunt Diſfinitores Generales. Inter hos autem Patres ille dignior cenſendus eſt, qui ratione præhabiti officij præcedit, iuxta ſtatuta de præcedentia ſuperiùs poſita.

Inter ipſos dignior ſubrogãdus eſt.

Ex Rom. 1651.

Si verò contingat, vt vacante Diſfinitoriatu Generali, in Provincia Diſfinitoris defuncti ſit Ex-Diſfinitor Generalis, & extra Provinciam intra congeriem Provinciarum, cui aſsignatus erat ille, Diſfinitor, ſit alius Pater dignior in iure ſubrogandi, ſeu antiquior in Diſfinitoriatu; iſte, & non ille, ſubrogandus eſt.

Diſfinitoris Generalis ſubrogati privilegia.

Ex eiſdem.

Diſfinitor Generalis ſubrogatus, hoc ipſo, quòd conſtet litteris Patentibus Superioris Generalis legitimè ſubrogatum eſſe, habebit vocem activam in Capitulo, & Diſfinitorijs ſuæ Provinciæ, & in Comitijs Generalibus vſque ad electionem novi Diſfinitoris Generalis.

Subſtitutio Diſfinitorũ Generaliũ, quomodo ſit facienda.

Ex Tolet. 1633. & Romanſ. 1639. conf ſpec. & Rom. 1651.

Ut nullo eventu Nationes, Reformationes, & aliæ Provinciarum congeries, deſtituantur neceſſario patrocinio in Capitulis Generalibus; ſtatuitur, vt ſi contigerit, aliquem ex Diſfinitoribus Generalibus electis, vel ſubrogatis, in Capitulo Generali non comparare, ſubſtituatur loco eius alius ex

Digitized by Google

eadem Provinciarum congerie, ex qua erat Diffinitor abſens; ille ſcilicet, qui in eodem Capitulo inveniatur dignior ex illa congerie, cum iure ſubrogandi. Si verò nullus talis fuerit, ſubſtituatur Miniſter, ſeu Vicarius, aut Pro-Miniſter Provinciæ illius, ex qua erat Diffinitot abſens, & horum nullo comparente, Cuſtos.

Vbi, quando, & ex quibus.

Subſtitutio hæc in ipſo Capitulo Generali debet fieri, vbi noſcitur vacare munus Diffinitoris, ex Vocalibus præſentibus, qui iure Vocalium convenerunt. Ex Rom. 1651.

Pœna in accedentes ad Capitulũ Generale, prætextu prædictæ ſubſtitutionis.

Itaque quicumque Ex-Diffinitor Generalis tentaverit deinceps accedere ad Capitulum Generale prætextu ſubſtitutionis in locum Diffinitoris Generalis non accedentis, aut ſpe affectatæ ſubſtitutionis conſequendæ; excludatur à Capitulo tanquam illegitimus vocalis, perdatque ius ſubrogationis per annum, & puniatur pœnis ſtatutis in illos, qui diſcedunt à Provincijs ſine licentia Superiorum. Ex eiſdem.

Subſtitutio Diffinitoris Generalis pro Congregatione Generali.

Pro Congregatione autem Generali, iam à ſolo Diffinitorio Generali celebranda, ſi aliquis Diffinitor Generalis obierit, & non ſit in congerie Provinciarum, ex qua aſſumptus eſt, Pater aliquis cum iure ſubrogandi in Diffinitoriatum Generalem; ad munus illud obeundum tantùm, vi huius Conſtitutionis, ſubſtitutus intelligatur Provincialis illius Provinciæ, ex qua erat Diffinitor Generalis defunctus; ac proindè ad prædictam Congregationem, vt legitimus Vocalis eſt convocandus.

Subrogatio in Diffinitoriatus Provinciæ, ex quibus, & quo Ordine facienda.

Vacante, morte, vel alia quacumque ex cauſa extra Capitulum, aliquo Diffinitoriatu Provinciæ, dignior Pater ex his, qui hábent ius ſubrogandi, & non eſt de Corpore Diffinitorij, in Diffinito- Ex Rom. 1587. & 1612. & confirmatis in forma ſpeciali 1625.

riatum ſubrogetur. Quòd ſi nullus talis ex[illegible]terit, antiquior in Diffinitoriatus, aut Cuſtodiatus officio ſubrogari debet, ſecundùm Ordinis præcedentiam.

His autem omnibus deficientibus, ſubrogentur Guardiani præcipui, ſecundùm ordinem, quem habent Conventus in Conſtitutionibus Provinciæ, dummodò ſe Guardianatu abdicent.

Diſtributio in ea ſervanda.

Subrogatio hæc fiat ſecundùm diſtributionem Diffinitoriatuum Provinciæ; ita vt pro Obſervante Obſervans, & pro Recollecto Recollectus, ſubrogetur.

Iuxta Rom. 1625. conſ. ſpec.

Pro Recollecto ſolus Recollectus valet ſubrogari.

Si namque Diffinitoriatus Recollectionis morte, vel alia cauſa extra Capitulum vacaverit, quamvis ſint in Obſervantia Patres Provinciæ, cum iure ſubrogandi, non iſti, ſed antiquior eiuſdem Recollectionis Pater, aut Ex-Diffinitor ſubrogetur: & ſi nullus ſit talis ſuperſtes, ſubrogetur Guardianus antiquior, ſecundùm ordinem Conventuum Provinciæ, ita vt ſine Diffinitore Recollecto nunquàm Diffinitorium congregetur.

Ex Rom. in forma ſpeciali confirmatis. 1625.

Ex-Diffinito Recollectionis ab ea diſcedés perdit iura talis.

Qui autem in Recollectione fuit Diffinitor, ſi à Recollectione, abſque legitima cauſa, à Diffinitorio probata, diſceſſerit; non gaudeat privilegijs, quibus potiuntur qui fuerunt Diffinitores; nec, quandiù in Obſervantia fuerit, valeat in Diffinitoriatum Recollectionis ſubrogari.

Ex Rom. 1612.

Subrogatio vnius ceſſat, ſi alius dignior ſit extra Diffinitorium.

Si aliquis Diffinitor fuerit ſubrogatus, & poſt eius ſubrogationem aliquis Pater dignior, intrans anteà in Diffinitorium, extra Diffinitorio maneat; ſubrogatio prioris ceſſet, & iſte Pater dignior, iam extra Diffinitorium factus, in locum Diffinitoris vacantis ſubrogetur.

Ex Tolet. 1658.

Nu-

Subrogatio à Diffinitorio declaranda, & quando.

Nullus in Diffinitoriatum Provinciæ ſubrogatus intelligatur, quouſque à Diffinitorio eiuſdem Provinciæ ſubrogatus declaretur. Diffinitorium autem tenetur ſubrogationes declarare in primo congreſſu Diffinitorij poſt vacationem Diffinitoriatus, antequam aliud quodvis fiat; & debet eas omninò declarare, iuxta Conſtitutiones Ordinis: nec poteſt vltrà progredi, non convocato, & adveniente, vel excuſato Diffinitore ſubrogato. Ex eiſdem.

Subſtitutiones Diffinitorum Provinciæ nunquàm fiant.

Subſtitutiones Diffinitorum Provinciæ nunquàm fiant, ſed convocatis de iure convocandis ad Diffinitorium, cum accedentibus ad ipſum, functiones Diffinitorij celebrentur: alijs deficientibus nec expectatis, nec ſupletis.

CAP. X.

De Capitulis celebrandis.

§. I. *De indictione Capituli Generalis totius Ordinis.*

Capitulum Generale à ſexennio in ſexennium celebrandũ.

QUAMVIS ex Regulæ præſcripto Capitulum Generale totius Ordinis ad arbitrium Generalis Miniſtri ſingulis triennijs, vel ad alium terminum maiorem, vel minorem, ſicut à prædicto Miniſtro fuerit ordinatum, celebrandum eſſet in loco ab eodem conſtituto: attamen ex diſpoſitione Apoſtolica, ob graviſsima motiva, ſtatutum eſt, vt totius Ordinis Capitulum Generale, in quo Miniſter Generalis ſit eligendus, ſolùm à ſexennio in ſexennium (quo dumtaxàt tempore debet durare eiuſdem officium) omninò celebretur.

Ex Regula c. 8.

Ex Bull. *Pœnion.* Leo X. *Ite & vos*, & ex Conſt. Apoſt. Sixti V. *Circunſpecti.* ann. 1587.

Alternatim in vna, & altera Familia celebretur.

Ad pacem autem inter vtramque Familiam conſervandam, ſtatutum eſt, vt quando vnum totius Ordinis Capitulum celebratum eſt in vna Familia, alterum immediatè ſequens in altera celebretur, in loco à Generali Miniſtro cum Capitulo Generali proximè præcedenti conſtituto; quem locum, vrgentibus de cauſis, poterit Miniſter Generalis, de aliquorum Patrum Ordinis conſilio, poſtmodùm mutare.

Ex Salm. c. 8. & Tolet. 1583. & Vall. 1593.

Locus celebrationis eius quomodo aſsignandus.

Tempus celebrationis præfixum ex Regula.

Tempus verò Capituli Generalis celebrandi ad vigiliam Penthecoſtes ita ex Regula, & Conſtitutionibus arctatum eſt, vt nullo quovis prætextu produci, vel contrahi poſsit, ſed eo in die omninò facienda ſit Miniſtri Generalis electio; alioquin ad Sedem Apoſtolicam devoluenda.

Ex Regula, & eiſdem Conſtit.

Litteræ convocatoriæ ad illud, quãdo, & quomodo expediendæ.

Tempore itaque convenienti, quo Vocales moniti poſsint accedere, tenetur Miniſter Generalis, aut Vicarius, Capitulum Generale indicere, pro loco determinato, vniverſum Ordinem monens, & Vocales omnes convocans per litteras patentes, in quibus preces, & ſupplicationes, tam publicè, quàm privatim faciendas, pro proſpero, ac fœlici Capituli Generalis ſucceſſu, ordinet, ac præcipiat.

Ex eiſdem, & veteri cõſuet.

Qualiter in ſingulis Provincijs publicandæ.

Singuli autem Provinciales, acceptis litteris convocatorijs præfatis, teneantur eas per omnes vniuſcuiuſque Provinciæ Conventus, & Monaſteria promulgare; & curare, vt in ſingulis præces in prædictis litteris ordinatas, temporibus in eis præſcriptis, vſque ad Capituli Generalis expeditionem fiant, & celebrentur; vt Fratres bonum à Deo Patrem, & Paſtorem, & fœlicem rerum Capituli exitum, impetrare mereantur.

Ex Vallif. 1593.

)((✠))(

§. II.

§. II. *De his, qui ad Capitulum Generale tenentur, aut valeat accedere, & de eorum acceſſu.*

Vocales, qui ad Capitulũ Generale accedere tenẽtur.

Ex Regula. Bull. *Vnion.* & Salm. c. 8.

AD Capitulum Generale totius Ordinis tenentur accedere, primò Prælati Generales actuales, nempè Miniſter, vel Vicarius Generalis, & Commiſſarius, vel Vice-Commiſſarius Generalis alterius Familiæ. Item omnes Diſcreti Ordinis, vnius, & alterius Familiæ. Deindè omnes Miniſtri Provinciales, & Cuſtodes ſingularum Provinciarum, ſub pœna privationis ſuorum officiorum, vel vocis activæ, & paſsivæ, per triennium, niſi legitimè fuerint præpediti, & de legitimo impedimento in Capitulo Generali per teſtimonium Diffinitorij ſuæ Provinciæ, reſpectivè, ſub iuramento datum, authenticè conſtet.

Provincialibus legitimè excuſatis, Pro-Miniſtri mittendi.

Ex eiſdem Salm. c. 8.

Caſu autem, quo Miniſter Provincialis ad Capitulum Generale accedere non valeat, probata legitimitate impedimenti, eligatur à Diffinitorio Pro-Miniſter eiuſdem Provinciæ filius, qui Provincialis vice ſuffragetur in Capitulo.

Ex Provincijs Indiarũ ſemper Pro-miniſtri mitti poſſunt.

Ex Segov. 1621. & Roman. 1639.

Miniſtros autem Provinciales Indiarum, propter nimiam diſtantiam legitimè impeditos eſſe cenſemus; ac proinde ſemper poſſe Pro-Miniſtros, vt præmiſſum eſt electos, Provinciæ mittentis filios, ſaltèm in ea per ſexennium integrum completum anteà incorporatos, & dummodò ad effectum electionis non incorporentur, ad Capitulum Generale mittere.

Procuratores à Vocalibus mitti nõ valent.

Ex Rom. 1639. conſ. ſpec. iuxta Conſt. Ap. Vrban. VIII *Circumſpecta* 1639.

Nulli verò Prælati, aut Vocales valent alteri, tamquàm Procuratori abſenti, vel præſenti, ſuffragium ſuum committere, iuxta laudabilem Ordinis conſuetudinem à Sede Apoſtolica approbatam.

Cu-

Cuſtodes accedere non valentes privati.

Cuſtodes accedere non valentes ſunt ipſo facto privati, alijque novi eligendi, qui opportuno tempore iter arripiant, vt ſuprà ſtatutum eſt.

Provinciales aut Cuſtodes titulares nec inſtitui, nec admitti poſſunt.

Ex Rom. 1676. in forma ſpeciali confirmatis iuxt. Conc. Trid. ſeſſ. 25 *de Regular.* cap. 6.

Et vt in Capitulis Generalibus inutiles expenſæ, & alia incommoda, quæ ex nimia Fratrum accedentium multitudine oriri ſolent, quantum fieri poteſt, evitentur; omninò prohibetur ſub nullitatis pœna, vota, ſeu ſuffragia Provinciarum titularium, quæ actu non ſubſiſtunt, ſuppleri, aut ſubſtitui per Miniſtrum, vel Vicarium Generalem Ordinis: revoçata quacumque conſuetudine in contrarium.

Nec abſentiũ voces ſuppleri.

Nec abſentium voces, aut ſuffragia ſuppleri valent, vt decreto Concilij Tridentini cautum eſt, ſub nullitate electionis illis vocibus factæ. Immò

Accedentes ad ſubſtituendum expellendi.

accedentes ſub prætextu ſubſtitutionis in Diffinitoriatum Generalem, expellendi, ac puniendi ſunt, vt ſuprà ſtatutum eſt.

Secretarij Miniſtri Generalis ſuffragio gaudent.

Ex eiſdem. Rom. 1676. conf. ſpec.

Statuitur tamen, duos Secretarios Generales Ordinis, qui Miniſtro, aut Vicario Generali, pro vna, & altera Familia, aſsiſtere debent, ex vi officij habere in poſterum ſuffragium in Capitulo Generali tantùm.

Comitatus Vocaliũ accedentium.

Ex eiſdem.

Item præcipitur ſub pœna privationis ſuffragij, vt Miniſter, ſeu Pro-Miniſter, & Cuſtos, cuiuſque Provinciæ ſimul ad Capitulum Generale iter faciant, cum vnico tantùm ſocio Religioſo pro vtroque: &, ſi expenſæ aliquæ in itinere ex neceſsitate faciendæ ſunt, adducant ſecum Tertiarium, ſeu Donatum, qui Syndici Apoſtolici ſubſtitutus ſit, & ipſius nomine expenſas prædictas inevitabiles faciat.

Pro expenſis quomodo eleemoſynæ miniſtrandæ.

Ex Valliſ. 1591 & Tolet. 1658.

Expenſæ iſtæ non tantùm pro præfatis, ſed etiam pro Diffinitore Generali, ſi forte habeat Provincia, & pro accedentibus ad Theſes ſuſtinendas, vel

ha-

habendam concionem, ex eleemoſynis communibus Provinciæ eiuſdem, vel contributione Conventuum à Diffinitorio taxanda, faciendæ ſunt.

Modeſtia accedentibus iniuncta.

Euntes autem admonemus in Domino, vt ita parcè, & modeſtè ſe gerant in itinere, vt ſanctæ paupertatis ſemper meminerint, prout ex inſtituto tenentur.

Tempore acceſſus, & regreſſus, nihil in Provincijs innovãdum.

A tempore, quo Vocales à Provincia ad Capitulum Generale acceſſuri egrediuntur, vſque ad ipſorum regreſſum, nullum Capitulum, aut Congregatio in Provincia celebretur, nec quidquam vllo modo innovetur; & aliter factum, ſit irritum, & inane, dummodo mora prædictorum Vocalium inutilis non interveniat, vel ſit impoſsibilis regreſſus. Ex Tolet. 1583. & Tolet. 1673.

Quid, ſi caſus vrgens contingat.

Si autem contigerit, Guardianum aliquem, aut Monialium Vicarium, crimen admittere, propter quod eius punitio ſine ſcandalo differri non poſsit; eo caſu Commiſſarius Provinciæ, de conſilio, & conſenſu Patrum, criminoſum punire, & alium eius loco, vſque ad reditum prædictum à Capitulo Generali, ſubſtituere poſsit. Ex Salm. c. 8.

§. III. *De ſolemnitatibus Capituli Generalis.*

Solemnitates Capituli Generalis quales, & quando incipiendæ, & terminandæ.

CAPITULUM Generale ea ſolemnitate celebrandum eſt, quæ adeò grauem Religioſorum virorum congreſſum decet, & quæ à Deo fœlicem agendorum exitum impetrare, & populo ædificationem afferre, valeat. Incipient autem eius ſolemnitates à die Aſcenſionis Domini, & vſque ad feſtum Sanctiſsimæ Trinitatis, incluſiuè, protendantur.

Miſſæ ſolemnes & conciones.

In ſingulis verò eorum dierum Miſſa ſolemnis decantabitur, aut de feſtivitate occurrente, aut voti-

tiva de aliquo Ordinis noſtri Sancto pro re adeò gravi, iuxta diſtributionem à Miniſtro Generali faciendam. Et ad ſingulas earum (excepto die electionis) concio habeatur ad populum de feſtivitate, aut Sancto, de quo Miſſa celebratur.

Concionum modus, & argumenta.

Caveant autem Prædicatores, ne in his concionibus quidquam minùs decens, aut religioſis congreſsibus indecorum, dicant; ſed matura circumſpectione ea prædicent, quæ Fratribus generalem inſtructionem, & ſæcularibus ædificationem, ac in noſtrum Ordinem devotionem ingerant, & promoveant.

Theſes Theologicæ ſuſtinendæ.

Singulis etiam diebus, poſt veſperas, ſuſtineantur Theſes à Fratribus diverſarum Nationum, de Sacra Theologia, aut dogmatica, aut poſsitiva, aut ſcholaſtica; in quibus nihil paradoxum, aut quod minùs ſanæ doctrinæ ſuſpicionem afferre poſsit, defendatur; ſed ſolida, pia, & omninò doctrinæ Fidei, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ conſona propugnentur, vt omnibus propaletur, qualem noſtri per totum Orbem diffuſi Fratres doctrinam profiteantur.

Icones ſumptuoſæ in Theſibus non apponantur.

Ne autem inutili vanitati, cum ſanctæ paupertatis diſpendio pateat aditus, præcipitur, vt propugnandæ Theſes non imprimantur cum iconibus ære inciſis, aut laminis quomodolibet ſumptuoſis; ſed omnes, quamtumvis magno Patrono dicatæ, typis communibus in quaternio cudantur, ingenioſa aliqua arte (ſi placeat) diſpoſitæ. Qui ſecùs fecerit, prohibeatur eaſdem Theſes defendere, & privetur Lectoratu, ſi iam obtinuit; ſin minùs, inhabilitetur ad eum obtinendum. Miniſtri verò, qui contrarium fieri permiſerint, ſuſpendantur ab officio, ad arbitrium Superioris. — Ex Toleti 1658.

Fe-

Digitized by Google

Sanctiſsimū Euchariſtiæ Sacramentū exponendum.

Ex Vallſ. 1593.

Feria ſexta ante feſtum Pentecoſtes, hora competenti, Miſſa ſolemnis de Sanctiſsimo Euchariſtiæ Sacramento ſolemniter decantetur, & Vocales omnes ad Eccleſiam ordine procedant, ac pias preces religioſo more canentes, ſacratiſsimum Corpus Chriſti Domini exponatur Chriſtiana pietate, & Religione adorandum, quouſque electio celebretur; oratione deſideriorum noſtrorum fideli internuncia, & omnium bonorum reconciliatrice ſolemniter indicta.

pſi alternatim à Fratribus die, noctuque in oratione aſſiſtendum.

Et ſervata temporis, & perſonarum diſtributione, ad præſcriptum Tabellæ, Generalis Miniſtri iuſſu conficiendæ, die, noctuquè ſine intermiſsione orationis incenſum in conſpectu Domini dirigatur; vt ſic inſtantiſsImis precibus bonum à Deo Patrem, & Paſtorem impetrare mereantur.

Sabbato omnesSacerdotes celebrēt, cæteri communicent.

Ex eiſdem.

Die Sabbati ſummò mane omnes Sacerdotes tam Vocales, quàm Capitulo aſsiſtentes, Miſſam celebrent: & Fratres omnes, non Sacerdotes, communicent. Et hora competenti Miſſa de Spiritu Sancto ſolempni ritu, & apparatu, decantetur.

Solemnitas actionis gratiarum.

Dies Dominica ſacratiſsimæ feſtivitatis Pentecoſtes, gratiarum actioni pro electionum beneficio conſecretur. Et in ea cum hymnis, & canticis, fiat gravis, & ornata proceſsio.

Exequiæ pro Patronis defunctis.

Feria quarta poſt Pentecoſten exequiæ Excelentiſsimorum Patronum defunctorum maiori poſsibili ſolemnitate celebrentur, vt ſic pro collatis beneficijs, & eleemoſynis aliquale noſtræ gratitudinis penſum perſolvatur.

De cæteris feſtivitatibus tabella conficienda.

Cæteris diebus tam anterioribus, quàm poſterioribus vſque ad feſtum Sanctiſsimæ Trinitatis, quo Capitulum diſſolvendum, ad præſcriptum Ta-

bellæ à Generali Miniſtro faciendæ ſolemnitates celebrentur.

§. IV. *De ordine conſeſſus Vocalium in Capitulo Generali.*

Conſeſſus Familiarum in integro Capituli congreſſu.

AD evitandam in totius Capituli congreſsibus conſeſſus confuſionem, decernitur, vt quoties vtriuſque Familiæ Vocales conveniunt, ſic præcedentia ordinetur. Ad partem dexteram collocentur omnes Vocales, qui ſunt ex Familia, in qua Capitulum celebratur: Ad ſiniſtram vero Vocales omnes ex altera Familia. Ex Tolet. 1583 & Salmant. c. 8.

Miniſtri Generalis actualis, & eius, qui tunc abſolvitur.

Miniſter Generalis officio fungens primum, ac digniorem locum habeat. Et facta electione novi Miniſtri Generalis, Ex-Miniſter Generalis tunc ab officio abſolutus, immediatè poſt illum ſedeat, quamvis ſint alij Ex-Miniſtri Generales antiquiores: nam Miniſter Generalis abſolutus, durante Capitulo, in quo eius munus ſpirat, cæteros omnes debet præcedere. Ex Salm. c. 8. & Valliſ. 1593.

Patrum Ordinis.

Deinde ſedebunt Patres totius Ordinis, nempè illi, qui fuerunt Miniſtri Generales, vel Vicarij Generales per biennium, præcedentes ſe mutuò, iuxta ſtatuta de Præcedentia. Ex Rom. 1639.

Commiſſarij Generalis actualis, & tunc abſoluti.

Poſteà ſedebit Commiſſarius Generalis actu officio fungens. Et facta electione novi Commiſſarij, immediatè ſequatur Ex-Commiſſarius tunc ab officio abſolutus, durante Cipitulo; ſicut ſuprà de Miniſtro Generali abſoluto dictum eſt. Ex eiſdem.

Patrum Familiæ.

Poſt prædictos ſequentur Patres Familiæ, illi ſcilicèt, qui fuerunt Commiſſarij Generales ſecundùm Bullam Unionis, & Statuta Ordinis electi, aut Vice-Commiſſarij Generales per biennium. Ex eiſdem.

Commiſſarij Generalis Indiarum.

Deinde Commiſſarius Generalis Indiarum in Curia Regis Catholici reſidens. Ex eiſdem.

Officialium Romanæ Curiæ.

Poſteà ſedebunt Procurator Ordinis, & Commiſſarius Curiæ, quiſque in ſua Familia. Ex eiſdem.

Diffinitorũ Generalium & Provincialis loci.

Deinde ſequentur Diffinitores Generales actu officio fungentes: & poſt ipſos immediatè Provincialis illius Provinciæ, in qua Capitulum celebratur: & novis Diffinitoribus electis, poſt prædictos ſequiantur, qui in illo Capitulo à Diffinitoriatu Generali ſunt abſoluti; & poſteà Secretarij Generales actuales, quiſque in ſua Familia. Ex eiſdem.

Cæterorum vocalium ſedenti Ordo.

Demùm hinc inde ſuccedent Miniſtri, aut Pro-Miniſtri, ſecundùm ordinem Provinciarum ſubſequentem, & eodem ordine Cuſtodes; itaut, ſi fieri commodè poſſit, Cuſtodes non miſceantur cum Provincialibus. Ex eiſdem.

Ordo, & ſeries Provinciarum ad vnam, & alteram Familiam pertinentium.

Provinciæ, quæ ad Ciſmontanam Familiam pertinent.

1 Provincia Franciæ.
2 Provincia Franciæ Pariſienſis.
3 Provincia Caſtellæ.
4 Provincia Saxoniæ S. Ioannis Baptiſtæ.
5 Provincia Saxoniæ Sanctæ Crucis.
6 Provincia Turoniæ.
7 Provincia Turoniæ

Pictavienſis.

+ 8 Provincia Aragonenſis.

+ 9 Provincia Argentinæ.

+ 10 Provincia Aquitaniæ Antiquioris.

+ 11 Provincia Sancti Iacobi.

+ 12 Provincia Coloniæ.

+ 13 Provincia Sancti Bonaventuræ.

+ 14 Provincia Portugalliæ.

+ 15 Provincia Sancti Ludovici Epiſcopi.

+ 16 Provincia Hyberniæ.

17 Provincia Scotiæ.

18 Provincia Daniæ.

19 Provincia Angliæ.

20 Provincia Immaculatæ Conceptionis in Hiſpania.

+ 21 Provincia Britanniæ, Recollectorum.

+ 22 Provincia Bœthicæ.

23 Provincia Burgenſis.

+ 24 Provincia Angelorum.

+ 25 Provincia Pietatis, Diſcalceatorum.

26 Provincia Sancti Gabrielis, Diſcalceatorũ.

27 Provincia Carthaginenſis.

28 Provincia Flandriæ.

29 Provincia S. Eliſabeth in Thuringia.

30 Provincia Germaniæ inferioris. +

31 Provincia Algarbiorum. +

32 Provincia S. Evangelij de Mexico.

33 Provincia Maioricarum. +

34 Provincia Aquitaniæ, recentioris.

35 Provincia Sancti Michaelis in Extremadura.

36 Provincia Cãtabriæ.

37 Provincia duodecim Apoſtolorũ de Lima.

38 Provincia Canariæ.

39 Provincia Sancti Andreæ in Belgio.

40 Provincia Sardiniæ. +

41 Provincia Valentiæ. +

42 Provincia Cathaloniæ. = 43. – Jucathan.

44 Provincia Arrabidorum, Diſcalceatorum. +

45 Provincia S. Ioſeph, Diſcalceatorum in Caſtella. = 46. S. Anton. Luſitana.

~~45 Provincia S. Ioſeph in Iucatan.~~

47. Provincia SS. Apoſtolorũ Petri, & Pauli de Mechoacan.

Pro-

48 Provincia Nominis Ieſu de Guathemala.

49 Provincia Sanctæ Fidei in nova Granata.

50 49 ProvinciaSancti Frãciſci de Quito.

50. Provincia Sanctiſsimæ Trinitatis de Chile. = 52. S. Ant. Charcar.

53. Provincia ~~Sanctæ Crucis in Hiſpaniola.~~ S Joann. Bapt. Disc.

= ~~52 ProvinciaSanctiAntonij Diſcalceatorum in Luſitania.~~ Georgij

54 Provincia SãctiGregorij de Nicaraguas.

~~54. Provincia Sancti Ioannis Baptiſtæ Diſcalceatorum in Hiſpania.~~

56. Granaten. 55 ~~Provincia Granatenſis.~~ S. Crucis in Hispaniola

~~56 Provincia SanctiAntonij Charcarum.~~

+ 57 Provincia SãctiGregorij Diſcalceatorum in Philipinis.

+ 58 ProvinciaSanctiPauli Diſcalceatorum in Hiſpania.

59 ProvinciaSanctiFrãciſci de Zacathecas.

60. ProvinciaSancti Didaci Diſcalceatorum in Mexico.

61 Provincia Sancti Iacobi de Xaliſco.

62 GuardianusPariſienſis.

63 ProvinciaSanctiBernardini Recollectorum in Gallia. +

64 ProvinciaSãcti Dionyſij Recollectorum in Gallia.

65 ProvinciaSãctiThomæ in India Orientali.

66 Provincia Sãctæ Helenæ in Florida.

67 Provincia Aſſumptionis in Paraguay.

68 Provincia Immaculæ Conceptionis Recollectorum in Gallia. +

69 ProvinciaSãctæMariæ Magdalenæ Recollectorum in Gallia. +

70 Provincia Sancti Didaci Diſcalceatorum in Bœthica.

71 ProvinciaSanctiFrãciſci Recollectorum in Gallia.

72 Provincia Matris Dei Diſcalceatorum in

in India Orientali.

73 Provincia Sancti Ioſeph in Flandria.

74 Provincia Sanctiſsimi Sacramenti Recollectorum in Gallia.

75 Provincia Sancti Ioannis Evangeliſtæ de Azores.

76 Provincia Sancti Saturnini in Sardinia.

77 Provincia Sancti Antonij Diſcalceatorum in Braſilia.

78 Provincia S. Petri de Alcantara Diſcalceatorum in Hiſpania.

79 Provincia Sancti Antonij in Arteſia.

80 Provincia Solitudinis Diſcalceatorum in Luſitania.

81 Provincia Sancti Petri de Alcantara Diſcalceatorum in Regno Neapolitano. * — * Extincta anno 1701. — Tercera.

82 Provincia Immaculatæ Conceptionis Diſcalceatorum in Braſilia.

83 Cuſtodia Sancti Nicolai Recollectorum in Lotharingia.

84. Custodia S. Jacobi Minoris, Insulae de la Madera.

Provinciæ Tertij Ordinis ad eandem Familiam pertinentes.

Provincijs Tertij Ordinis vox in Capitulis Generalibus cóceſſa.

STATUTO Capituli Generalis, Apoſtolica authoritate probato, & in ſpecie confirmato, ſequentes Provinciæ Tertij Ordinis Nationis Hiſpanicæ, & Gallicanæ, ſub obedientia Miniſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum militantes, in Comitijs Generalibus noſtri Ordinis conſeſſum, vocem activam, &, reſpectu vnius Diffinitoris Generalis, paſsivam habere poſſunt. Ideòque prædictarùm Provinciarum ſeriem, & ordinem hic apponimus.

Ex Rom. in ſpeciali forma confirmatis 1625. & Cõſt. Ap. Clem X. *Sacroſancti*, 1670.

1 Provincia ~~Luſitaniæ~~ S Mich. in Boeth. Tertij Ordinis.

2 Provincia ~~Sancti Michaelis Bœthicæ~~ Lusitan.

3 Provincia Sancti Fráciſci in Gallia.

4 Pro-

Digitized by Google

4 Provincia Sancti Ivonis in Gallia.

5 Provincia Sancti Ludovici Regis, in Gallia.

6 Provincia Sancti Elzearij in Gallia.

7. Provincia Legionenſis in Hiſpania.

Provinciæ, quæ ad Familiam Vltramontanam ſpectant.

1 PROVINCIA Sancti Franciſci.

2 Provincia Romana.

3 Provincia Marchiæ.

4 Provincia Tuſciæ.

5 Provincia Bononniæ.

6 Provincia Sancti Antonij.

7 Provincia Genuæ.

8 Provincia Mediolani.

9 Provincia Principatus.

10 Provincia ſeptem Martyrum.

11 Provincia Siciliæ.

12 Provincia Sancti Nicolai.

13 Provincia Sancti Bernardini.

14 Provincia Sancti Angeli.

15 Provincia Dalmatiæ.

16 Provincia Candiæ.

17 Provincia Boſnæ Croatiæ.

18 Provincia Auſtriæ Reformata.

19 Provincia Bohemiæ Reformata.

20 Provincia Poloniæ minoris.

21 Provincia Corſicæ.

22 Provincia Raguſiæ.

23 Provincia Brixiæ.

24 Provincia Baſilicatæ.

25 Provincia Ungariæ Sancti Salvatoris Reformata.

26 Provincia Boſnæ Argentinæ.

27 Provincia Ungariæ Sanctæ Mariæ Reformata.

28 Provincia Terræ Laboris.

29 Provincia Tyrolenſis Reformata.

30 Provincia Calabriæ.

31 Provincia Albaniæ.

32. Provincia S. Didaci.

33 Provincia S. Thomæ Apoſtoli.

34 Provincia Vallis Mazariæ.

35 Provincia Vallis Nethi.

36 Provincia Bavariæ, Reformata.

37 Provincia Poloniæ Maioris.

38 Provincia Ruſsiæ.

Provinciarū Reformatarum, quas Vrban. VIII. ereixt, locus

Poſt has Provincias conſiſtentes, ſanctæ memoriæ Urbanus VIII. motu proprio erexit viginti quinque Cuſtodias Reformatorum Familiæ Ultramontanæ in Provincias; præcipiens, vt iuxta conſuetudinem noſtri Ordinis haberent locum, & præcedentiam poſt Provincias iam erectas; ita vt eo loco permanerent, quo erant, dum Cuſtodiæ nominabantur. Ac proinde, ad præſcriptum Apoſtolicum, eas collocamus, numerum proſequentes.

Ex Cōſt. Ap. Urb. VIII. *Iniuncti nobis.* 22. Maij 1639.

39 Provincia S. Franciſci, Reformata.

40 Provincia Romana, Reformata.

41 Provincia Marchiæ, Reformata.

42 Provincia Tuſciæ, Reformata.

43 Provincia Bononniæ, Reformata.

44 Provincia Sancti Antonij, Reformata.

45 Provincia Genuæ, Reformata.

46 Provincia Mediolani, Reformata.

47 Provincia Principatus, Reformata.

48 Provincia ſeptem Martyrū, Reformata.

49 Provincia Siciliæ, Reformata.

50 Provincia Sancti Nicolai, Reformata.

51 Provincia Sancti Bernardini, Reformata.

52 Provincia S. Angeli, Reformata.

53 Provincia Poloniæ minoris, Reformata.

54 Provincia Corſicæ, Reformata.

55 Provincia Brixiæ, Reformata.

56 Provincia Baſilicatæ, Reformata.

57 Provincia Terræ laboris, Reformata.

58 Provincia Calabriæ, Reformata.

59 Provincia SanctiDidaci, Reformata.

60 Provincia S. Thomæ, Reformata.

61 ProvinciaVallisMazzariæ, Reformata.

62 Provincia VallisNethi, Reformata.

63 Provincia Poloniæ maioris, Reformata.

Poſtmodum erectæ ſunt.

64 Provincia SanctiVigilij, Reformata.

65 Provincia SanctiLadislai.

66 Provincia Bulgariæ.

Ad eandem Familiam pertinent.

67 CuſtodiaTerræ Sanctæ.

68 Cuſtodia Tranſilvaniæ, Reformata.

Provinciarum Familiæ diſtributio per Nationes, & portiones.

QUIA verò pro Diffinitoribus Generalibus eligendis, & pluribus ſtatutis noſtræ Ciſmontanæ Familiæ obſervandis, neceſſum eſt, vt Provincias ad ſingulas Nationes, & portiones pertinentes, diſtinguamus; id hic faciendum duximus. Diviſio principalis noſtræ Familiæ eſt in tres Nationes, Hiſpanicam, Gallicam, & Germano-Belgicam. Iuxta quam, Provinciæ cum ſubdiviſionibus apponuntur.

IN NATIONE HISPANICA.

Ad Regna, extra Luſitaniam, pertinent Provinciæ Obſervantes ſequentes.

Caſtellæ.
Aragoniæ.
Sancti Iacobi.
Conceptionis.
Bœthicæ.
Burgenſis.
Angelorum.
Carthaginenſis.
Sancti Evangelij de Mexico.
Maioricarum.
Sancti Michaelis.
Cantabriæ.
Duodecim Apoſtolorũ de Lima.
Canariæ.
Sardiniæ.
Valentiæ.
Cathaloniæ.
Sancti Ioſeph de Iucatam.
Sanctorum Petri, & Pauli de Mechoacan.
Nominis IESU de Guatimala.
Sanctæ Fidei novi Regni Granatenſis.
Sanctiſsimæ Trinitatis de Chile.
Sancti Franciſci de Quito.
Sancti Antonij Charcarum.
Sancti Gregorij de Nicaraguas.
Sanctæ Crucis Inſulæ Sancti Dominici.
Granatenſis.
Zacathecarum.
De Xaliſco.
Del Paraguay.
Sanctæ Helenæ in Florida.
Sancti Saturnini.

Digitized by Google

In eadem Natione, & Regnis, ſunt ſequentes Provinciæ Diſcalceatorum.

Sancti Gabrielis.
Sancti Ioſeph, in Caſtella.
Sancti Ioannis Baptiſtæ.
Sancti Gregorij Philipinarum.
Sancti Pauli in veteri Caſtella.
Sancti Didaci de Mexico.
Sãcti Didaci in Bœthica.
Sancti Petri de Alcantara in Hiſpania.
Sancti Petri de Alcantara in Regno Neapolitano.

In eadem Natione, ad Coronam Luſitaniæ pertinent Provinciæ ſequentes.

PORTUGALLIÆ.
Pietatis Diſcalceatorum.
Algarbiorum.
Arrabidorum, Diſcalceatorum.
Sancti Antonij, Diſcalceatorum.
Sancti Thomæ in India Orientali.
Matris Dei, Diſcalceatorum in India Oriẽtali.
Sancti Ioannis Evangeliſtæ de Azores.
Sancti Antonij in Braſilia, Diſcalceatorum.
Solitudinis, Diſcalceatorum in Luſitania.
Immaculatæ Conceptionis, Diſcalceatorum in Braſilia.

Digitized by Google

In Natione Gallica. Provinciæ Magnæ ſunt ſequentes.

FRANCIÆ.
Turoniæ.
Sancti Bonaventuræ.
Aquitaniæ recentioris.
Guardianus Pariſienſis.

In eadem Natione, Provinciæ obſervantes ſunt ſequentes.

FRANCIÆ Pariſiẽſis
Turoniæ Pictaviẽſis.
Aquitaniæ antiquioris.
Sancti Ludovici.

In eadem Natione, Provinciæ Recollectorum ſunt ſequentes.

BRITANNIÆ.
Sancti Bernardini.
Sancti Dionyſij.
Immaculatæ Conceptionis in Aquitania.
Sancti Franciſci Lugdunenſis.
S. Mariæ Magdalenæ.
Sanctiſsimi Sacramenti.
Cuſtodia Lotharingiæ.

Ad Nationem Germano-Belgicam pertinent Provinciæ ſequentes.

SAXONIÆ Sancti Ioannis Baptiſtæ.
Scotiæ.
Daniæ.
Saxoniæ Sanctæ Crucis.
Argentinæ.
Coloniæ.
Hiberniæ.
S. Antonij in Artheſia.
Angliæ.
Flandriæ.
Sanctæ Eliſabeth, in Turingia.
Germaniæ Inferioris.
Sancti Andreæ.
Sancti Ioſeph, in Flandria.

Ex

Ex Provincijs Tertij Ordinis, ad Nationem Hiſpanicam pertinent.

Provincia Luſitaniæ. S. Michaelis Bœticæ. Provincia Legionenſis.

Ad Gallicam verò.

Provincia Sancti Franciſci. Sancti Ludovici Regis.
Sancti Ivonis. Sancti Elcearij.

§. V. *De agendis in Capitulo Generali ante electiones.*

Capituli Generalis Præſes ex iure cōmuni Religionis.

EX iure communi Religionis Miniſter Generalis debet præſidere Capitulo Generali. Qui tamen, ſi ob infirmitatem, vel aliud impedimentum accedere ad ipſum non poſſit, poteſt ſpecialem Commiſſarium mittere, qui loco eius præſideat: Caſu autem, quòd non mittat, præſideat Commiſſarius Generalis actualis: illo etiam deficiente, Provincialis illius Provinciæ, in qua Capitulum celebratur, erit ipſius Capituli Generalis Præſes. Ex prim. Barch. Toloſan. & Salmant. c. 8. & Tol. 1583.

Actiones Capitulares nō ſunt differendæ ob non acceſſum aliquorum vocalium.

Quamvis autem non omnes, qui Generali Capitulo quavis ratione intereſſe debent, ad præſcriptum tempus convenerint, non propterea omittenda, aut differenda erunt, quæ Capitulari loco, & tempore tractari, & expediri oportet. Ex eiſdem. Salm. & Tolet.

Congregatio Diffinitorij pro ſyndicatu Generalium.

Itaque antequam ad electiones procedatur, primo Diffinitorium vtriuſque Familiæ congregetur ad ſyndicationem faciendam de Miniſtro Generali, & de Officialibus Curiæ, ad præſcriptum Conſtitutionis Apoſtolicæ. In quo Diffinitorio om- Ex Tolet. 1583. & Cōſtit. Apoſt. Pij V. *Paſtoralis* & Gregor. XIII. *Militantis.*

omnes Patres Diſcreti Ordinis tum perpetui, tum qui pro tempore fuerint, tam vnius, quàm alterius Familiæ, vocem deciſivam habeant.

Generales ipſi, & officiales Curiæ ab eo debēt abeſſe.

Ipſis congregatis, ijdem Prælati Generales, & Officiales Curiæ abſcedant, donec eorum ſyndicatus peragatur, vt ipſis abſentibus, liberè agere poſsint contra illos, ſi fuerint ſyndicati. Ex eiſdem.

Præſes Diffinitorij pro ſyndicatu.

In præfato autem ſyndicationis Diffinitorio, præſideat ille Ordinis Diſcretus, qui ex concurrentibus inveniatur dignior, & in conſeſſu præcedens. Ex Valliſ. 1593.

Inquiſitio facienda, accerſitis ſingulis vocalibus.

Præſidens verò à Vocalibus omnibus ordine accerſitis, requirat coràm toto Diffinitorio, ſi quid habeant dicendum de exceſsibus Generalium Prælatorum, & Officialium Curiæ: ſingulique eorum teneantur bona fide manifeſtare per inſtrumentum authéticum litterarum à Provincijs tranſmiſſarum quidquid fuerit ſyndicandum, vel teſtimonium proferre Provinciarum non habentium ſyndicatum. Ex eiſdem Tolet.

Syndicatus litteræ in Difnitorio publicè legendæ.

Litteræ autem eius modi publicè in Diffinitorio legantur: Et ſi quæ fuerint ſyndicata, eorum ſubſtantia Generalibus, & officialibus reſpectivè manifeſtetur, eiſque audientia præbeatur. Ex eiſdem.

Syndicati, ſunt audiendi.

Quibus auditis, ſuper accuſationibus eorum communis collatio habeatur, & Preſidens ſingulorum vota publicè requirat in Diffinitorio; ac conſcriptis votis, & mox in medium recitatis, iuxta ſententiam maioris partis procedatur ad correctionem, vel liberationem: ita tamen vt non priventur officio, neque ſuſpendantur, nec aliqua pœnitentia imponatur eiſdem, donec officijs renuntient; quod facere debent ante electionem futuram, pro veteri conſuetudine, & ad illud tempus correctio, vel commendatio eorum, eſt reſervanda. Ex eiſdem.

Sententia ſuper ſyndicatu proferenda.

Pœna non imponatur ipſis ante expletionem officiorum.

Ex-

Expleto ſyndicatu, ad Diffinitoria admittãtur.

Expleto ſyndicatũ, Prælati ipſi Generales, & officiales Curiæ in Diffinitorium admittantur; qui tam in hoc, quàm in novo eligendo Diffinitorio, durante Capitulo, vocem habebunt; & Generalis Miniſter in omnibus præſideat, donec officio renunciaverit. Ex eiſdem, & Tolet.

Auditores cauſarum cõſignandi.

Deinde Miniſter Generalis de conſilio, & aſſenſu dictorum Patrum Diffinitorij, cauſarum Auditores deputet, qui, auditis, & viſis negotijs, & cauſis, quæ ad Capitulum decidenda deferuntur, Diffinitorio referant eorum ſubſtantiam,& quidquid iudicandum cenſuerint. Cætera autem negotia occurrentia diſponantur, prout tempus, & ratio poſtulaverint. Ex eiſdem.

Inquiſitio facienda pro legitimatione ſingulorum vocalium.

Denique congregato Diffinitorio Generali, ad ipſum omnes, & ſinguli Provinciarum Miniſtri, & Cuſtodes ſigillatim, ac ſeorſim ordine vocati accedant; & illi quidem ſuæ quiſque Provinciæ ſigillum, iſti verò Patentes Cuſtodiatus litteras obſignatas, ac ſigillo munitas oſtendant. Pro-Miniſtri autem, qui acceſſerint, teſtimonium ſuæ electionis à Diffinitorio factæ, à Provinciali, & Diffinitoribus ſubſcriptum, & maiori Provinciæ ſigillo munitum, præſentent: & admiſsi pro legitimis Vocalibus, ſuo ordine ſcribantur, ne quiſquam ad electiones celebrandas indebitè aut admittatur, aut excludatur. Et ſinguli Vocales relationem ſtatus ſuæ Provinciæ Diffinitorio præſentent. Ex ant. conſuet. & Salmant. c. 8.

§. VI.

§. VI. *De electionibus in Capitulo Generali celebrandis.*

Conventus, & Conclave vocaliū, pro electione Miniſtri Generalis, facienda.

Ex Salmant. c. 8. & Tol. 1583.

DIE Sabbati, vigilia Pentecoſtes, poſt ſolemnem de Spiritu Sancto Miſſam decantatam, Miniſtri Generalis iuſſu, omnes vocales in locum ad electiones celebrandas deputandum ad campanulæ ſignum conveniant pro electione novi Miniſtri Generalis. Et clauſis oſtijs, niſi vrgenti neceſsitate, nemini omninò egredi liceat, nullique alimenta adminiſtrentur, donec Generalis Miniſtri electio ſit facta, itaut eo die Sabbati, Ordo habeat alium Generalem Miniſtrum præſentem, vel abſentem; aliàs ad Summum Pontificem electio devolvetur,

Miniſter Generalis ex qua Familia eligendus.

Ex Bull. Vnion. Leon. X.

Miniſter autem Generalis eligendus eſt ex altera Familia ab ea, ex qua erat Miniſter Generalis tunc ſpirans, vt alternativa inter vtramque Familiam, à Leone X. conſtituta, obſervetur.

Collatio ad Vocales cõgregatos habenda pro bona electione.

Ex eiſdem

Congregatis igitur ac ordine conſedentibus, à concionatore celebri, cui Generalis commendaverit, ſemo, ſeu collatio de more fiat, quo ad bonam, ſanctamque electionem vocales omnes, latino idiomate, ſuadeantur, & exhortentur.

Exhortatio Præſidis ad idem cum intimatione debiti eligẽdi meliorem

Ex Vallis. 1593.

Poſt hæc Generalis Miniſter, ſeu is, qui Præſes fuerit Capituli, brevi quidem, ſed omninò pio, & gravi ſermone ad Capitulares legitimè congregatos habito, eos efficaciter hortetur, vt illum in Generalem Miniſtrum eligere velint, qui tanto oneri, ac munerit ad Dei laudem, gloriam, ac ſervitium, & communem vtilitatem Fratrum dignè, & fructuosè ineundo, & ſubeundo ſufficiat, ac reſpondere poſsit; eos autem graviſsimè quidem peccare, qui aut indignum, aut certè minùs dignum,

ac idoneum pravo affectu elegerint, admoneat, & demonſtret.

Vocales abſolvendi, & habilitandi.

Qui, cùm peroraverit, Capitulares genuflexos, generali confeſsione per eos de more præmiſſa, ſub forma ſequenti generaliter abſolvat.

Ex Ultram. cap. 8 & Segov. 1611.

Forma abſolutionis in omnibus Capitulis tam Generalibus, quàm Provincialibus, ante electionem celebrandam.

Miſereatur veſtri, &c.
Indulgentiam, abſolutionem, & remiſsionem, &c.

Forma abſolutionis, & habilitationis.

DOMINUS *noſter Ieſus Chriſtus vos abſolvat; & ego authoritate ipſius, ac Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, mihi in hac parte commiſſa, & vobis conceſſa, abſolvo vos ab omni vinculo excommunicationis, ſi quam incurriſtis; & reſtituo vos unioni, & participationi Fidelium, necnon ſanctis Sacramentis Eccleſiæ; diſpenſando vobiſcum in omni ſententia irregularitatis, ſuſpenſionis, & interdicti, ſi qua innodati eſtis: & ad effectum electionis canonicè, & rite nunc per vos celebrandæ, quatenùs opus ſit, & indigetis, vos habilito; in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: Amen.*

Ex Salm c. 8. & Vallis.

Preces ante electionem canendæ.

Qua abſolutione facta, mox Præſes Capituli, & ipſe genibus flexis, Hymnum, *Veni Creator Spiritus,*

Ex eiſdē, & Tol. 1583.

tus, *&c.* præcinat, quem Capitulares alternis vocibus proſequentes decantent. Ipſoque finito, verſus ſequentes, cum ſuis reſponſorijs, & oratione, canantur.

℣. *Adiutorium noſtrum in nomine Domini.*

℟. *Qui fecit Cælum, & terram.*

℣. *Sit nomen Domini benedictum.*

℟. *Ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.*

℣. *Deus virtutum convertere.*

℟. *Reſpice de Cælo, & viſita vineam iſtam.*

℣. *Memento Congregationis tuæ.*

℟. *Quam poſſediſti ab initio.*

℣. *Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum.*

℟. *Sed citò anticipent nos miſericordię tuæ.*

℣. *Elige David ſervum tuum.*

℟. *Paſcere Iacob, & Iſrael, hęreditatem tuam.*

℣. *Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur.*

℟. *Et renovabis faciem terræ.*

℣. *Domine, exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Dominus vobiſcum.*

℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

OREMUS.

D*OMINE, qui corda noſti omnium, cui omnis voluntas loquitur; & quem nullum latet ſecretum; oſtende nobis, quem elegeris accipere locum Miniſterij huius; in quo, pio in nos ſtudio, ſemper tibi placitus, Familiam tuam virtutibus inſtruat, ac fidelium mentes ſpiritualium aromatum odore perfundat. Per Chriſtum Dominum noſtrum.* ℟. *Amen.*

Po-

Diſquiſitorum nominatio & inſtitutio.

Poſteà, Diſcretis Ordinis, tum perpetuis, tum pro tempore exiſtentibus, opportuno loco ſegregatis, Diſquiſitores ſex (tres ex vna, & tres ex altera Familia) per ipſum Generalem Miniſtrum proponantur, & per eos probati ab eodem Præſide, vt ſuprà ſtatutum eſt, inſtituantur, & ad ſecretum ſervandum ſimiliter aſtringantur. Ex eiſdem.

Renunciatio Generalium abſolvendorum cum recognitione culparum.

Tunc Generalis Miniſter, & Commiſſarius itèm Generalis, officio renuncient, & culpas recognoſcant coram omnibus Vocalibus, pro veteri, ac probata Religionis conſuetudine: quibus Præſes Capituli aut pro laboribus, & meritis gratias agat, aut pro demeritis pœnas ímponat, provt iuſtitia ſuaſerit. Quod quidem etiam de officialibus Curiæ faciendum cenſemus, excepta renunciatione. Ex eiſdem.

Snffragia danda, & ſcrutinium faciendum.

Deinde Diſquiſitoribus loco aperto ſedentibus ad menſam paratam, vt ſuprà dictum eſt, Vocales nominatim vocati per cathalogum legitimationis eorum accedant ſinguli, ſuas ſchedulas in vas inferentes; quibus extractis, & ſuffragiorum ſcrutinio facto, ſi electio facta non ſit, ſcrutinio publicato, aliud replicetur; ſi verò ſit facta canonicè, electio à Diſquiſitore ſcriba voce intelligibili in hunc modum publicetur: Ex eiſdem.

In nomine Patrjs, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Forma publicationis electionis factæ.

Hæc eſt electio Reverendiſsimi Patris Miniſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum Seraphici Patris noſtri S. Franciſci, canonicè celebrata per Patres Vocales capitulariter, ac legitimè congregatos in præſenti Conventu N. Civitatis N. Menſe N. Anni Domini N. In qua quidem electione:

R. P. N. habuit ſuffragia....N.

R. P. N. habuit ſuffragia....N.

Et

Et ego Fr. N. eiuſdem Ordinis profeſſor, & Provinciæ N. Miniſter (vel Cuſtos) vnus ex Diſquiſitoribus, & Compromiſſarijs virtute compromiſsi in me, & in ſocios meos limitati, nomine omnium, qui in dictam electionem convenerunt, & conſenſerunt, præfatum Reverendiſsimum Patrem noſtrum N. in quem maior pars vocum conſenſit, Miniſtrum Generalem canonicè electum nomino, & ſic electum enunncio: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Votũ emittendum ſtatim à Miniſtro Generali electo.

Ex Rom. 1676. in forma ſpeciali confirmatis.

Publicata electione, ſtatim Miniſter Generalis de novo electus, antequàm officium ſuum vllo modo exerceat, genuflexus, emittat in manibus Præſidis, coram toto Capitulo Generali, votum de non ambienda, procuranda; nec acceptanda dignitate Epiſcopali, Archiepiſcopali, vel Patriarchali, toto tempore ſui Miniſteriatus; nec ante emiſſum prædictum votum cenſeatur in officio confirmatus.

Ante ipſum emiſſum, nõ cenſeatur cõfirmatus.

Proceſsio ad Eccleſiã cum novo Miniſtro Generali.

Emiſſo voto prædicto, ſtatim Cantores incipiant Hymnum *Te Deum landamus*, & pulſatis omnibus campanis Conventus, alternis vocibus piè canentes, ad Eccleſiam pergant in proceſsionis forma. Ibique ſequentes verſus, & orationes cantur.

Preces, & orationes.

℣. *Benedicamus Patrem, & Filium, cum ſancto Spiritu.*

℟. *Laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſæcula.*

℣. *Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.*

℟. *A Templo ſancto tuo, quod eſt in Hieruſalem.*

℣. *Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ.*

℟. *Et ſuper filium hominis, quem confirmaſti tibi.*

℣. *In Conceptione tua, virgo, immaculata fuiſti.*

℟. Ora

℞. *Ora pro nobis Patrem, cuius Filium peperiſti.*
℣. *Ora pro nobis, Beate Pater noſter Franciſce.*
℞. *Vt digni efficiamur promiſsionibus Chriſti.*
℣. *Domine, exaudi orationem meam.*
℞. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiſcum.*
℞. *Et cum ſpiritu tuo.*

OREMUS.

OMNIPOTENS ſempiterne Deus, miſerere famulo tuo Miniſtro noſtro, & dirige eum ſecundùm tuam clementiam in viam ſalutis æternæ; vt, te donante, tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparaſti; quæſumus, vt qui ex morte eiuſdem filij ſui præviſa, eam ab omni labe præſervaſti, nos quoque mundos eius interceſsione ad te pervenire concedas.

Deus, qui Eccleſiam tuam Beati P. N. Franciſci meritis fœtu novæ prolis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione terrena deſpicere, & cœleſtium donorum ſemper participatione gaudere.

Actiones, & electiones noſtras quæſumus, Domine, aſpirando præveni, & adiuvando proſequere; vt cuncta noſtra oratio, electio, & operatio, à te ſemper incipiat, & per te cepta finiatur. Per Chriſtum, &c.

Publica exhibitio reverentiæ, & obedientiæ MiniſtroGenerali electo

Ex eiſdem.

Poſt hæc ſedente Generali Miniſtro, opportuno loco ad id ſpecialiter, ac decenter anteà parato, Capitulares, & alij Fratres omnes, qui Capitulari loco, & tempore præſentes aderunt, debitam reveren-

rentiam ipſi exhibeant, & obedientiam præſtent.

Veto præfato emiſſo, author tate Apoſtolica manet confirmatus.

Ipſe verò Generalis Miniſter poſt emiſſum prædictum votum, virtute præſentis Conſtitutionis, authoritate Apoſtolica confirmatus intelligatur, & pro confirmato habeatur; ac propterea, liberè ſuum officium abſque vlla vlteriori confirmatione poterit exercere.

Ex Rom. 1676. & ex Indulto Ap. in comp. pri vileg. verb. *Generalis.*

Cógregatio alterius Familiæ pro electione Cómiſſarij Generalis.

Poſt prandium verò Vocales omnes Familiæ, ex qua erat Miniſter Generalis tùnc officio functus, conveniant ad Capitulum cum Miniſtro Generali de novo electo, & Patribus totius Ordinis, & per ſchedulas ſecretas eligant Commiſſarium Generalem illius Familiæ.

Ex Salm. & Tol. citatis.

Electiones Diffinitorū Generalium ab vnaquaque Familia ſeorſim faciendæ.

Qua electione peracta, Vocales omnes Ciſmontanæ Familiæ in vnum locum congregentur, & ſimiliter Vocales Ultramontanæ Familiæ in alium, pro electione Diffinitorum Generalium vniuſcuiuſque Familiæ, à Vocalibus eiuſdem facienda. Et in Familia noſtra Ciſmontana decem Diffinitores Generales per ſchedulas ſecretas eligantur, ſecundùm diſtributionem præſcriptam, cùm de Diffinitoribus Generalibus ageretur.

Ex eiſdem.

Electiones Officialium Curiæ Romanæ.

Facta itaque electione Diffinitorum, Miniſter Generalis Diffinitorium Generale congreget, & in eo, de conſilio, & conſenſu maioris partis ipſius, Procuratorem, & Commiſſarium Romanæ Curiæ inſtituat. ✶

✶ Hoc abrogatum eſt ab Innocentio XI. in cap. Victor. 1694

§. VII. *De peragendis in Capitulo Generali, vſque ad eius diſſolutionem.*

Duo Diſcretoria, pro vna & altera Familia cōſtituenda.

ELECTIONIBUS igitur canonicè, ac ritè celebratis, duo Diſcretoria, alterum pro Ciſmontanis, alterum pro Ultramontanis, decentibus, & congruis locis, Generalis iuſſu mox conſtituantur.

Ex eiſdem, & Vallis. 1593.

In

Unicuique præficiatur Præſidens, & qualis.

In vnoquoque Diſcretorio Miniſtri Generalis arbitrio, de conſilio tamen Diffinitorij Ordinis, vir gravis, doctus, prudens ac priùs ex Familia ipſius Diſcretorij, Præſidens eiuſdem deputetur: & ſemper ſit de corpore Capituli: ipſique incumbit cura convocandi, & congregandi Diſcretorium ſuæ Familiæ horis competentibus.

Ex eiſdem.

Singulis diebus congreganda Diſcretoria.

Singulis autem diebus congregetur vnius, & alterius Familiæ Diſcretorium, in quod omnes Vocales ſuæ reſpectivè Familiæ conveniant, ad deliberandum de his, quæ noſtrum Ordinem concernunt; & Ordinis noſtri Conſtitutionibus accuratè, ac diſtinctè perluſtratis, Præſides diligenter inquirant, an ſervetur, & in quibus frequentiùs peccetur, vt meliùs animadverti, & deſuper provideri poſſit.

Quid in eis faciendum.

Præſidis Diſcretorij authoritas.

Præſidis erit, proponenda proponere, provt locus, tempus, & occaſio feret, maximè verò pro bonis moribus tuendis, pravis corrigendis, auferendis abuſibus, inſtaurandaque, ac retinenda Regularis vitæ diſciplina, atque pro augenda pietate, & Religione, paceque in Ordine vniverſo, & ſingulis Provincijs perpetuò, & ſanctè conſervanda.

Ex eiſdem.

Diſcuſsiones, & reſolutiones Diſcretorij.

Liberum tamen erit vnicuique Vocalium advertere, & admonere, quæ viſa fuerint pro eodem fine admonitione digna; quæ omnia diſcutienda ſunt; & diſcuſa, ea, quæ per maiorem Diſcretorij partem reſoluta fuerint, ſcripto notentur, & à Præſide, & Secretario Diſcretorij, ſubſcribantur.

Ex eiſdem.

Modeſtia in Diſcretorijs obſervanda.

Illud verò maximè ab omnibus ſervetur, vt in ſententijs dicendis, nullus aut immodeſtis vocibus, aut tumultibus perturbetur; nulluſque vanis, aut obſtinatis diſceptationibus contendat; ſed quid quid dicatur, ſic miti, ac modeſta verborum prolatione temperetur, vt nec audientibus offendiculo

Ex eiſdem.

ſit,

ſit, nec recti iudicij acies à perturbato animo inflectatur.

Reſolutiones Diſcretorij, ad Diffinitoriũ vltimo decidẽdæ remittantur.

Reſoluta autem omnia in Diſcretorio, à Præſide, & Secretario (vt præmiſſum eſt) ſubſcripta, ad Diſtinitorium deferantur, & in eo proponantur, cuius authoritate approbanda, vel reprobanda erunt; vel cui etiam competit alia Diſcretorio diſcutienda mittere, prout Patribus Diſſinitorij pro locorum, & temporum, varietate bene viſum fuerit. Ex eiſdem.

Duo Diſſinitoria pro vna & altera Familia ſeorſim cogantur.

Quid in eis faciendum.

Singulis quoque diebus, ſtatutis horis, duo Diſſinitoria congregentur, alterum pro Ciſmontanis, & alterum pro Ultramontanis; in quibus tranſmiſſa à Provincijs ad Capitulum, ordine ſuo videantur, diſcutiantur, & reſolvantur ad maioris partis iudicium: atque acceptis, & perlectis informationibus Auditorum, omnes cauſæ definiantur, ac tandem decidantur omnia, & ſingula, quæ per Diſcretorium fuerint propoſita. Ex eiſdem.

Conſenſus Diffinitorij, & Diſcretorij ad quæ requiratur.

Nulla tamen ſtatuta valeat Diffinitorium condere ſine conſenſu maioris partis Diſcretorij, nec totum Diſcretorium valeat aliquid diffinire ſine approbatione maioris partis Diffinitorij. Ex eiſdem.

Diffinitoriũ Generale integrum pro quibus congregandum

Quando autem aliquod grave negotium vniverſum ordinem concernens pertractandum eſt, Diffinitorium Generale integrum vtriuſque Familiæ congregetur, & in eo diſcutiatur, & decidatur. Ex eiſdem.

Tabula Capituli Generalis conficienda, & quomodo.

Tandem Generalis Capituli Tabula conficiatur; in qua omnes electiones notentur, & reliqua, quæ à Capitulo Generali, aut à Diffinitorio Generali, vel pro toto Ordine, vel pro vna, aut altera Familia coniunctim, aut ſeorſim, reſoluta ſunt, accuratè conſcribantur; in qua etiam numerus Fratrum, Ex eiſdem.

trum, & Monialium, à Generali Capitulo proximè elapſo, vſque ad præſens, defunctorum adnotetur, & pro eis conſueta ſuffragia fieri, commendetur. Ex eiſdem.

Suffragia commendāda.

Commendetur etiam in eadem Tabula Fratribus vniverſis, vt preces ad Deum fundant, & ſacrificia offerant pro Sanctiſsimo Romano Pontifice, pro Imperatore, pro Regibus, & Principibus Chriſtianis, pro Eminentiſsimo Domino Cardinali noſtri Ordinis Protectore, pro cæteris Cardinalibus, & Eccleſiarum Prælatis, pro Patronis Capituli, ac pro omnibus Benefactoribus noſtris, iuxta antiquam, ac probatam noſtri Ordinis conſuetudinem.

Locus ſequentis Capituli Generalis conſignādus.

Demùm à Miniſtro Generali, cum Generali Diffinitorio vtriuſque Familiæ, aſsignetur locus, quo celebrandum ſit Capitulum Generale immediatè ſequens, & in Tabula notetur. Ex Bull. *Vnion.* Leon X.

Tabula Capituli Generalis inibi publicetur, & ad Provincias trāſmittatur.

Poſt hæc Capitularibus vniverſis opportuno loco, & tempore inſimul congregatis, Tabula prædicta cum omnibus prænarratis in ea contentis, à Generali Miniſtro, & cæteris Diffinitorij Patribus ſubſcripta, & maiori Ordinis ſigillo munita, à Diffinitore Generali clara, & intelligibili voce, è ſuggeſtu perlegatur. Quæ tabula poſtmodum ad ſingulas Provincias à Generali Miniſtro, cum ſuis Paſtoralibus litteris, eſt tranſmittenda. Ex eiſdem.

Gratiarum actio.

Perlecta itaque Tabula, Capitulares omnes ad Eccleſiam procedentes, & Canticum *Benedictus Dominus Deus Iſrael* pro fœlici rerum ſucceſſu, & exitu, piè canentes, immenſas Deo omnium bonorum authori gratias agant. Ex eiſdem.

Ultima Capituli expeditio.

Tandem Generalis Miniſter cunctis diſcedendi veniam, cum benedictione concedat; eos pijs, & gravibus verbis exortans, vt in eam curam incumbant, quatenùs vniverſa Religio, ſalutaribus

inſtitutis Dei munere, & gratia in vſum, & conſuetudinem inductis, in omnes benè pièque agendi partes æquè conformetur, & ſanctè conformata perpetuò conſervetur.

§. VIII. *De Patronis Comitiorum Generalium.*

Fundatio Patronatus ab Excel. Comitibus de Chinchô facta, & ab Ordine acceptata.

Cap. Gener. Rom. 1600. Tol. 1606. Tol 1658 & Cong. Gen. Valliſ. 1661

IN Capitulo Generali anno 1600. Romæ celebrato, expoſcentibus (pro ſua in Seraphicum Patriarcham, & eius filios ardentiſsima devotione) Excellentiſsimis Dominis D. DIDACO FERNANDEZ DE CABRERA BOBADILLA, & D. AGNETE PACHECO, CONIUGIBUS, COMITIBUS DE CHINCHON, admiſſa eſt oblatio, ac fundatio eleemoſynæ perpetuæ pro expenſis Capitulorum Generalium in Familia Ciſmontana celebrandorum, ab ipſis Excellentiſsimis Comitibus, ſub honorifici, ac perpetui Patroni Ordinis titulo ſibi, & ſucceſſoribus ſuis in ſtatu Comitatus de Chinchon, conceſſo, & ſub certis ſuffragiorum oneribus munificè facta. Quæ in Capitulo Generali immediatè ſequenti Toleti anno 1606. celebrato vnanimi Patrum conſenſu iterum recepta, & firmata eſt, atque in alijs ſubſequentibus Comitijs Generalibus renovata.

Proteſtatio de non acquiſitô iure vi fundationis.

Verùm cùm hæc eleemoſynæ perpetuæ fundatio acceptata fuerit (vt debuit) eodem modo, quo alia legata perpetua cum onere Miſſarum in noſtris Conventibus celebrandarum relicta, iuxta noſtrum ſtatum, acceptantur; declaramus, ac proteſtamur, Ordinem noſtrum ex vi talis fundationis, & acceptationis, nec habere ius aliquod ad prædictam eleemoſynam, nec civiliter obligatum remanſiſſe ad onera in fundatione præſcripta.

Quia

Quo caſu, & quomodo maneat Ordo obligatus ad onera fundationis.

Quia tamen Excellentiſsimis, pro tempore, Comitibus in ſatisfactionem ſui debiti, reſpectu Fundatorum, præfatam eleemoſynam elargientibus, illam per modum ſimplicis eleemoſynæ accipere poſſumus; &, ipſis debitum hoc erga Fundatorem adimplentibus, Nos (ſtricto conſcientiæ vinculo) impoſita onera plenè ac fideliter adimplere tenemur: ideò, vt hoc abſque vllo defectu fiat, admiſſa onera hic apponenda duximus; diſtrictè præcipientes omnibus, quibus incumbit, vt eis exactè ſatisfaciant. Onera itaque ſunt ſequentia:

Fundationis onera.

Specialis bonorum operum comunicatio.

Ex ſcripturis fundationis authenticis.

Primum, vt præfati Excellentiſsimi Patroni recipiantur in participationem, & communicationem omnium ſacrificiorum, ſuffragiorum, orationum, & piorum operum totius Ordinis in perpetuum, & ſpecialiter Deo ſemper commendentur.

Applicatio Miſſarum, quæ in Capitulo celebrantur.

Ex eiſdem.

Secundum, vt, durante Capitulo Generali, omnes Miſſæ celebrentur ad intentionem ipſorum Fundatorum, vel Patronorum pro tempore exiſtentium, expenſas Capituli erogantium.

Exequiæ inibi celebrandæ.

Ex eiſdem.

Tertium, vt prima die non impedita poſt electionem Miniſtri Generalis, in ſingulis Generalibus Capitulis fiant ſolemniter funerales exequiæ, cum ſolemni Miſſa, concione, & Reſponſorio; decantato poſt veſperas diei præcedentis, ſolito defunctorum Nocturno pro defunctis Patronis, & conſanguineis, ad intentionem Fundatorum.

Quartum, vt in Tabula omnium Capitulorum Generalium exprimatur, quemlibet Sacerdotem totius Ordinis teneri ad recitandum vnam Miſſam pro prædictis Excellentiſsimis Patronis; & cæteros Fratres, ac Moniales, illos Deo in ſuis orationibus commendare.

Alia in obitu Patronorum ſingulis

Ex eiſdem.

Quintum, vt ſuperveniente obitu Patroni, aut eius coniugis, Reverendiſsimus Miniſter Genera-

Pro-

Provincijs iniungenda. lis, & Commiſſarius Generalis, ſuis Patentibus litteris iniungant omnibus Miniſtris Provincialibus, quatenùs in Conventibus ſibi ſubiectis illorum animas Deo inſtanter commendari faciant.

Fundatio ſimilis Patronatus ab Excelent: Marchionibus de Cañete facta.

Poſt hæc in Congregatione Generali Segoviæ celebrata, anno 1621. modo ſuperiùs expreſſo, ſtatui noſtro conformi, admiſſa eſt alia oblatio, ac fundatio eleemoſynæ perpetuæ, pro expenſis Congregationum Generalium huius Ciſmontanæ Familiæ, ex eodem devotionis affectu facta ab Excellentiſsimis Dominis *D. Ioanne Andrea Hurtado de Mendoza*, & *D. Maria Enriquez de Cardenas, coniugibus, Marchionibus de Cañete*, ſub eodem honorifici Patroni titulo, & ſimilibus oneribus. Cong. Gen. Sego. 1621.

Eius Extenſio, & acceptatio.

Deinde in Capitulo Generali immediato Romæ anno 1625. celebrato, præfata fundatio iterum à noſtra Familia acceptata eſt: & ab Ultramontana, & toto Ordine poſt confirmationem Apoſtolicam admiſſa eſt etiam alia ſimilis fundatio eleemoſynæ perpetuæ pro expenſis Capitulorum Generalium in Ultramontana Familia celebrandorum, ab eiſdem Excellentiſsimis Marchionibus ferventi devotione facta ſub ſimilibus oneribus. Quæ duæ fundationes, & acceptationes earum, cum oneribus impoſitis, ab Urbano VIII. litteris Apoſtolicis, ſub plumbo datis, approbatæ, & confirmatæ ſunt. Cap. Gener. Rom. 1625. Breve Urb. VIII. 23. Maij 1625. Bul. Urban. VIII Kalendis Ianuar. 1626.

Fundationis huius onera.

Onera autem harum fundationum adimplenda ſub obligatione ſuprà ſignificata, ſunt ſequentia:

Recognitio Patronorum cum oneribus talium.

Primum, vt præfati Excellentiſsimi Marchiones de Cañete, eorumque hæredes, ſeu ſucceſſores, admittantur, & recognoſcantur in Patronos perpetuos honorificos Ordinis, cum omnibus exemptionibus, libertatibus, & præeminentijs de iure huiuſmodi Patronis debitis. Ex ſcripturis authenticis fundationis.

Se-

Applicatio Miſſarum in Comitijs Generalibus. Secundum, vt omnes Vocales, cæterique Religioſi Sacerdotes ad Capitulum Generale Ultramontanum, vel ad Congregationem Generalem Ciſmontanam, reſpectivè, pro tempore convenientes, toto tempore, quo alterutrum horum Comitiorum duraverit, Miſſam ad intentionem prædictorum Patronorum celebrent. *Ex eiſdem.*

Exequiæ in ipſis celebrādæ. Tertium, quòd tertia die poſt feſtum Pentecoſtes, ſeu alia per Generales, durante Capitulo, aſsignanda poſt electionem Miniſtri, aut Commiſſarij Generalis, veſpertino tempore vigiliam defunctorum cum ſuò reſponſorio, & die ſequenti Defunctorum Miſſam cum concione, & reſponſorio pro dictis Patronis, iuxta illorum intentionem decantent, ac pro eadem intentione cæteri Sacerdotes Capitulo aſsiſtentes privatas Defunctorum Miſſas celebrent. *Ex eiſdem.*

Suffragia in Tabulis Capitularibus commendanda. Quartum, quòd in Tabulis prædictorum Capitulorum, & Congregationum Generalium adnotetur, vt Sacerdotes Ordinis, ſeu Familiæ, reſpectivè, pro eiſdem Patronis vnam Miſſam celebrent, alij verò Fratres non Sacerdotes eoſdem Deo ſuis orationibus commendent. *Ex eiſdem.*

Supplenda in caſu, quo Cōgregatio totius Familiæ non celebretur. Quintum, vt caſu, quo ratione peſtis, aut belli, aut alia quacumque iuſta de cauſa Congregatio Generalis celebrari non poſsit, debeant in Congregatione particulari habenda, eadem ſuffragia, & Miſſæ diſtribui per totam Familiam, iuxta numerum Religioſorum Sacerdotum, qui ſolent adeſſe Congregationi Generali, vt pro præfatis Patronis in eodem numero celebrentur, quo, ſi omnes Vocales adeſſent Congregationi, celebrarentur. *Ex eiſdem.*

Alia in obitu horum Patronorum iniungenda. Sextum, vt, ſuperveniente obitu cuiuſvis ex præfatis, pro tempore, Patronis; Miniſter, ſeu Vicarius, & Commiſſarius Generalis per ſuas litteras paten- *Ex eiſdem.*

Digitized by Google

tes præcipiant, vt in ſingulis domorum, ſeu Conventuum Ordinis Eccleſijs vna Miſſa cum vigilia, & concione pro defuncti Patroni anima decantetur, & ſinguli Religioſi Sacerdotes vnam Miſſam celebrent; alij vero Fratres non Sacerdotes pro illa preces ad Deum effundant.

§. IX. *De Congregatione Generali intermedia.*

Modus celebrandi Congregationẽ Generalem intermediã iuxta Bullã *Vnionis* potuit variari.

Ex Bull. *Vnion.* Leon. X. *Ite, & vos* 1517.

QUAMVIS ad præſcriptum celebris Bullæ Leonis Papæ X. quæ dicitur *Vnionis*, finito primo triennio Miniſtri Generalis, in Familia, ex qua ipſe non erat, concurrentibus omnibus Vocalibus ipſius, à tempore expeditionis eius celebrabatur Congregatio, ſeu Capitulum Generale intermedium: tamen cùm ipſa Bulla ſub disiunctione ſtatuat, vt aut celebretur dicta Congregatio, aut ſuper hoc fiat, quod Generalis Miniſter cum Generali Capitulo iudicaverit faciendum: abſque Bullæ ipſius violatione, aut immutatione ſtatui potuit à Capitulo Generali alius præfatæ Congregationis celebrandæ modus, prout experientia rerum magiſtra expedire demonſtravit.

Abrogatio Cogregationis omnium Vocaliũ Familiæ.

Ex Rom. 1676. in forma c. ſpec. conf.

Ad evitandas itaque graves, & inutiles expenſas, aliaque incommoda, quæ ex celebratione prædictarum Congregationum Generalium intermediarum omnium Vocalium vnius Familiæ ſequebantur; ſtatuto Capituli Generalis, authoritate Apoſtolica probato, & in ſpecie confirmato, decretum eſt, præfatas Congregationes Generales vlteriùs celebrandas non eſſe.

Cõgregatio per ſolos Patres Diffinitorij Familiæ celebranda.

Ex eiſdem.

Cùm autem iuxta Bullam ipſam *Vnionis*, officium Commiſſarij Generalis Familiæ, de qua Miniſter Generalis aſſumptus non eſt, per triennium tantùm durare debeat; ſimul eſt ſtatutum, vt in ſine

Digitized by Google

ne triennij, convoçatis per Miniſtrum, aut Vicarium Generalem totius Ordinis, Patribus Diffinitorij Generalis illius Familiæ, ex qua Commiſſarius Generalis eligendus eſt, per ipſos dumtaxàt Congregatio intermedia celebretur.

Locus, tempus & convocatio pro ea.

Celebranda igitur eſt in Feſto Pentecoſtes; & ad eam, loco à Miniſtro Generali in litteris convocatorijs aſsignato, celebrandam omnes Patres tam perpetui, quàm pro tempore, Diffinitorij Generalis Familiæ ipſius accedere teneantur feria quinta ante Feſtum prædictum, ad horam prandij. Ex eiſdé, & Tol. 1583.

Eiuſdem Præſes.

In congregatione prædicta præſidebit Miniſter Generalis, ſeu Vicarius Generalis Ordinis, aut (ipſo legitimè impedito) ſuus Commiſſarius ad hoc ſpecialiter delegatus, cum ſuffragio deciſivo, & electivo. Ex eiſdem.

Forma electionis Commiſſarij Generalis in ea faciendæ.

In vigilia itaque Pentecoſtes, poſt ſolemnem Spiritus Sancti Miſſam decantatam, congregatis in loco Capituli prædictis Vocalibus, & à Præſide duobus Diſquiſitoribus de conſilio graviorum Patrum nominatis, per ſcrutinium, & ſchedulas ſecretas, nullo proponente, fiat electio novi Commiſſarij Generalis, vſque ad Capitulum Generale duraturi. Ex eiſdem.

Diffinitores Generales in ea nõ ſpirant, ſed proſequuntur.

Diffinitores verò Capituli Generalis præteriti præfatæ Familiæ per ſexennium vſque ad Capitulum Generale immediatè ſequens durabunt, ſicut Diffinitores Generales Familiæ, ex qua aſſumptus eſt Miniſter Generalis durant. Officiales tamen Romanæ Curiæ ſunt inſtituendi, ſicut in Capitulo Generali. Ex eiſdem.

Quænam in ea fieri valeat, & quæ non.

In Congregatione autem præfato modo celebranda lites per ſententias dirimi, declarationes dubiarum Conſtitutionum fieri, & Decreta per triennium ſubſequens duratura, edi valeant; leges Ex eiſdem.

au-

autem, ſeu ſtatuta, aut Conſtitutiones in perpetuum duraturæ condi non poterunt, nec antiquæ abrogari.

Syndicatus Commiſſarij Generalis explentis, faciendus, & quomodo.

Singulæ Familiæ Provinciæ ad præfatam Congregationem ſyndicatum contra Commiſſarium Generalem, ſi habent, vel teſtimonium de non ſyndicatu, ſi non habent quid ſyndicent, clauſum, & ſigillatum tranſmittere tenentur, vnaquæque per Diffinitorem Generalem ſibi correſpondentem. Et, quantùm ad ſyndicationem, fiat idem, quod pro ſimili ſyndicatu in Capitulo Generali ſtatutum eſt.

§. X. *De Capitulo Provinciali.*

Capitulum Provinciale, quando celebrandum regulariter.

ABSOLUTO triennio Miniſtri Provincialis, Capitulum Provinciale, in quo novus Miniſter eligatur, celebrandum eſt. Ex Salm. c. 8. & Tolet. 1583.

Celebrari nequit, niſi præſidente Generali, aut eius Cōmiſſario.

Hoc Capitulum nullo pacto haberi poteſt, niſi præſente, & Præſidente in eo, Miniſtro, aut Commiſſario Generali; vel Commiſſario, ipſorum authoritate, ad hoc ſpecialiter inſtituto. Et ſi aliter Capitulum celebretur, ſit irritum, & inane quidquid in eo factum fuerit. Ex eiſdem.

Poteſt anticipari, aut differri à Generali per ſex menſes.

Ex Conſtitutione autem Apoſtolica poſſunt Prælati Generales Capitula Provincialia per ſex menſes vltra triennium phyſicum differre; & ex Conſtitutionibus Ordinis per ſex menſes ante expletum triennium phyſicum illa anticipare. Ex Rom. 1611. authorit. Clem. VIII. & ex Rom. 1664.

Et mortuo Provinciali poſt bienniū ſtatim celebrari.

Poſſunt etiam, mortuo Miniſtro Provinciali, poſt finitum ſui Provincialatus biennium (à Capituli, in quo electus fuerat, celebratione computandum) quam primùm pro ſuo arbitrio Capitulum Provinciale celebrare. Ex Rom. 1664.

Item,

Digitized by Google

Item convocari ad electionem Miniſtri, ſi Miniſter in primo officij anno obierit. — *Ex eiſdem, & Conſt. Ap Urb VIII. Creditum hominibus. 13 Aug. 1625.*

Item, ſi in primo anno ſui officij moriatur Miniſter Provincialis, ſeu quavis ex cauſa idem officium vacare contigerit, liberum eſt Superioribus Generalibus Capitulum Provinciale convocare ad electionem novi Miniſtri Provincialis tantùm, & eo electo, cum ipſo continuare debent triennium alij Provinciæ Superiores, & officiales, qui cum primo Miniſtro fuerant electi.

Litteræ convocatoriæ, quomodo expediendæ. — *Ex Tolet. 1581.*

Determinato igitur à Superiore Generali intra prædictos terminos tempore, quo ſit celebrandum Capitulum Provinciale, & loco, quo celebrari debeat; Commiſſarius Viſitator litteras convocatorias expediat, & ad ſingulos Conventus tranſmittat, aſsignato loco, & die, quo Capitulum celebrandum eſt, &, quantum commoditas tulerit, ſit dies Dominica.

In eis preces faciendæ iniungātur. — *Ex eiſdem.*

In litteris autem convocatorijs preces publicas in ſingulis Conventibus, iuxta Ordinis conſuetudinem faciendas, præſcribat; & quidquid pro felici Capituli celebratione præveniendum iudicaverit, ordinet, ac præcipiat.

Quinam ſint Vocales ad Capitulum Provinciale convocandi. — *Ex eiſdem, & alijs modernioribus.*

Ad Capitulum Provinciale accedere tenentur Miniſter, ſeu Vicarius Provincialis, Pater dignior, Ex-Provincialis immediatus, Diffinitor Generalis actualis, ſi fuerit talis in Provincia, Cuſtos, & Diffinitores actuales, Lectores Iubilati cum iure ſuffragandi, Guardiani omnes, & cæteri, qui ſecundùm Conſtitutiones Generales, ſive Provinciales, Generalibus non adverſantes, ſuffragari debent, & poſſunt in electionibus.

Pœna in non accedentes. — *Ex eiſdem.*

Quòd ſi, legitimo ceſſante impedimento, in ipſo Provinciali Capitulo à Diffinitorij Patribus probando, prædicti non acceſſerint, omnium ſuffragiorum iure per triennium priventur: neque propterea Capitulum ipſum, aut ſuſpendatur, aut

differatur, ſed ſtatuta die celebretur.

Quo die debeant accedere Patres Diffinitorij, & quid ab eis faciendũ.

Viſitator verò, & Provincialis, & Diſcreti Provinciæ, accedant ad locum Capituli tribus diebus, antequàm Vocales cæteri adveniant: & in hoc tempore, ſi quæ fuerint culpæ graves ex viſitatione Provinciæ contra Provincialem, illi in ſcriptis revelentur, & audientia ei præbeatur, & coram Præſide, & Diſcretis Provinciæ accuſationes, & excuſationes diſcutiantur. Illudque circa correctionem, vel liberationem Miniſtri Provincialis fiat, quod maiori parti viſum fuerit. Ex eiſdem.

Diſpoſitiones Conventuum quando ad Capituli locum trãſmittenda.

Guardiani autem teneantur diſpoſitiones ſuorum Conventuum, iuxta ſuperiùs ſtatuta, confectas, clauſas, & ſigillitas, ad locum Capituli tranſmittere opportuno tempore, vt præfatis diebus poſsint in Diffinitorio perlegi, & cenſurari. Pro eiſdem.

Cæteri Vocales, quo die dabeant accedere.

Vocales itaque, qui non ſunt de corpore Diffinitorij, accedere debent ad locum Capituli in vigilia vigiliæ diei electionis, ad horam prandij, vt tempore illo conferant, & deliberent. Ex eiſdem.

Facienda in die electionis, ante illam.

In die electionis ſummo mane celebrent Sacerdotes, & poſt Miſſam ſolemnem de Spiritu Sancto decantatam, in qua omnes non Sacerdotes communicare debent, ſtatim ad Capitulum conveniant omnes, in quo primùm Hymnus *Veni Creator Spiritus* ab omnibus decantetur, &, dicta oratione, concio fiat coram omnibus; qua peracta, omnes, qui non ſunt de corpore Capituli egrediantur, & Præſes exhortationem de his, quæ ad electionem conveniunt, ad Capitulares faciat. Ex eiſdem.

Diſquiſitores nominandi, & inſtituendi.

Poſt hæc eligantur de Corpore Capituli à Præſide, & diſcretis Provinciæ, tres Diſquiſitores, quorum vnus ſit Diſquiſitionis Secretarius: quibus Præſes, ad ſecretum obſervandum, præceptum, & pœnam excommunicationis imponat: & antequàm Ex eiſdem.

ad electionem procedatur omnes Vocales abſol-
vat generaliter, ſub forma ſuperiùs præſcripta.

Provincialis renunciet officio cum recognitione culparum.

Provincialis autem, genuflexus coram Præſide, officio renunciet, & regeſtum, ac ſigillum ipſi conferat, & ſuas culpas coram toto Capitulo, vt moris eſt, recognoſcat; & ibi à Præſide laudetur, vel corripiatur, pro merito.

Novi Miniſtri Provincialis electio

Ex eiſdem.

His peractis, eligatur ſucceſſor, vt dictum eſt in paragrapho *de Electionibus Capitularibus*, ſervatis omnibus, & ſingulis, quæ inibi præſcripta ſunt.

Electio Cuſtodis Provinciæ.

Deinde ſimili ſcrutinio eligatur Cuſtos Provinciæ, qui ſi electus ſit ex non vocalibus, vt poteſt, quamvis confirmaretur ante Diffinitorum, vel alicuius eorum electiones, non habebit ſuffragium in eis, ſed Cuſtos in eo Capitulo abſolutus, qui adhuc pro illis electionibus eſt Vocalis.

Electio Diffinitorũ, & modus ſcrutinij.

Ex Rom. 1600. & Segov. 1611.

Poſteà eligantur de corpore Capituli quatuor Diffinitores, vnica ſchedula à ſingulis Vocalibus nominandi. Et quia poteſt contingere, vt in primo ſcrutinio plures quàm quatuor habeant ſuffragia ſupra medietatem Capituli; declaramus, illos quatuor, qui plura habuerunt ſuffragia, eſſe Diffinitores electos: Si verò ſuffragia ſint paria, præferatur antiquior (ſecundùm Ordinis ſtatuta) in Religione, & ille electus intelligatur.

Actiones ita fiant, vt duo germani Fratres in Diffinitorio non maneant.

Ex Conſtit. Apoſt. Urb. VIII. Exponi nobis. 23. Nov. 1634. admiſſ Victor ann. 1648.

Advertant autem Superiores, & electores, quòd ex Conſtitutione Apoſtolica in Diffinitorijs Provincialibus Regnorum Hiſpaniarum duo Fratres germani intereſſe non poſſunt ſub gravibus pœnis, & cenſuris, & irritatione facti. Unde in his Provincijs Frater, qui habuerit germanum, per triennium incipiens in Diffinitorio exiturum, eligi non poteſt in officium, ratione cuius ſit de corpore Diffinitorij, niſi prior ſuffragio ſibi competenti renunciet.

Proceſsio ad Eccleſiā poſt electiones, & earum cō firmatio.

Ex Salmt: c. & Tolet. 1583.

Factis igitur electionibus, ſtatim incipiant cantare *Te Deum laudamus*, & canentes omnes in forma proceſsionis in Eccleſiam pergant, in qua Provincialis, & Diffinitores, à Præſide Capituli confirmentur.

Guardianorum renunciatio.

Ex eiſdem.

Deinde Guardiani ſinguli ſuis officijs ſcripto renuncient, & ſigillum ſui officij Diffinitorio præſentent: nec ampliùs Guardiani cenſeantur, quamvis triennium non compleverint, niſi de novo fuerint inſtituti.

Nova eorū electio, & eius forma inDiffinitorio.

Ex C. Gen: Mechlin. 1499. Burdigalenſi. 1510.

Congregetur itaque Diffinitorium, ad quod legitimè congregatum pertinet vera, & canonica Guardianorum electio per compromiſſum omnium Provinciarum. Et facta conferentia ſuper meritis, & qualitatibus eligendorum, per vota ſecreta, & ballotationes, fiat electio omnium Guardianorum Provinciæ, & aliorum Superiorum localium habentium vocem in Capitulo.

Electiones in voce faciendæ.

Ex Tolet. 1583.

Cauſarum deciſio.

Diſcretoria agenda.

Conferentia de obſervantia.

Deinde, ſuffragantibus voce Patribus Diffinitorij, fiant etiam de novo electiones omnium officialium Provinciæ, qui in Tabula Capitulari ſunt apponendi. Cauſæ, ſi quæ fuerint, decidantur. Et Diſcretorijs vt ſuprà factis, ab ipſis propoſita in Diffinitorio diſcutiantur, & reſolvantur. Ac demum ſpecialiter conferatur ſuper obſervatione Regulæ, Regulari vita conſervanda, & promovenda, & abuſibus extirpandis; fiantque decreta pro his convenire iudicata.

Suffragia in voce à iunioribus incipiant.

Ex eiſdem.

In omnibus autem, quæ per ſuffragia voce tenus data reſolvenda ſunt, Præſidens Diffinitorij nec primus ſuffragetur, nec ſuam aperiat voluntatem; ſed materia diſcuſſa, ſuffragia à minus antiquo incipiant, & gradatim proſequantur.

Sententiæ maioris partis omnes ſubſcribant.

Ex Tolet. 1658.

In caſu autem cuiuſvis deciſionis minor pars Diffinitorij debet ſubſcribere ſententiæ per maio-

Digitized by Google

iorem partem reſolutæ, & concluſæ.

Tabula confecta quomodo publicanda.

Confecta Tabula, coram omnibus vocalibus capitulariter congregatis à iuniore Diffinitore è ſuggeſtu clara voce legatur. Et quam primùm diverſa exemplaria à Provinciali ſubſcripta, & maiori Provinciæ ſigillo munita, per ſingulos Conventus, in Communitate legenda, tranſmittantur. Decreta autem in Capitulo facta litteris Patentibus Miniſtri Provincialis intimentur. Ex Tolet. 1583.

Solemnitates Capituli Provincialis.

Quantum ad ſolemnitates Capituli Provincialis, conciones, Concluſiones, &c. fiant proportionabiliter ad ea, quæ pro Capitulo Generali ſtatuta ſunt; ita tamen, vt nec conciones habendæ, nec Theſes defenſandæ, ſint plures, quàm quatuor. Ex eiſdem.

Quomodo diſſolvendũ.

His itaque omnibus expletis, Præſidens Capituli Vocales congregatos ad obſervantiam Regularem admoneat, defectus Provinciæ generaliter reprehendat, & ordinata à toto Capitulo denunciet; &, data ſua benedictione, Capitulum diſolvat, ac licentiam recedendi concedat.

§. XI. *De Capitulo intermedio, ſeu Congregatione Capitulari.*

Capitulum intermediũ omnium vocalium Provinciæ non celebrandũ.

NULLUM de cætero intermedium celebretur Capitulum, cùm in Congregatione, quæ Capituli vim obtinet, Provinciæ negotia expediri, aut diffiniri poſsint. Ex Rom. 1587.

Cõgregatio Capitularis habenda.

Quapropter præcipimus, vt ad dimidium triennij celebretur à Miniſtro Provinciali congregátio Capitularis, quæ habeat vim Capituli Provincialis, ad ea omnia peragenda, quæ ſolent fieri in Capitulis Provincialibus. Ex Sálm. c. 8. & Tolet. 1583.

Non tamen inconſulto Prælato Generali.

Nequeat tamen Miniſter Provincialis prædictam Congregationem celebrare, inconſulto Præla- Ex eiſdem.

lato Generali, vt ipſe, ſi velit, Congregationi aſſiſtat; vel aliquid deſuper, iuxta ſtatuēda, provideat.

Præſes ad ipſam non mittendus, niſi, &c.

Prohibetur autem Prælatis Generalibus, ne poſthac ad Provincias quemquam mittant, vt celebrandis earum Congregationibus præſit, niſi cauſa valdè notoria, & vrgens ſe obtulerit; vel maior Diffinitorij Provinciæ pars ita poſtulet; alioquin, Provinciales, & alij, ad quos pertinet, vti iure ſuo in hac parte permittuntur. Ex Roma 1639. conf firm. in forma ſpeciali.

Poteſt celebrari inconſultoGenerali . ſi abeſt à Familia, Delegato non relicto.

Si verò Generalis Miniſter ex Familia diſcedat, ex qua fuerit aſſumptus, & neminem ibi relinquat, cui vices ſuas commiſerit, vt ad eum, veluti Commiſſarium Generalem delegatum, è Provincijs recurratur: in hoc eventu determinat Capitulum Generale, Provincialibus fas eſſe, cum Diffinitorijs ad intermedias Congregationes celebrandum devenire, Capitulum tamen Provinciale nullatenùs celebrabunt. Ex eiſdem.

Ante eam debet viſitari Provincia à Miniſtro.

Antequàm hæc Congregatio cogatur, Miniſter Provincialis debet totam Provinciam viſitare, vt de omnibus, quæ in viſitationibus animadverſione, reformatione, aut correctione digna invenerit, in ipſo Diffinitorio conſulatur. Ex Salm. c. 8. & Tolet. 1585.

Litteræ convocatoriæ expediendæ pro ea.

His peractis, Provincialis ipſe litteras convocatorias pro loco, & tempore celebrandæ Congregationis, per omnes Provinciæ Conventus mittat, cum clauſulis, & admonitionibus conſuetis. Ex eiſdem.

Ad ipſam quinam convocandi.

Ad hanc Congregationem ſolùm debent vocari, qui ſunt de corpore Diffinitorij (Patres videlicet habentes ius ſuffragandi, & Diſcreti actuales Provinciæ) qui ad locum deſignatum tempore præſcripto convenire tenentur, niſi legitimo impedimento ab ipſo Diffinitorió probato, præpediti aliqui eximantur. Ex eiſdem.

Om-

Guardiani diſpoſitiones Cōventuum ad eam mittant.

Omnes Guardiani, & locorum Præſidentes, ſuorum Conventuum, ſeu locorum, diſpoſitiones, iuxta ſtatuta ſuperiùs, conficere tenentur, & ad præfatam Congregationem tranſmittere, ſimul cum renunciationibus ſuorum officiorum ſcripto factis, quas ſi non fecerint, ipſos tamen renunciaſſe cenſeatur; nec Guardiani, aut Præſides ſint vlterius, niſi de novo continuentur. Ex eiſdem, & Roman. 1664.

Cōgregatio ipſa habet plenā authoritatem non continuandi Guardianos.

Decernitur namque, Capitulum intermedium, ſeu Congregationem, habere plenam authoritatem non continuandi Guardianos, ſed prioribus amotis, alios inſtituendi, etiam nulla interveniente cauſa. Ex Rom. 1615. confirm. in forma ſpeciali.

Electiones in præfata Cōgregatione faciendæ.

Igitur coacto Diffinitorio, electiones omnium Guardianorum, Præſidentium locorum, & Vicariorum Monialium habentium ſuffragium, fiant per vota ſecreta, modo præſtatuto, & Tabula cæterorum officiorum conficiatur, ſicut in Capitulo Provinciali. Et reliqua fiant, ſicut de Diffinitorio Capituli ſtatutum eſt. Ex Tolet. 1583. & Roman. 1664.

Quænā alia in ea fieri poſſint aut non.

In hac verò Congregatione Conſtitutiones condi non poſſunt, quæ vim legis habeant. Decreta autem pro actuali Provinciæ regimine fieri valent: & Prædicatores, & Confeſſores ſæcularium inſtitui poterunt. Ex eiſdem

Diffinitoriū Capitulare quantū protendi poſſit.

Diffinitorium tam Capituli Proviocialis, quàm Congregationis vim habentis Capituli, non poſſit, poſtquam Capitularis Tabula fuerit promulgata, vltra octo dies dilatari: quibus tranſactis, ipſo facto, manet Diffinitorium omninò diſſolutum, & ſine vlla authoritate Capitulari. Ex eiſdem

*** *** ***
*** *** ***

CAP.

Digitized by Google

CAP. XI.

De Conſtitutionibus in genere.

§. I. *De facultate condendi ſtatuta.*

Poteſtas Miniſtri Generalis limitari poteſt à Capitulo Generali.

QUAMVIS authoritas Miniſtri Generalis ſumma ſit, quæ in vna perſona intra Ordinem haberi poteſt; ab ineunte tamen noſtra Religione, ſub Reverendiſsimo Patre Haimone, Anglico, ſexto Generali Miniſtro declaratum eſt, poteſtatem eius, ſicut & cæterorum Ordinis Prælatorum, limitari poſſe per Capitulum Generale.

Ex memoriali Ordinis, p. 1. fol. 28. iuxta Capitulū Generale 1239.

Limitata eſt quantum ad facultatem condendi ſtatuta.

Limitata autem eſt per ſubſequentia Generalia Capitula quantum ad facultatem condendi leges, ſtatuta, ſeu Conſtitutiones, quæ omnes ſemper obligent; & declaratum fuit, Miniſtrum Generalem ſe ſolo nullum poſſe facere Generale ſtatutum, quod vim legis habeat, ſeu quod, expleto eius officio, in poſterùm obliget.

Ex ſtatutis Apoſt. Iulij II. cap. 11. p. 4. Tol. 1583. Seg. 1621.

Statuta, quæ legis vim habeant, à ſolo Capitulo cōdi poſſunt.

Ex communi itaque, & recepto Ordinis ſenſu, canonico iuri conformi, & in pluribus Capitulis Generalibus declarato, ſolummodò Capitulum Generale pro toto Ordine, aut pro tota Familia, & Capitulum Provinciale pro tota Provincia, poſſunt ſtatuta, quæ legis vim habeant, condere: & aliter facta ſunt nulla.

Ex eiſdem Tol & Seg. iuxta cap. *Cum acceſſiſſet*, extra. de Conſt. & cap. *de litteris* extra eo.

Quid intelligatur nomine Capituli, quoad hoc.

Capitulum autem non in ſolo Diffinitorio, ſed in hoc, & in Diſcretorio, quod ex cæteris vocalibus componitur, conſiſtit. Proindèque ſine conſenſu maioris partis Diſcretorij, & approbatione maioris

Ex eiſdem Tol. & Seg.

ris partis Diffinitorij Congregationis illius, pro qua ſiunt, ſtatuta legis vim hebentia condi non valent.

Sine probatione Prælati Capituli præſidis ſtatuta obligandi vim non habent.

Ex Salm. c. 8. & Valliſ. 1593. iuxta cap. *Vt conſuetudines.* de cõſuet. & cap. *Novit.* de his quæ ſiunt à Prælatis, &c.

Præter hæc accedere etiam debet conſenſus, & approbatio Miniſtri Generalis pro ſtatuto Generali, & Provincialis pro ſtatuto Provinciali; ſine cuius authoritate, vt pote capitis Congregationis illius, pro qua fit ſtatutum, obligandi vim nullam habebit.

Quænam Decreta poſſint facere Prælati Superiores, ſe ſolis.

Ex Tolet & Seg. cit. & Rom. 1676.

Quænam in Comitijs cũ Diffinitorio

Poſſunt tamen prædicti Prælati per ſe ipſos Decreta facere, & præcepta imponere, quæ pro tempore, quo ipſi in officio duraverint, robur habeant obligandi. Poſſunt etiam in Capitulis, & Congregationibus Capitularibus cum Diffinitorio decreta pro tempore condere; quæ ſic facta durabunt vſque ad alterius Diffinitorij immediatè ſequentem electionem, quamvis Prælatus amoveatur, aut decedat.

Statuta, & Decreta, ſeiunctim in Actibus Capitularibus apponenda.

Pro eiſdem.

Ne autem decreta pro tempore facta cum legibus, ſeu ſtatutis ex natura ſua in perpetuum duraturis, ſi non abrogentur, in Ordinis iniuſtum gravamen confundantur; ſtatuimus, vt in poſterùm, ſi in Capitulis ſtatuta condi, & decreta fieri contingat, in Actis Capituli ſcripto publicandis, ſub diverſis titulis, cum diſtinctione, hæc, & illa ponantur; itavt ſub titulo *Statuta Capituli Generalis* ponantur dumtaxàt ea, quæ verè ſunt ſtatuta, iuxta ſuperiùs dicta, à toto Capitulo condita; & ſub titulo *Decreta Diffinitorij* ea omnia, quæ à ſolo Diffinitorio ordinata ſunt, ſcribantur.

§. II. *De legibus non multiplicandis, nec antiquis abrogandis.*

Multiplicitas, & variatio legũ Ordini ſemper exoſa.

QUAMVIS, vrgenti neceſsitate expoſcente, ſtatuta aliqua de novo condere, aut facta mutare, aliquando vtile poſsit eſſe, nihil tamen frequentiùs in ſtatutis Ordinis decantatum, quàm incommodorum, quæ ex multiplici legum conſtitutione, antiquarum abrogatione, novarum inductione, & receptarum mutatione oriuntur, ponderatio, & ad hoc damnum in poſterùm cavendum exhortatio, ac admonitio.

In Conſt. Iulij II. c. 11. p. 4. Rom. 1600. Tol. 1606. Seg. 1611. Rom. 1651.

Quænam præmittenda ſint, vt ſtatutum novũ Ordini proponatur.

Ut igitur id, quod Patribus noſtris in votis fuit, executioni mandetur, incommoda experta vitentur, & conſultiùs, ſi quid de novo ſtatuendum eſt, aut mutandum, fiat: ſtatuimus, vt ſi aliquod ſtatutum Generale de novo condendum ſit, aut antiquum abrogandum; primùm proponatur in Diſcretorio, ibique diſcutiatur; ſuffragijſque ſingulorum acceptis, ſi maiori parti videatur neceſſarium, ad Diffinitorium Generale deferatur; & ſi ibi, re de novo diſcuſſa, approbetur, in Actis Capituli ſcribatur, non vt ſtatutum factum, ſed vt Provincijs propoſitum, ad ipſius convenientiam, vel inconvenientiam explorandam.

Statutum propoſitum, quomodo in Provincijs, examinandum, & probandum.

Iuxta Aſsis. 1516

Propoſito autem ſic Provincijs ſtatuto, & vſque ad convocatoriam ſequentis Capituli Generalis, communi probatiorum Religioſorum circa illud ſenſu perſpecto, Diffinitorium cuiuſvis Provinciæ ſuum votum de illo admittendo, aut non admittendo (prout in Domino viderit expedire) ſcripto formet, & à Provinciali, & cæteris Diffinitorij Patribus ſubſcriptum, ac maiori Provinciæ ſigillo munitum, per manus Cuſtodis cum cæteris

Pro-

Provinciæ deferendis ſcriptis, ad Capitulum Generale tranſmittatur.

In ſequenti Capitulo Generali à Provincijs probatum, iterùm diſcutiendum.

In Capitulo verò Generali, viſis præfatis Provinciarum votis, ſi maior Provinciarum pars ſtatuto condendo ſuffragetur, & iterùm inibi in Diſcretorio, & Diffinitorio diſcuſſunt à maiori vtriuſque parte probetur, ſtatutum ipſum, factum intelligatur, & inter leges Religionis perpetuò ſervandum collocetur. Statuta autem aliter facta, in poſterùm irrita ſint, & inania.

Statuta aliter facta irrita.

Neceſsitati Ordinis per præmiſſa ſufficienter proviſum.

Nec per hæc neceſsitati Ordinis minùs conſulitur, cùm expertum ſit, multiplicitatem, & variationem ſtatutorum Ordinem potiùs pervertere, quàm reformare, & ſanè in ſancitis hucuſque Conſtitutionibus, in hoc volumine compilatis, ad conſervandam diſciplinam Regularem, ordinationes pleniſsimè ſufficientes inveniuntur. Accidentalibus verò caſibus per Decreta; Deformationi per præcepta applicationis pœnarum; & difficultatibus circa ſtatuta per eorum declarationes, provideri poteſt.

§. III. *De declarationibus ſtatutorum.*

Facultas declarandi Ordinis ſtatuta Generalibus conceſſa.

Ex Ultram. cap. 12.

CUM ad bonum Ordinis regimen ſpectet, immò, & omninò neceſſarium videatur, vt in primis eius Superioribus ſit facultas explicandi, interpretandi, ac declarandi dubia, & difficultates, quæ circa eiuſdem Ordinis ſtatuta oriri poſſunt: concedimus Miniſtro Generali, & Commiſſario Generali Familiæ, vt authenticè interpretari, ac declarare poſsint ſtatuta Generalia ab Ordine condita in difficultatibus, ſeu dubijs emergentibus circa illa.

Digitized by Google

Eiſdem etiã reſervata. — *Ex Vallis. 1593.*

Quia verò hæc authentica declaratio, præcipuè in rebus gravibus, inferioribus Prælatis committi non oportet, eam præfatis Generalibus reſervamus, ac reſervatam eſſe volumus, & decernimus.

Declarationes iuxta regulas iuris faciendæ. — *Iuxta iur. comm. & DD. apud Barboſ. Axiom. 130. n. 3.*

Declaramus autem, interpretationem hanc ipſis conceſſam non eſſe purè arbitrariam, ſed iuxta regulas iuris faciendam, itaut ſtatuta non interpretentur contra litteram, nec in ſenſu inſolito, aut conſuetudini, vel alijs legibus, vel Canonibus repugnante, ne ex interpretatione maneat diſpoſitio eluſoria, aut ſequatur abſurdum, contrarietas, repugnantia, aut perplexitas; ſed quantùm poſſibile ſit, fiat ad mentem Capituli ſtatuentis, materia, occaſione, & verbis legis attentis.

Solemniores declarationes fiant in Comitijs Generalib. — *Ex ant. Ord. conſuet.*

Si demùm pro aliqua difficultate, aut dubio circa ſtatutûm gravis materiæ, & frequenter occurrentis ſolemnior declaratio expoſcatur; fiat in Capitulo, aut Congregatione Generali à Miniſtro Generali, vel Capituli Præſide de conſilio Patrum Diffinitorij Generalis, & in actis Capituli, vt omnibus innoteſcat, publicetur.

§. IV. *De obſervatione horum ſtatutorum.*

Statuta hæc ex antiquis, & modernis compilata omninò obſervãda ſunt

QUIA ſtatuta hæc ſubſtantialiter continent ordinationes à Sancto Bonaventura factas, per Reverendiſsimum Farinerium auctas, in Barchinonenſia ſtatuta derivatas, & in Segovienſibus collectas, additis Decretis Concilij Tridentini, & Conſtitutionibus Apoſtolicis de novo emanatis, ac ijs, quæ in ſequentibus Capitulis Generalibus addita, ac immutata fuere, ſolis his, quæ præſenti Ordinis gubernio non videbantur neceſſaria, reſecatis; ne ad tanta ſtatutorum volumina recurra-

tur,

tur, expreſsè volumus, ſancimus, & decernimus, vt vniverſi, & ſinguli Fratres ſe ad præſcriptum horum ſtatutorum inſtituant, & forment: quoniam, omnia, & ſingula ſtatuta hucuſque, retroactis Capitulis, & Congregationibus quomodocumque edita, omninò abolentes, & revocantes, has dumtaxat Conſtitutiones, & ſtatuta in præſenti Generali Capitulo, ex illis ſelecta, & compilata, vnanimi conſenſu recepta, & probata, volumus, ac diſtrictè præcipimus, ab omnibus tam Prælatis, quàm ſubditis, integrè, exactè, ac inviolatè obſervari.

Cætera in hac compilatione nõ contenta abrogantur.

Et ne labor Capituli Generalis ſit inanis, & in contemptum veniat Ordinis diſciplina, diſtrictè præcipimus omnibus, & ſingulis noſtræ Religionis Prælatis, & Superioribus quocumque nomine nuncupatis, vt ſtatuta hæc, quantum ad ſingulos eorum ſpectat, accuratè obſervent, &, quantum ad ſuos ſubditos reſpectivè pertinent, diligenter obſervari curent, & iuxta illa in ſuis, reſpectivè, adminiſtrationibus Ordinem regant, ac gubernent.

Ad præſcriptum horum ſtatutorum regenda noſtra Familia. — *Ex Salm. c. 12. & Valliſ. 1533.*

Verùm ſi aliquis caſus occurrat totam Familiam concernens, qui in ſacris Canonibus, & his ſtatutis non fuerit deciſus; arbitrio Miniſtri, àut Commiſſarij Generalis, cum conſilio Diſcretorum illius Provinciæ, in qua morari contigerit, abſolvendus eſt, cùm difficilè ſit Diſcretos Ordinis ad caſus occurrentes convocare.

Quid faciendum in caſu non deciſo Familiã generaliter cõcernente. — *Ex Tolet. 1583.*

At verò ſi negotium èveniens ad Provinciam aliquam pertineat, & in ſupradictis non ſit expreſſum, per ſtatuta illius Provinciæ omninò iudicetur: ſi autem nec in his deciſum ſit, per arbitrium Miniſtri Provincialis, cum conſilio Diſcretorum illius Provinciæ, decernatur.

Quid in caſu non deciſo pertinente peculiariter ad Provinciam. — *Ex eiſdem.*

Et vt hæc ſtatuta per omnes, & ſingulas Familiæ noſtræ Ciſmontanæ Provincias publicentur, or-

Statuta hæc typis mandata quomodo publicanda. — *Iuxta omnia antiqua, & recentiora ſtatuta.*

ordinamus, vt quamprimùm typis mandentur, & ad Provincias ipſas tranſmiſſa, in ſingulis Conventibus prima vice integrè coram tota Fratrum Communitate legantur.

Duo eorum exemplaria in ſingulis Convẽtibus habenda.

Utquè tamquàm ius commune Religionis, per quod Fratres regi debent, præ manibus habeantur; præcipimus, vt in ſingulis Conventibus ſint adminùs duo exemplaria, alterum in Bibliotheca communi, alterum in Cella Guardiani, de quibus viſitatores inquirant, & Guardianos non habentes puniant, & cum effectu illa adduci diſponant.

Quando in Communitate Conventuum legenda ſint.

Salm. c. 11. Tolet. 1583 Valliſ. 1593. Segov. 1612

Ne autem ignorantia ſit occaſio delinquendi, in antiquis, & modernis ſtatutorum compilationibus præceptum eſt Guardianis, Præſidentibus, & Chori præfectis, vt Conſtitutiones Ordinis tèr in anno legantur in Communitate Conventus poſt declarationes Pontificias noſtræ Regulæ à Nicolao III. & Clemenre V. editas: prima vice per menſem Ianuarij: ſecunda, per menſem Maij: tertia, per menſem Septembris; ſub pœna contra omittentes, vt pro prima omiſsione officijs ſuſpendantur, Superioris arbitrio: pro ſecunda ſuſpenſio duplicetur: & pro tertia omninò priventur.

Pœna in omittentes.

Quænam eorum, & quomodo in vulgare idioma traducenda ſint.

Verùm cùm hæc ſtatuta, ob plurima in ſequentibus Capitulis Generalibus addita ad gubernium politicum pertinentia, etſi Superioribus in promptu eſſe debeant, Fratribus autem ſubditis toties inculcari neceſſarium non ſit: Ordinamus, vt quamprimùm in linguam vulgarem fideliter transferantur ea omnia, quæ ad obſervantiam Regulæ, Regularem diſciplinam, vitam monaſticam, Divinum cultum, exercitia ſpiritualia, litterarum ſtudia, Religioſum modum interiùs, exteriùſque converſandi, in his ſtatutis continentur, à prima Novitiorum inſtructione vſque ad terminum vitæ

Re-

Digitized by Google

Religioſorum, derelictis his,quæ ad præcedentias, prærogativas, inſtitutiones officiorum, electiones, ſubrogationes, & ſimilia ſpectant, aut tantùm per remiſsiones ad ſtatuta latina notatis.

Sic traducta ſunt,quæ legenda præſcribuntur.

Et ſtatuta ſic traducta,typis mandata,& ad ſingulos Conventus tranſmiſſa, ſunt, quæ temporibus ſupra determinatis in Communitate Fratrum legenda præſcribuntur. Quæ non tranſcurſim, ſed diſtinctè, & clarè legantur, vt eorum electio non tantùm Fratrum monitioni, ſed inſtructioni,& diſciplinæ ad vitam Regularem deſerviat.

§. V. *De diſpenſatione in ſtatutis.*

Qua maturitate in ſtatutis diſpenſandùm.

Ex Concil. Trid. ſeſſ. 25 *de Reform.* cap. 18. & Tol. 1583.

SICUT publicè expedit legis vinculum quandoque relaxare, vt pleniùs evenientibus caſibus, & neceſsitatibus pro communi vtilitate ſatis fiat;ſic frequentiùs legem ſolvere,exemploque potiùs, quàm certo perſonarum, rerumque delectu, petentibus indulgere, nihil aliud eſt, quàm vnicuique ad leges tranſgrediendas aditum aperire. Quapropter ſciant vniverſi noſtri Ordinis Profeſſores, ſtatuta hæc indiſtinctè ab omnibus obſervanda, nec cum aliquo diſpenſandum, niſi vrgenti ex cauſa, magnaque cum maturitate.

Fieri debet vrgenti ratione, cauſa cognita, & conſideratione magna.

Ex eiſdem.

Quòd ſi vrgens, iuſtaque ratio, & maior quandoque vtilitas poſtulaverit cum aliquibus diſpenſandum eſſe; id,cauſa cognita, magna conſideratione à Superioribus, quibus diſpenſatio ipſa commiſſa fuerit,erit præſtandum, vt ſacri Concilij Tridentini decretis exprimitur.

In Conſtitutionibus Apoſtolicis Prælati Ordinis diſpenſare

Ex Tolet.

Prælati autem noſtræ Religionis diſpenſare nequeunt in Conſtitutionibus Apoſtolicis, quæ in his ſtatutis continentur, niſi in his caſibus, in quibus à Sede Apoſtolica indultum eſt noſtræ Religio-

lato Generali, vt ipſe, ſi velit, Congregationi aſſiſtat; vel aliquid deſuper, iuxta ſtatuẽda, provideat.

Præſes ad ipſam non mittendus, niſi, &c.

Prohibetur autem Prælatis Generalibus, ne poſthac ad Provincias quemquam mittant, vt celebrandis earum Congregationibus præſit, niſi cauſa valdè notoria, & vrgens ſe obtulerit; vel maior Diffinitorij Provinciæ pars ita poſtulet; alioquin, Provinciales, & alij, ad quos pertinet, vti iure ſuo in hac parte permittuntur. Ex Roma 1639. confirm. in forma ſpeciali.

Poteſt celebrari inconſulto Generali. ſi abeſt à Familia, Delegato non relicto.

Si verò Generalis Miniſter ex Familia diſcedat, ex qua fuerit aſſumptus, & neminem ibi relinquat, cui vices ſuas commiſerit, vt ad eum, veluti Commiſſarium Generalem delegatum, è Provincijs recurratur: in hoc eventu determinat Capitulum Generale, Provincialibus fas eſſe, cum Diffinitorijs ad intermedias Congregationes celebrandum devenire, Capitulum tamen Provinciale nullatenùs celebrabunt. Ex eiſdem.

Ante eam debet viſitari Provincia à Miniſtro.

Antequàm hæc Congregatio cogatur, Miniſter Provincialis debet totam Provinciam viſitare, vt de omnibus, quæ in viſitationibus animadverſione, reformatione, aut correctione digna invenerit, in ipſo Diffinitorio conſulatur. Ex Salm. c. 8. & Tolet. 1585.

Litteræ convocatoriæ expediendæ pro ea.

His peractis, Provincialis ipſe litteras convocatorias pro loco, & tempore celebrandæ Congregationis, per omnes Provinciæ Conventus mittat, cum clauſulis, & admonitionibus conſuetis. Ex eiſdem.

Ad ipſam quinam convocandi.

Ad hanc Congregationem ſolùm debent vocari, qui ſunt de corpore Diffinitorij (Patres videlicet habentes ius ſuffragandi, & Diſcreti actuales Provinciæ) qui ad locum deſignatum tempore præſcripto convenire tenentur, niſi legitimo impedimento ab ipſo Diffinitorio probato, præpediti aliqui eximantur. Ex eiſdem.

Om-

Digitized by Google

Guardiani diſpoſitiones Cõventuum ad eam mittant.

Omnes Guardiani, & locorum Præſidentes, ſuorum Conventuum, ſeu locorum, diſpoſitiones, iuxta ſtatuta ſuperiùs, conficere tenentur, & ad præfatam Congregationem tranſmittere, ſimul cum renunciationibus ſuorum officiorum ſcripto factis, quas ſi non fecerint, ipſos tamen renunciaſſe cenſeatur; nec Guardiani, aut Præſides ſint vlterius, niſi de novo continuentur. Ex eiſdem, & Roman. 1664.

Cõgregatio ipſa habet plenã authoritatem non continuandi Guardianos.

Decernitur namque, Capitulum intermedium, ſeu Congregationem, habere plenam authoritatem non continuandi Guardianos, ſed prioribus amotis, alios inſtituendi, etiam nulla interveniente cauſa. Ex Rom. 1615. confirm. in forma ſpeciali.

Electiones in præfata Cõgregatione faciendæ.

Igitur coacto Diffinitorio, electiones omnium Guardianorum, Præſidentium locorum, & Vicariorum Monialium habentium ſuffragium, fiant per vota ſecreta, modo præſtatuto, & Tabula cæterorum officiorum conficiatur, ſicut in Capitulo Provinciali. Et reliqua fiant, ſicut de Diffinitorio Capituli ſtatutum eſt. Ex Tolet. 1583. & Roman. 1664.

Quænã alia in ea fieri poſsint aut non.

In hac verò Congregatione Conſtitutiones condi non poſſunt, quæ vim legis habeant. Decreta autem pro actuali Provinciæ regimine fieri valent: & Prædicatores, & Confeſſores ſæcularium inſtitui poterunt. Ex eiſdem

Diffinitoriũ Capitulare quantũ protendi poſsit.

Diffinitorium tam Capituli Proviocialis, quàm Congregationis vim habentis Capituli, non poſſit, poſtquam Capitularis Tabula fuerit promulgata, vltra octo dies dilatari: quibus tranſactis, ipſo facto, manet Diffinitorium omninò diſſolutum, & ſine vlla authoritate Capitulari. Ex eiſdem

CAP.

ris-partis Diffinitorij Congregarionis illius, pro qua fiunt, ſtatuta legis vim hebentia condi non valent.

Sine probatione Prælati Capituli præſidis ſtatuta obligandi vim non habent.

Ex Salm. c. 8. & Valliſ. 1593. iuxta cap. *Vt conſuetudines.* de cōſuet. & cap. *Novit.* de his quæ fiunt à Prælatis, &c.

Præter hæc accedere etiam debet conſenſus, & approbatio Miniſtri Generalis pro ſtatuto Generali, & Provincialis pro ſtatuto Provinciali; ſine cuius authoritate, vt pote capitis Congregationis illius, pro qua fit ſtatutum, obligandi vim nullam habebit.

Quænam Decreta poſsint facere Prælati Superiores, ſe ſolis.

Ex Tolet & Seg. cit. & Rom. 1676.

Quænam in Comitijs cū Diffinitorio

Poſſunt tamen prædicti Prælati per ſe ipſos Decreta facere, & præcepta imponere, quæ pro tempore, quo ipſi in officio duraverint, robur habeant obligandi. Poſſunt etiam in Capitulis, & Congregationibus Capitularibus cum Diffinitorio decreta pro tempore condere; quæ ſic facta durabunt vſque ad alterius Diffinitorij immediatè ſequentem electionem, quamvis Prælatus amoveatur, aut decedat.

Statuta, & Decreta, ſeiunctim in Actibus Capitularibus apponenda.

Pro eiſdem.

Ne autem decreta pro tempore facta cum legibus, ſeu ſtatutis ex natura ſua in perpetuum duraturis, ſi non abrogentur, in Ordinis iniuſtum gravamen confundantur; ſtatuimus, vt in poſterùm, ſi in Capitulis ſtatuta condi, & decreta fieri contingat, in Actis Capituli ſcripto publicandis, ſub diverſis titulis, cum diſtinctione, hæc, & illa ponantur; itavt ſub titulo *Statuta Capituli Generalis* ponantur dumtaxàt ea, quæ verè ſunt ſtatuta, iuxta ſuperiùs dicta, à toto Capitulo condita; & ſub titulo *Decreta Diffinitorij* ea omnia, quæ à ſolo Diffinitorio ordinata ſunt, ſcribantur.

*** *** ***
*** ***
***

§. II. *De legibus non multiplicandis, nec antiquis abrogandis.*

Multiplicitas, & variatio legũ Ordini ſemper exoſa.

QUAMVIS, vrgenti neceſsitate expoſcente, ſtatuta aliqua de novo condere, aut facta mutare, aliquando vtile poſsit eſſe, nihil tamen frequentiùs in ſtatutis Ordinis decantatum, quàm incommodorum, quæ ex multiplici legum conſtitutione, antiquarum abrogatione, novarum inductione, & receptarum mutatione oriuntur, ponderatio, & ad hoc damnum in poſterùm cavendum exhortatio, ac admonitio.

In Conſt. Iulij II. c. 11. p. 4. Rom. 1600. Tol. 1606. Seg. 1611. Rom. 1651.

Quænam præmittenda ſint, vt ſtatutum novũ Ordini proponatur.

Ut igitur id, quod Patribus noſtris in votis fuit, executioni mandetur, incommoda experta vitentur, & conſultiùs, ſi quid de novo ſtatuendum eſt, aut mutandum, fiat: ſtatuimus, vt ſi aliquod ſtatutum Generale de novo condendum ſit, aut antiquum abrogandum; primùm proponatur in Diſcretorio, ibique diſcutiatur; ſuffragijſque ſingulorum acceptis, ſi maiori parti videatur neceſſarium, ad Diffinitorium Generale deferatur; & ſi ibi, re de novo diſcuſſa, approbetur, in Actis Capituli ſcribatur, non vt ſtatutum factum, ſed vt Provincijs propoſitum, ad ipſius convenientiam, vel inconvenientiam explorandam.

Statutum propoſitum, quomodo in Provincijs, examinandum, & probandum.

Propoſito autem ſic Provincijs ſtatuto, & vſque ad convocatoriam ſequentis Capituli Generalis, communi probatiorum Religioſorum circa illud ſenſu perſpecto, Diffinitorium cuiuſvis Provinciæ ſuum votum de illo admittendo, aut non admittendo (prout in Domino viderit expedire) ſcripto formet, & à Provinciali, & cæteris Diffinitorij Patribus ſubſcriptum, ac maiori Provinciæ ſigillo munitum, per manus Cuſtodis cum cæteris

Iuxta Aſsis. 1526

Pro-

Provinciæ deferendis ſcriptis, ad Capitulum Generale tranſmittatur.

In ſequenti Capitulo Generali à Provincijs probatum, iterùm diſcutiendum.

In Capitulo verò Generali, viſis præfatis Provinciarum votis, ſi maior Provinciarum pars ſtatuto condendo ſuffragetur, & iterùm inibi in Diſcretorio, & Diffinitorio diſcuſſunt à maiori vtriuſque parte probetur, ſtatutum ipſum, factum intelligatur, & inter leges Religionis perpetuò ſervandum collocetur. Statuta autem aliter facta, in poſterùm irrita ſint, & inania.

Statuta aliter facta irrita.

Neceſsitati Ordinis per præmiſſa ſufficienter proviſum.

Nec per hæc neceſsitati Ordinis minùs conſulitur, cùm expertum ſit, multiplicitatem, & variationem ſtatutorum Ordinem potiùs pervertere, quàm reformare, & ſanè in ſancitis hucuſque Conſtitutionibus, in hoc volumine compilatis, ad conſervandam diſciplinam Regularem, ordinationes pleniſsimè ſufficientes inveniuntur. Accidentalibus verò caſibus per Decreta; Deformationi per præcepta applicationis pœnarum; & difficultatibus circa ſtatuta per eorum declarationes, provideri poteſt.

§. III. *De declarationibus ſtatutorum.*

Facultas declarandi Ordinis ſtatuta Generalibus conceſſa.

CUM ad bonum Ordinis regimen ſpectet, immò, & omninò neceſſarium videatur, vt in primis eius Superioribus ſit facultas explicandi, interpretandi, ac declarandi dubia, & difficultates, quæ circa eiuſdem Ordinis ſtatuta oriri poſſunt: concedimus Miniſtro Generali, & Commiſſario Generali Familiæ, vt authenticè interpretari, ac declarare poſsint ſtatuta Generalia ab Ordine condita in difficultatibus, ſeu dubijs emergentibus circa illa. Ex Ultram. cap. 12.

Eiſdem etiã reſervata.

Quia verò hæc authentica declaratio, præcipuè in rebus gravibus, inferioribus Prælatis committi non oportet, eam præfatis Generalibus reſervamus, ac reſervatam eſſe volumus, & decernimus. Ex Vallif. 1593.

Declarationes iuxta regulas iuris faciendæ.

Declaramus autem, interpretationem hanc ipſis conceſſam non eſſe pùrè arbitrariam, ſed iuxta regulas iuris faciendam, itaut ſtatuta non interpretentur contra litteram, nec in ſenſu inſolito, aut conſuetudini; vel alijs legibus, vel Canonibus repugnante, ne ex interpretatione maneat diſpoſitio eluſoria, aut ſequatur abſurdam, contrarietas, repugnantia, aut perplexitas; ſed quantùm poſſibile ſit, fiat ad mentem Capituli ſtatuentis, materia, occaſione, & verbis legis attentis. Iuxta ius comm. & DD. apud Barboſ. Axiom. 130. n. 3.

Solemniores declarationes fiant in Comitijs Generalib.

Si demùm pro aliqua difficultate, aut dubio circa ſtatutûm gravis materiæ, & frequenter occurrentis ſolemnior declaratio expoſcatur; fiat in Capitulo, aut Congregatione Generali à Miniſtro Generali, vel Capituli Præſide de conſilio Patrum Diffinitorij Generalis, & in actis Capituli, vt omnibus innoteſcat, publicetur. Ex ant. Ord. conſuet.

§. IV. *De obſervatione horum ſtatutorum.*

Statuta hæc ex antiquis, & modernis compilata omninò obſervãda ſunt

QUIA ſtatuta hæc ſubſtantialiter continent ordinationes à Sancto Bonaventura factâs, per Reverendiſsimum Farinerium auctas, in Barchinonenſia ſtatuta derivatas, & in Segovienſibus collectas, additis Decretis Concilij Tridentini, & Conſtitutionibus Apoſtolicis de novo emanatis, ac ijs, quæ in ſequentibus Capitulis Generalibus addita, ac immutata fuere, ſolis his, quæ præſenti Ordinis gubernio non videbantur neceſſaria, reſecatis; ne ad tanta ſtatutorum volumina recurratur,

tur, expreſsè volumus, ſancimus, & decernimus, vt vniverſi, & ſinguli Fratres ſe ad præſcriptum horum ſtatutorum inſtituant, & forment: quoniam, omnia, & ſingula ſtatuta hucuſque, retroactis Capitulis, & Congregationibus quomodocumque edita, omninò abolentes, & revocantes, has dumtaxat Conſtitutiones, & ſtatuta in præſenti Generali Capitulo, ex illis ſelecta, & compilata, vnanimi conſenſu recepta, & probata, volumus, ac diſtrictè præcipimus, ab omnibus tam Prælatis, quàm ſubditis, integrè, exactè, ac inviolatè obſervari.

Cætera in hac compilatione nõ contenta abrogantur.

Et ne labor Capituli Generalis ſit inanis, & in contemptum veniat Ordinis diſciplina, diſtrictè præcipimus omnibus, & ſingulis noſtræ Religionis Prælatis, & Superioribus quocumque nomine nuncupatis, vt ſtatuta hæc, quantum ad ſingulos eorum ſpectat, accuratè obſervent, &, quantum ad ſuos ſubditos reſpectivè pertinent, diligenter obſervari curent, & iuxta illa in ſuis, reſpectivè, adminiſtrationibus Ordinem regant, ac gubernent.

Ad præſcriptum horum ſtatutorum regenda noſtra Familia. — *Ex Salm. c. 12. & Valliſ. 1533.*

Verùm ſi aliquis caſus occurrat totam Familiam concernens, qui in ſacris Canonibus, & his ſtatutis non fuerit deciſus; arbitrio Miniſtri, àut Commiſſarij Generalis, cum conſilio Diſcretorum illius Provinciæ, in qua morari contigerit, abſolvendus eſt, cùm difficilè ſit Diſcretos Ordinis ad caſus occurrentes convocare.

Quid faciendum in caſu non deciſo Familiã generaliter cõcernente. — *Ex Tolet. 1583.*

At verò ſi negotium èveniens ad Provinciam aliquam pertineat, & in ſupradictis non ſit expreſſum, per ſtatuta illius Provinciæ omninò iudicetur: ſi autem nec in his deciſum ſit, per arbitrium Miniſtri Provincialis, cum conſilio Diſcretorum illius Provinciæ, decernatur.

Quid in caſu non deciſo pertinente peculiariter ad Provinciam. — *Ex eiſdem.*

Et vt hæc ſtatuta per omnes, & ſingulas Familiæ noſtræ Ciſmontanæ Provincias publicentur, or-

Statuta hæc typis mandata quomodo publicanda. — *Iuxta omnia antiqua, & recentiora ſtatuta.*

ordinamus, vt quamprimùm typis mandentur, & ad Provincias ipſas tranſmiſſa, in ſingulis Conventibus prima vice integrè coram tota Fratrum Communitate legantur.

Duo eorum exemplaria in ſingulis Convẽtibus habenda.

Utquè tamquàm ius commune Religionis, per quod Fratres regi debent, præ manibus habeantur; præcipimus, vt in ſingulis Conventibus ſint adminùs duo exemplaria, alterum in Bibliotheca communi, alterum in Cella Guardiani, de quibus viſitatores inquirant, & Guardianos non habentes puniant, & cum effectu illa adduci diſponant.

Quando in Communitate Conventuum legenda ſint.

Salm. c. 11. Tolet. 1583 Valliſ. 1593. Segov. 1612

Ne autem ignorantia ſit occaſio delinquendi, in antiquis, & modernis ſtatutorum compilationibus præceptum eſt Guardianis, Præſidentibus, & Chori præfectis, vt Conſtitutiones Ordinis tèr in anno legantur in Communitate Conventus poſt declarationes Pontificias noſtræ Regulæ à Nicolao III. & Clemenre V. editas: prima vice per menſem Ianuarij: ſecunda, per menſem Maij: tertia, per menſem Septembris; ſub pœna contra omittentes, vt pro prima omiſsione officijs ſuſpendantur, Superioris arbitrio: pro ſecunda ſuſpenſio duplicetur: & pro tertia omninò priventur.

Pœna in omittentes.

Quænam eorum, & quomodo in vulgare idioma traducenda ſint.

Verùm cùm hæc ſtatuta, ob plurima in ſequentibus Capitulis Generalibus addita ad gubernium politicum pertinentia, etſi Superioribus in promptu eſſe debeant, Fratribus autem ſubditis toties inculcari neceſſarium non ſit: Ordinamus, vt quamprimùm in linguam vulgarem fideliter transferantur ea omnia, quæ ad obſervantiam Regulæ, Regularem diſciplinam, vitam monaſticam, Divinum cultum, exercitia ſpiritualia, litterarum ſtudia, Religioſum modum interiùs, exteriùſque converſandi, in his ſtatutis continentur, à prima Novitiorum inſtructione vſque ad terminum vitæ

Re-

Digitized by Google

Religioſorum, derelictis his,quæ ad præcedentias, prærogativas, inſtitutiones officiorum, electiones, ſubrogationes, & ſimilia ſpectant, aut tantùm per remiſsiones ad ſtatuta latina notatis.

Sic traducta ſunt,quæ legenda præſcribuntur.

Et ſtatuta ſic traducta,typis mandata,& ad ſingulos Conventus tranſmiſſa, ſunt, quæ temporibus ſupra determinatis in Communitate Fratrum legenda præſcribuntur. Quæ non tranſcurſim, ſed diſtinctè, & clarè legantur, vt eorum electio non tantùm Fratrum monitioni, ſed inſtructioni,& diſciplinæ ad vitam Regularem deſerviat.

§. V. *De diſpenſatione in ſtatutis.*

Qua maturitate in ſtatutis diſpenſandùm.

Ex Concil. Trid. ſeſſ. 25 *de Reform* cap. 18. & Tol. 1583.

SICUT publicè expedit legis vinculum quandoque relaxare, vt pleniùs evenientibus caſibus, & neceſsitatibus pro communi vtilitate ſatis fiat;ſic frequentiùs legem ſolvere,exemploque potiùs, quàm certo perſonarum, rerumque delectu, petentibus indulgere, nihil aliud eſt, quàm vnicuique ad leges tranſgrediendas aditum aperire.Quapropter ſciant vniverſi noſtri Ordinis Profeſſores, ſtatuta hæc indiſtinctè ab omnibus obſervanda, nec cum aliquo diſpenſandum, niſi vrgenti ex cauſa, magnaque cum maturitate.

Fieri debet vrgenti ratione, cauſa cognita, & conſideratione magna.

Ex eiſdem.

Quòd ſi vrgens, iuſtaque ratio, & maior quandoque vtilitas poſtulaverit cum aliquibus diſpenſandum eſſe; id,cauſa cognita, magna conſideratione à Superioribus, quibus diſpenſatio ipſa commiſſa fuerit,erit præſtandum, vt ſacri Concilij Tridentini decretis exprimitur.

In Conſtitutionibus Apoſtolicis Prælati Ordinis diſpenſar e

Ex Tolet.

Prælati autem noſtræ Religionis diſpenſare nequeunt in Conſtitutionibus Apoſtolicis, quæ in his ſtatutis continentur, niſi in his caſibus, in quibus à Sede Apoſtolica indultum eſt noſtræ Religio-

ſare non valent, niſi, &c.

gionis Prælatis, vt diſpenſare valeant in privilegijs noſtro Ordini conceſsis: quæ privilegia in Sacro Concilio Tridentino ſunt confirmata, & roborata, illis dumtaxat exceptis, quæ expreſsè ſunt in prædicto Concilio derogata.

Facultas Generalis ad diſpenſandū in ſtatutis Ordinis, provenit ipſi à Capitulo Generali.

Quantum ad Conſtitutiones præcisè ab Ordine noſtro conditas, declarat Capitulum Generale, omnem, & quamlibet poteſtatem, quæ in Miniſtro Generali reperitur ad diſpenſandum in ſtatutis Generalibus, totam ipſi provenire à Generali Capitulo. Unde quoties ab eodem Capitulo Generali, decreto irritante, prohibetur, ne in aliquo ſtatuto concedatur abſolutè diſpenſatio, vel non niſi ſub certis conditionibus ibidem expreſsis; ſi Generalis Miniſter, aut abſolutè diſpenſet, aut conditiones ad diſpenſandum requiſitas non obſervet, eiuſmodi diſpenſatio irrita evadet. Ex Rom. 1639.

Diſpenſatio ab eo aliter facta, quam ipſi præſcribitur, eſt nulla.

Qualis ſit facultas diſpéſandi Generali à Capitulis conceſſa.

Declaramus autem, Miniſtro Generali à Capitulis Generalibus conceſſam eſſe facultatem diſpenſandi in omnibus ſtatutis præcisè à noſtro Ordine conditis, in quibus decreto irritante non prohibetur abſolutè diſpenſatio, & ſervatis ſubſcriptis conditionibus. Ex Toleti 1583. & Segov. 1621.

Sub quibus conditionibus diſpenſatione aliter factam irritātibus.

Statuimus enim, nullum Prælatum Generalem diſpenſare poſſe in prædictis ſtatutis, niſi iuſta ex cauſa, cum conſilio aliquorum Diſcretorum Provinciæ alicuius, & in ſcriptis: quæ diſpenſatio non ſortiatur effectum, quouſque fuerit ſubſcripta, & ſigillo authentico munita: & aliter factam diſpenſationem nullius eſſe effectus, nec roboris, declaramus. Ex eiſdem.

Provinciales in ſtatutis Generalibus diſpenſare non valēt, niſi, &c.

Miniſtri verò Provinciales in Generalibus ſtatutis à noſtra præcisè Religione conditis diſpenſare omninò non poterunt, niſi in his caſibus, qui expreſsè in ipſis ſtatutis Miniſtris Provincialibus Ex eiſdem.

eſt

eſt commiſſa diſpenſatio; ſub pœnà privationis ſuorum officiorum, diſpenſatioque ab eis aliter facta, irrita eſt, & nulla.

Generales immaturè, ac frequenter diſpenſātes, ſunt ſyndicandi.

Quòd ſi ex immatura, & frequenti à Prælatis Generalibus facta legum diſpenſatione, aut pœnarum remiſsione, ſolvatur Ordinis diſciplina; accuſentur in Capitulo Generali, & in eodem corrigantur.

Ex Conſtit. Apoſt. Iulij II. c. 12. p. 4.

§. VI. *De qualitate horum ſtatutorum.*

Quinque ſtatutorum claſſes.

STATUTA in hac compilatione contenta ad quinque claſſes reducuntur. Prima eſt, eorum, quæ immediatè ad legis Dei, & votorum eſſentialium obſervationem ſpectant.

Prima.

Secunda claſſis.

Secunda, eorum, quæ ab Eccleſia præcepta, aut ordinata ſunt, vel in Sacris Canonibus, vel in Concilio Tridentino, vel in Conſtitutionibus, & Decretis Apoſtolicis, aut pro omnibus Fidelibus, aut pro omnibus Religioſis, aut ſpecialiter pro nobis Minoribus Obſervantibus continentur; ad quam vel maximè pertinent præcepta noſtræ Regulæ à Summis Pontificibus declarata.

Tertia claſſis.

Tertia, ſtatutorum, quæ licèt à noſtro Ordine in Capitulis, aut Congregationibus Generalibus immediatè condita ſunt, tamen poſteà Summo Pontifici expoſita, & ejus iuſſu examinata, & probata, ex certa ſcientia in ſpecie (inſertis ſtatutis ipſis in Brevi Pontificio) ab eodem confirmata ſunt.

Quarta claſſis.

Quarta, eorum, quæ ab Ordine facta, confirmata ſunt à Summo Pontifice in forma communi, ſolummodò referendo in genere, facta fuiſſe ſtatuta in tali Capitulo, & confirmando ipſa, quatenùs ſint licita, & honeſta, ac Sacris Canonibus, Concilij Tridentini decretis, alijſque Ordinationibus,

ſeu Conſtitutionibus Apoſtolicis non adverſentur.

Quinta claſſis.

Quinta, eorum, quæ à Religione legitimè facta ſunt, ſed nullam Confirmationem Apoſtolicam obtinuerunt.

Duæ qualitates ſtatutorum.

Iuxta hæc, duas qualitates in his ſtatutis attendendas monemus, alteram ſtatuti firmitatem, alteram, modum obligationis eius.

Singulorum firmitas, & ſtabilitas.

Quantum ad firmitatem, ſtatuta primæ claſsis, habent firmitatem iuris Divini per ea denuò intimati: Secundæ, firmitatem vel iuris Eccleſiaſtici, vel talem, vt ſola authoritate Apoſtolica poſsint abrogari, moderari, aut authenticè declarari: Tertiæ, talem, vt licet à Capitulo Generali primùm fuerint condita, tamen iam ab ipſo iterum congregato nequeunt abrogari, aut mutari; quamvis ab ipſo ſenſus Ordinis in eis condendis declarari valeat: Quartæ habent firmitatem ſtatutorum legitimè ab Ordine factorum, quorum confirmatio eſt accidentalis, ſupplens defectus iuris, & facti, ſi qui intervenerint, & prædictam firmitatem roborans, ac proindè ab alio Capitulo Generali poſſunt mutari, alterari, & abrogari, ſicut cætera quintæ claſſis, quæ nulla confirmatione Apoſtolica ſunt roborata. Atque hunc fuiſſe, & eſſe ſenſum Religionis, declaramus.

Singulorum obligandi modus.

Ex Segov. 1621.

Quantum ad modum obligandi: ſtatuta primæ, & ſecundæ claſsis obligant ad culpam eo dumtaxat modo, quo aliunde ordinata in eis obligarent, quamvis in ſtatutis Ordinis non eſſent introducta. Satuta autem tertiæ, & quartæ claſſis, ſicut & quintæ, ad culpam non obligant, ſed ad pœnam, niſi vbi præcipiunt ſub pœna excommunicationis maioris, aut in virtute Sanctæ obedientiæ, aut niſi ex contemptu tranſgrediantur.

De-

Senſus Ordinis de obligatione ſtatutorũ, quæ ipſe cōdidit.

Declaramus autem, hunc ab antiquo fuiſſe Religionis ſenſum in condendis ſtatutis, conſcientiarum Fratrum quieti conſulentis: ac proinde, ſtatuta primùm ab Ordine facta, licet deindè in ſpecie confirmentur, non aliter obligare, cùm ab Apoſtolica Sede eo in ſenſu confirmata ſint, quo ab Ordine fuerunt condita, niſi aliud Pontifex declararet.

Ex Cōſt. Ap. Martini V. c. 11 in fine. Alexandrin. c. 11. circa finem. Burgenſi. 1510. & Toletan. 1585.

Pro qualitate ſtatutorũ cognoſcenda margines cōſulantur.

Monemus etiam, vt ad cognoſcendum, cuius claſsis ſint ſtatuta ſingula, margines attendantur, in quibus loca, à quibus ſumpta ſunt, citantur, cum eorum qualitate.

CAP. XII.

De Statutis ſpecialibus.

§. I. *De Statutis pro Natione Hiſpanica.*

Statuta huc vſque poſita, ſunt quaſi ius commune Ordinis.

QUAMVIS Satuta hucuſque hoc ſub codice cōpilata, cenſeantur quaſi ius commune totius noſtræ Familiæ, in quo omnia ſubſtantialia pro Regulæ obſervatione, diſciplina Regulari, exercitijs ſpiritualibus, ſanctis moribus, & gubernio monaſtico, quæ à Sanctis Patribus noſtris accepta, à Sancto Bonaventura Narbonæ ordinata, & à primis noſtris Obſervantibus Barchinonæ collecta fuere, continentur, inſertis his, quæ per Decreta Sacri Concilij Tridentini, & Conſtitutiones Apoſtolicas, poſtmodùm emanatas, ordinata ſunt, & additis alijs, quæ in ſequentibus Comitijs Generalibus vſque ad præſens, pro temporum, ac rerum varietate opportunè fuerunt

 ſta-

Ratio concend ſpecialia, ſeu municipalia ſtatuta.

ſtatuta: Tamen, quia propter diverſas conſuetudines moribus Nationum adaptatas, & ob varias reformationes Fratrum ſtrictiùs vivere volentium, ac propter alias rationabiles cauſas, non omnia ab omnibus obſervari congruit, nec valet; Conſtitutiones ſpeciales pro diverſis Nationibus, Regionibus, Reformationibus, & Inſtitutis, conditæ ſunt. Quas non ſolùm præmiſsis ſtatutis abrogare non intendimus, ſed vt exactè ab his, ad quos pertinent, obſerventur, hic generatim ſubijciendas, & iniugendas duximus.

Quomodo hæc obſervanda.

Obſervantes Hiſpaniarũ per ſtatuta Generalia, ſine exceptione gubernentur.

Et primùm declaramus, Provincias omnes Obſervantes Hiſpaniarum, ſtatuta Generalia Barchinonenſia Segoviæ reviſa, & cætera poſt ipſam reviſionem in Capitulis, & Congregationibus Generalibus, vel pro toto Ordine, vel pro tota Familia noſtra condita, in vniverſum recepiſſe; ac proinde per præſentem ſtatutorum compilationem, in qua præmiſſa omnia continentur, abſque vlla exceptione gubernandas eſſe.

Quęnam ſtatuta Provincialia condere poſsint.

Hinc licèt ſingulæ prædictarum Provinciarum ſtatuta municipalia pro ſe condere poſsint, vel ad ſpecialiora deſcendendo, vel particularia pro maiori reformatione ordinando, vel præcipuè ea, quæ in Generalibus ſtatutis à Provincijs ordinanda relinquuntur, ſtatuendo: Tamen nullum ſtatutum Generalibus in hoc codice contentis contrarium, facere poſſunt; immò omnia, & ſingula præmiſsis contraria, à prædictis Provincijs anteà facta, præſenti conſtitutione abrogamus, & annullamus.

Intra Nationem Hiſpanicam, pro quibus ſint ſtatuta ſpecialia.

Nihilominùs intra Nationem Hiſpanicam ſunt aliquæ portiones, pro quibus vel à Summis Pontificibus, vel à Capitulis Generalibus, aliqua ſpecialiter conſtituta ſunt, quæ omninò obſervanda hic adnotamus.

Pri-

Statuta pro Indijs Occidentalibus ſeiúnctim apponenda.

Primùm, pro Provincijs Indiarum Occidentalium ſunt ſtatuta ſpecialia ex varijs Conſtitutionibus Apoſtolicis, & ordinationibus Capitulorum Generalium, pro Religionis in illo novo Orbe gubernio conditis, compilata: Quæ, quia plura ſunt, quàm vt hic inſeri poſsint, ſeiunctim per modum appendicis poſt has generales Conſtitutiones apponentur.

Item ſtatuta pro Indijs Orientalibus.

Secundùm, extant etiam ſtatuta ſpecialia pro Provincijs Indiæ Orientalis facta, quæ inibi, vt illius appendicis additamentum, ſubiunguntur.

Etiam ſtatuta pro Recollectis Provinc. obſerv.

Tertiùm, fructuosè ſatis à maioribus noſtris factæ ſunt Ordinationes ſtrictioris vitæ pro Conventibus Recollectis, qui in ſingulis Obſervantiæ Provincijs omninò ipſis incorporati habentur: quas etiam poſtmodùm, vt ſecundam appendicem ad Generalia ſtatuta, collocabimus.

Statuta pro ſeminarijs Miſsionum, vbi conſervanda.

Quartùm, pro Seminarijs Miſsionariorum, authoritate Sanctiſsimi D. N. Innocentij XI. erectis, extant ſtatuta particularia ab eodem Sanctiſsimo in forma ſpeciali confirmata; quæ in eiſdem Seminarijs authentica habentur, & in Manuali gubernij Prælatorum Generalium ſunt collocanda.

Quintùm, pro Provincijs ſtrictioris obſervantiæ, quas Diſcalceatorum Fratrum appellamus, intra Nationem Hiſpanicam conſiſtentibus, Summi Pontifices modum ſe gubernandi ſtatuerunt, & decreverunt: de quo ſtatim ſubiungetur.

§. II.

§. II. *De Statutis Diſcalceatorum Nationis Hiſpanicæ.*

Singulæ Diſcalceatorum Provinciæ ſuis proprijs ſtatutis gubernandæ.

CONSTITUTIONIBUS Apoſtolicis (iam omnibus Provincijs Diſcalceatorum ad Nationem Hiſpanicam pertinentibus, per ſpeciales conceſsiones communibus) ſancitum eſt, vt ſingulæ prædictarum Provinciarum, earumque Conventus, ac Fratres, ſuis arctioribus Constitutionibus, & ſtatutis, quæ in pleno Capitulo Provinciali vniuſcuiuſque Provinciæ à maiori parte Capituli recepta, & ſtabilita fuerint, gubernentur; nec ad obſervanda ſtatuta Generalia Ordinis, aut Familiæ, teneantur.

Ex Côſt. Ap. Clem. VIII. *Cum ſicuti.* 1594. & eiuſdem. *Ex iniuncto.* 1599 & Urb VIII *Cũ ea.* 1639. & eiuſdem, *Alias nos.* 1641. & eiuſdem. *Cum ſicut.* 1639. & alijs.

Ad Generalia nô tenentur.

Nec ad decreta Generalium ſui Reformationi diſſentanea.

Nec teneantur adhuc ad ſpecialia Prælatorum Generalium pro ſuo tempore facta decreta, quæ, Miniſtri Provincialis, Cuſtodis, ac Diffinitorum Provinciæ iudicio, fuerint dictorum Fratrum Diſcalceatorum reformationi, aut commodo, diſſentanea.

Ex eiſdem.

In Provincijs Diſcalceatorum ſoli Ex-Miniſtri Provinciales ſũt Patres.

Ne autem in ſuis Capitulis aliquid ſuæ ſtrictæ reformationi abſonum ſtatuant, Apoſtolica ſanctione cautum eſt, vt nullus eorundem Fratrum Diſcalceatorum, qui Miniſter Provincialis non fuerit, titulo, ac exemptione Patris gaudeat, etiamſi fuerit, vel pro tempore ſit Vicarius Provincialis.

Ex Côſt. Ap. Urban. VIII *Religioſos viros.* 16, 5.

In eis non poſſunt admitti Patres cum ſuffragio.

Item, quòd introductio duorum Patrum Provinciæ (ſcilicèt dignioris, & Ex-Provincialis immediati) in Diffinitorium, in prædictis Provincijs Diſcalceatis nullo modo locum habeat, nec habere poſsit, itaut nec ſtatutis particularibus Provinciæ prædicti Patres in Diffinitorium introduci poſsint.

Ex Conſtit. Apoſt Urb. VIII. A .as. poſt ju .m. 1641.

Atque

Quinã ſint de corpore Diffinitorij in hisProvincijs.

Atque adeò in prædictarum Provinciarum Diffinitoria tantùm admitti valent Miniſter, ſeu Vicarius Provincialis,& Diffinitores actuales, & Cuſtodes,iuxta vſum, & modum Provinciarum. Nullus verò Provinciæ Pater quovis ſub prætextu in illa introduci valet.

Ex eadem Conſt.

Non poſſunt habere Lectores Iubilatos.

Præterea eiſdem Fratribus Apoſtolica ſanctione vetitum eſt habere titulum Lectoris Iubilati, ſeu eo vllatenùs vti; Atque eiuſmodi titulum in nulla eorundem Fratrum Provincia permitti.

Ex Conſtit. Apoſt. Urb. VIII. *Religioſos viros.* 1635.

Cõgregationes particulares Diffinitoriales poſſunt habere pro ſuo arbitrio.

Ulteriùs, vt liberiùs in ſuo regimine prædictæ Provinciæ procedere valeant, primùm ſtatutum eſt, vt Miniſtri, ſeu Prælati Provinciales, Congregationes particulares Diffinitoriales,quando, & vbi commodiùs ſibi viſum fuerit, liberè, & licitè convocare, & celebrare, ac in eis quaslibet electiones Guardianorum, & aliorum officiorum facere, & quaſcumque cauſas, ſive civiles, ſive criminales, & negotia ad Provinciam ſpectantia, iuxta formam ſacrorum Canonum, & regularium ſtatutorum, & ſuarum Conſtitutionum Provincialium, tractare, diffinire, ac ſententiare poſsint. Utque Prælati Generales huiuſmodi Congregationes particulares Diffinitoriales, aut earum electiones, & Diffinitiones, vel Decreta, & ſententias nequaquàm impedire, immutare, nec dilatare valeant.

Ex Conſtit. Apoſt. Urb. VIII. *Cũ ea.* 1639.

Nec in hoc poſsint à Generalibus impediri.

A quo tempore anteCapitulum nõ poſsint Guardiani voce privari.

Deindè ſancitum eſt,vt à tempore,quoCommiſſarij Viſitatores ſuam iuriſdictionem, & Viſitationẽ in præfatis Provincijs cœperint exercere, nulli Guardiani, aut Vocales Capituli ſequentis poſsint ante ipſum celebratum ob aliquam cauſam ab officio

Ex eiſdem. Conſt. Ap.

ficio removeri, nec voce activa, aut paſsiva privari; ſed caſu, quo in ipſa viſitatione aliquibus delictis, & culpis, quidam ipſorum reperiantur obnoxij; vel eorum punitio, & correctio poſt omnes electiones Capituli factas differatur, vel alijs canonicis, & regularibus pœnis præter privationem officij, ac vocis activæ, & paſsivæ, arbitrio Superiorum puniri debeant.

Ab ipſis Provincijs non poſſunt Fratres extrahi, niſi, &c.

Ne autem Provinciæ prædictæ Fratribus ſibi neceſſarijs priventur, prohibitum eſt quibuſcumque Superioribus abſtrahere à quavis earum Fratres, vt ad Indos, vel ad alias partes, & Provincias, remittantur, niſi de conſenſu Capituli Provincialis, vel Diffinitorij pleni eiuſdem Provinciæ. Ex eiſdem.

Diſcalceati non poſſunt licentiari, vt extra Clauſtra habitẽt.

Item eiſdem Superioribus quibuſcumque eſt prohibitum Fratres præfatos licentiare, vt in domibus ſæcularium, ſeu extra clauſtra, habitent, niſi graviſsima ex cauſa à Sede Apoſtolica approbanda. Ex eiſdem, & decreto Clem. VIII. ann. 1599.

Poſſunt Provinciæ ipſæ Procuratores particulares ad Romanam Curiam mittere.

Conceſſa tamen eſt eiſdem Provincijs Diſcalceatorum facultas mittendi, ex eiſdem Fratribus Diſcalceatis, ſuos proprios Procuratores ad Romanam Curiam, quotieſcumque ſeſe obtulerit occaſio, pro negotijs earumdem Provinciarum pertractandis. Ex Conſtit. Apoſt. Urb. VIII. *Alias. poſtquam.* anno. 1642.

Subiectio Diſcalceatorum Miniſtro Generali, & Cõmiſſario Gener. Familiæ.

Salvis autem ſupradictis, præfati Patres Diſcalceati in reliquis ſubiecti remaneant iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Miniſtri Generalis totius Ordinis, & Commiſſarij Generalis Familiæ ſecundùm Bullam Unionis electi; ita vt præfati Prælati Generales per ſe ipſos, vel per ſuos Commiſſarios poſsint eoſdem Fratres Diſcalceatos corrigere, viſitare, & in eos iuriſdictionem exercere. Ex eadem.

Com-

Commiſſarij pro his Provincijs delegari non poſſunt, niſi ex ipſis Diſcalceatis.

Commiſſarij autem prædicti, ſive Viſitatores, ſive quicumque alij ad exercendam aliquam iuriſdictionem delegatam in aliqua prædictarum Provinciarum à præfatis Prælatis Generalibus inſtitui non valent, niſi ſint filij actu alicuius Provinciæ Diſcalceatorum huiuſmodi. Ex Conſtit. Urb. VIII. Cũcta. 1639.

Si in abſentia Generalis non relinquat eis Delegatum, ex ipſis, per Provinciales gubernentur.

Hinc, ſi Miniſter Generalis, diſceſſurus ad alteram Familiam, non relinquat Commiſſarium delegatum ex eiſdem Fratribus Diſcalceatis, cui prædictarum Diſcalceatorum Provinciarum gubernium commiſerit; tunc omnes, & ſingulæ Provinciæ prædictæ per Miniſtros ſuos Provinciales gubernandæ ſunt, quin per Commiſſarium Delegatum ex Obſervantibus relictum, vllo modo gubernari valeant. Ex Cõſt. Ap. Greg XIII. & Urbān. VIII. *Alias fœlicis.* 1642. & eiuſdem. *Alias poſtquam.* 1641.

Quando ſint Viſitatores ad has Provincias mittendi.

Viſitatores verò prædictarum Provinciarum Provincias, ad quas viſitandas ſunt deſtinati, ingredi, aut in eis aliquam iuriſdictionem exercere non valeant, niſi tempore ſtatuto circa finem triennij Miniſtri Provincialis, nempè poſt duos annos, & ſeptem menſes Provincialatus. Qui tamen Viſitatores omnia ſtatuta Provincialia Provinciæ, quam viſitant, obſervare, & iuxta illorum tenorem, & præſcriptum, Provinciam viſitare, & gubernare debeant, nec in eiſdem ſtatutis, niſi de conſenſu maioris partis Diffinitorij pleni diſpenſare valeant. Ex Cõſt. Ap Urb. VIII. *Cuctã.* 1639

Ad quænam tenentur.

Quæ omnia prædictis Prælatis Generalibus, alijſque Superioribus, ac Fratribus, cæteriſque, ad quos ſpectat, ſub excommunicationis maioris pœna, officiorum privatione, & perpetua inhabilitate ad illa, & alia in poſterùm obtinenda, in præfatis Conſtitutionibus Apoſtolicis obſervari præcipiuntur.

Digitized by Google

§. III. *De ſtatutis pro Natione Gallica.*

HIC locus erat Appendicis ſtatutorum Nationis Gallicanæ; ſed quia Author ante confectionem eius conferre deſideravit cum peritis Patribus præfatæ Nationis, nec conſequi potuit ante prædictum Capitulum Toleti; Idcircò infectum remanſit opus, ab alio perficiendum.

(✠)

AP-

Digitized by Google

APPENDIX

Statutorum pro Provincijs Indiarum Occidentalium.

§. I. *De Commiſſario Generali Indiarum, in Curia Regis Catholici reſidente.*

Modus inſtitutionis eius.

COMMISSARIUS Generalis Indiarum à Reverendiſsimo Patre Miniſtro Generali ex aſſenſu, & beneplacito Regis Catholici præficitur, & in Curia eiuſdē Regis debet reſidere.

Ex Segov. cap. 1.

Plenitudo poteſtatis eius ad quæ ſe extendit.

Ut munus ſuum Reverendiſsimus Commiſſarius Generalis Indiarum perfectè exercere poſsit, ex vi ſuæ inſtitutionis habet plenitudinem poteſtatis in omnes Fratres, & ſorores in Provincijs novi Orbis habitantes, & in vniverſos Fratres, qui ex Provincijs Hiſpaniarum ad Indos tranſmittuntur; authoritatemque habilitandi Fratres ſibi ſubditos ad Sacros Ordines; & ad Confeſsiones Fratrum, & Sæcularium, ſervatis ſervandis, admittendi, Prædicatoreſque Verbi Dei inſtituendi, & omnia alia gerendi, & mandandi, quæ ad proſperum gubernium dictarum Provinciarum pertinere cognoverit.

Ex Seg. c. 1. & ex ipſa inſtitutione officij.

Habet authoritatem recipiendi ad habitum Religionis noſtræ.

Inſuper habet authoritatem, etiam commiſsivam, admittendi novicios ad habitum Religionis in Provincijs iuriſdictionis ſuæ, omnes quos idoneos repererit, & facultatem incorporandi Fratres in Provincijs Indiarum ſibi ſubiectis.

Ex Valliſ. 1670.

Ex Vrb. VIII. 1619. *Circum ſpecta.*

Puniendi, etiam Prælatos, impedientes Fratres ad Indos proficiſci volentes.

Fratres, tam ſubditos, quàm Prælatos perturbantes, & impedientes Fratres ad Indos proficiſci volentes (præterquàm quod ab Adriano VI. ipſo facto, ſunt excommunicati) Reverendiſsimus Commiſſarius Generalis Indiarum punire valet. *Adrian. VI. die 10. Maij 1622. Chariſsimo in Chriſto filio.*

Quemlibet Fratrem Indias petentem, ſive ab Indijs revertentem, crimini aliquo obnoxium punire poteſt. Miniſtri quoque Provinciales, ad quos huiuſmodi Fratres delinquentes à prædicto Reverendiſsimo Patre Commiſſario remiſsi fuerint, ſive delinquentes præfati in eorum Provincia, ſive apud Indos Religionis habitum induerint, pro viribus curabunt, vt pœnitentia eis iniuncta ad amuſim executioni mandetur. Ex Seg. c. 1.

Fratres, qui in novi Orbis Provincijs habitum Religionis induerunt, ad Hiſpaniam venerunt, & ad Indos non ſunt reverſuri, poterit Reverendiſsimus Commiſſarius Generalis Indiarum illos ad Provincias, quas maluerit deſtinare; quæ quidem Provinciæ, ne occaſio vagandi illis tribuatur, prædictos Fratres recipere tenebuntur, quantum verò ad eorundem incorporationem, ſi in aliqua Hiſpaniæ Provincia incorporari expediat, obſervabitur Conſtitutio Generalis Familiæ. Ex eiſdem, cap. 4.

Ad quas Provincias remitti debent Fratres ex Indijs redeuntes.

Fratres, qui olim ex Hiſpaniæ Provincijs ad Indos miſsi fuerunt, ſi ad Hiſpaniam poſteà accedant, tenebitur Reverendiſsimus Commiſſarius Generalis Indiarum eos recipere, & ad Provincias ſuæ filiationis, reſpectivè, deſtinare; ſi tamen prædicti Fratres revertantur ad Hiſpaniam ante decennium in illis partibus expletum, per quadriennium declarabit eos voce activa, & paſsiva in electionibus privatos. Ex eiſdem.

Non iterum remittantur ad Indias ſemel reverſi.

Nullum Religioſum, qui ſemel de novo Orbe venerit, permittat Reverendiſsimus Commiſſarius Ge- Ex eiſdem cap. 2.

Generalis Indiarum ad Indos iterùm remeare, niſi fuerit ad Hiſpaniam à Prælatis tranſmiſſus, ob negotia Indiarum expedienda.

Prælatus Commiſſarius Generalis Indiarum poteſt corrigere Commiſſarios Generales Novæ Hiſpaniæ, & Regni Peruani, graviquè interveniente cauſa mittere Viſitatores ad Indias, qui cognoſcant de exceſsibus eorumdem Commiſſariorum Generalium.

§. II. *De præeminentijs Reverendiſsimi P. Commiſſarij Generalis Indiarum.*

Ratio motiva inſtitutionis prædicti Commiſſarij.

CUM Ordo noſter per novum illum Indiarum Orbem valdè dilatatus ſit, plurimaſquè Provincias habeat, ex quibus propter nimiam diſtantiam, & Marium contingentias, Vocales Capitulis Generalibus magna ex parte aſsiſtere non poſſe accidat; vt inſtructus Pater pro negotijs in Capitulis, & Congregationibus ad illas partes pertinentibus, nunquam deficiat, re maturè diſcuſſa, in Capituló Generali Romano, vtraque Familia (Ciſmontana videlicet, & Ultramontana) in concedenda voce, & conſeſſu in præfatis Capitulis, & Congregationibus, prædicto Commiſſario Generali Indiarum conſenſerunt. **Ex Seg. c. 12**

Vox, & conſeſſus eius in electionibus, & Diffinitorijs.

Viſo præfato conſenſu, ſanctæ memoriæ Sixtus V. eidem Commiſſario Generali Indiarum pro tempore exiſtenti, motu proprio, quibuslibet Capitulis Generalibus, & Congregationibus, & in omnibus actibus, etiam Capitularibus, quæ in futurum vbilibet celebrarentur, in electione Generalis Miniſtri, & aliàs in omnibus, ac per omnia, vocem activam, & paſsivam perpetuò conceſsit. **Sixtus V. Ex *ad regendos.* ann. 1587. ex Segov.**

Piæ-

Eius præeminentiæ, & privilegia.

Prædictus Commiſſarius Generalis Indiarum actu fungens officiō poſt Patres perpetuos Ordinis, & Familiæ, dignior Ordinis pro tempore Pater, & Diſcretus, reputatur. Ex Rom. 1639. & Victor. 1648.

In propria etiam Provincia.

Etiam dum actu exercet ſuum officium eſt Diſcretus, & Pater illius Provinciæ, ex qua fuit aſſumptus; &, vt talis, in omnibus Diffinitorijs tam intra Capitulum, quàm extra Capitulum congregatis, votum conſultivum, deciſivum, & electivum habet. Ex Tolet. 1682.

Regij Senatus conſenſu eget, vt ex Natione exeat.

Si Comitia Generalia, in quibus Commiſſarius Generalis Indiarum habet vocem activam, & paſſivam, vt dictum eſt, extra Hiſpaniam celebrentur, nequibit prædictus Commiſſarius Generalis Indiarum ad illa ſe conferre ſine licentia Regij Senatus Indiarum. Ex Seg. c. 13

Quidnam eius eſt convocare, & præſidere electioni Vicarij, aut Vice-Commiſſarij Generalis.

In electione Vicarij, aut Vice-Commiſſarij Generalis, deficiente in hac Familia alio digniore Patre ex perpetuis, ad ipſum Commiſſarium Generalem Indiarum pertinet ſigillum tenere, convocare, ac etiam præſidere. Ex Rom. 1651.

Commiſſarius iſte Generalis immediatè eſt ſubditus Miniſtri Generalis in omnibus, & per omnia, ſicut cæteri Religionis Superiores, & nulli alteri Prælato, ſeu Superiori, ſubditus, ſeu ſubiectus erit. Ex Seg. c. 4

Eius immediata ſubiectio Miniſtro Generali.

§. III. *De Secretario, & ſocijs Reverendiſsimi Commiſſarij Generalis Indiarum.*

Unum Secretarium habeat, & ſocios neceſſarios, non ſuperfluos.

PRO negotijs ſui Commiſſariatus expediendis habebit vnum Secretarium, & ſocios neceſſarios, & non ſuperfluos, ad arbitrium ſuum ex quibuſcumque Provincijs Nationis eligendos; qui omnes ipſi Commiſſario Generali Indiarum, & Miniſtro Generali, ſubditi erunt. Ex eiſdem.

Se-

Secretarij eius privilegia.

Ex conceſſione Urb. VIII. & Roman. 1639.

Secretarius ipſe poſtquàm per ſexennium in eo munere rectè, & laudabiliter ſe geſſerit, ſi ex Provincijs Hiſpaniæ ſit, in ſua quiſque Provincia dumtaxàt, gaudebit privilegijs, & exemptionibus, quibus vti, & gaudere ſolent, qui fuerunt Diffinitores, illum tamen omnes præcedent, qui iam Diffinitores extiterunt, vel poſteà extiterint.

Quid, ſi filius alicuius Provinciæ Indiarum.

Ex Tolet 1645.

Si autem prædictus Secretarius Commiſſarij Generalis Indiarum, in Curia Regis Catholici reſidentis, fuerit filius ex Provincijs Indiarum (dummodò Theologiam per triennium legerit, vel per ſexennium exercuerit oſficium Prædicatoris principalis in aliquo Conventu, vel per triennium functus fuerit officio Guardianatus) talis Secretarius finito ſexennio ſui Secretariatus, gaudebit in Provincia ſua privilegijs Patrum Provinciæ; at in Provincijs Hiſpaniarum tali privilegio vetamus gaudere.

§. IV. *De Vice-Commiſſario Indiarum, Hiſpali reſidente.*

Vice-Commiſſarij Hiſpalenſis inſtituendi ratio.

Ex Seg. c. 1.

PRÆTER Commiſſarium Generalem Indiarum in Curia Regis Catholici reſidentem, inſtituendus eſt Vice-Commiſſarius, qui in Conventu Sancti Franciſci Hiſpalenſi aſsiſtat, & Fratribus ad Indos tranſeuntibus, & ab eis advenientibus adſit, ipſoſque recipiat, ac dirigat.

A quò inſtituendus.

Ex Seg. c. 1. & ex Rom. 1670. & decret. S. Congreg. Regla

Vice-Commiſſarius iſte à Miniſtro Generali, ſi intra Nationem ſit, eſt inſtituendus; ſi verò abſit, à Commiſſario Generali Indiarum deſignabitur, cui immediatè cum ſocio ſibi grato ſubiectus erit. Miniſtro autem Generali liberum eſt prælatum Vice-Commiſſarium deponere, & ab officio remo-

movere ad arbitrium ſuum, provt in Domino expedire cognoverit; vt decreto S. Congregationis Regularium ſtabilitum eſt.

Eius authoritas.

Authoritas huius Vice-Commiſſarij eſt examinare patentes Fratrum venientium ab Indijs, inutiles eorum diſcurſus vitare, eorum acceſſum ad Curiam Catholicæ Maieſtatis omninò impedire, niſi neceſſario id exigente negotio, ac tandem quidquid ſibi à Generali Commiſſario Indiarum commiſſum fuerit ſedulò, & diligenter exequi. Ex Seg. c. 12.

Quæ ratiocinia debet exigere ab euntibus ad Indias.

Erga Fratres ad Indos tranſmeantes etiam authoritativè exigere debet rationem de omnibus rebus, quas pro Eccleſiarum ornatu, & beneficio Conventuum deferunt (vt ſunt paramenta, imagines, libri, & omnia alia) de quibus omnibus litteras teſtimoniales ad Miniſtros deferendas tradet, vt illis innoteſcat, quæ, quanta, & qualia à Fratribus deferantur, ſecùs facientes proprietatis pœnis puniantur. Ex eiſdem.

Eius prærogativæ.

Præfatus Vice-Commiſſarius, dum actu ſuo officio fungitur, ratione eius, poſt Lectores Iubilatos in gradu ſibi aſsignato, *§. de præcedentia*, conſeſſum habeat, niſi aliundè dignior ei locus debeatur; & ſi Cuſtos, vel Diffinitor fuerit, in Capitulis ſuæ Provinciæ voce activa, & paſsiva gaudeat. Ex Rom. 1639. & Tolet. 1673.

Officio functi privilegia.

Officio functus, ſi illum per octo annos laudabiliter exercuerit, privilegijs Diffinitoris habitualis in conſeſſu, vbi ſuprà aſsignato, potiatur: ſi per duodecim, ſit Pater ſuæ Provinciæ, quoad locum ſibi ante Diffinitores actuales conſignatum, & Paternitatem, ſed ſemper ſine iure ſubrogandi, ex vi huius officij præhabiti. Ex Rom. citatis.

§. V.

Digitized by Google

§. V. *De Commiſſarijs Generalibus Novæ Hiſpaniæ, Regni Peruani, & de eorum Authoritate.*

Ratio inſtituendi Commiſſarios delegatos in illis partibus.

NIMIA Indiarum diſtantia impedit, ne occurrentia negotia valeant expediri, & abſolvi à Reverendiſsimo Generali Miniſtro, vel eius Commiſſario Generali in Curia Regis Catholici commoranti: quapropter ſtatutum fuit, vt duo Commiſſarij Generales ſemper reſideant in illis partibus, vnus pro regimine Provinciarum Novæ Hiſpaniæ; alter verò pro Provincijs Regni Peruani: qui quidem Commiſſarij Generales eligendi, & conſtituendi ſunt à Miniſtro Generali. Ex Seg. c. 33.

A quo eligendi.

Iſti Commiſſarij Generales à Miniſtro Generali electi plenariam, & ſufficientem authoritatem habent, vt Fratribus ſibi ſubditis imperare poſsint: quapropter, qui huiuſmodi Commiſſarijs non paruerint, ipſo facto excommunicantur, atque etiam quovis officio, & legitimis actibus privati, præſenti ſtatuto declarantur; à quibus cenſuris, & pœnis, nullus, niſi ex Summi Pontificis authoritate, abſolvi poteſt, vt Conſtitutione Apoſtolica ſancitum eſt. Ex Conſtit. Greg. XIII. *Quoniam noſtro.*

Quæ eorum authoritas.

Authoritas Commiſſarij Generalis Novæ Hiſpaniæ, & Regni Peruani in Provincijs reſpectivè ſuarum commiſsionum eſt authoritas ordinaria, quantum ad ea, quæ ipſis conceduntur per Generalia ſtatuta, vt ſancitum eſt in Capitulo Generali Valliſoletano 1670. quæ authoritas ordinaria limitata eis fuit per Capitulum Generale Romanum 1639. quantum ad non concedendum ſuffragium, quod ipſi in omnibus electionibus ſuæ ditionis habent, Commiſſarijs Viſitatoribus ab eiſdem Commiſſarijs Generalibus deſignatis. In quo autem ca-

An huic Cõſtitutioni, an Romanæ anni 1639. ſtandum ſit, declaretur.

ſu Commiſſarij Viſitatores habeant ſuffragium ex lege in Capitulis, & electionibus, dicetur §. *De Vice-Commiſſarijs eligendis in nova Hiſpania, & Regno Peruano.*

Quando cēſentur operari authoritate delegata.

Quando verò præfati Commiſſarij authoritate Miniſtri, aut Commiſſarij Generalis Indiarum aliquid, vltra id quod Conſtitutiones Generales eis concedunt, operentur; intelligendum eſt authoritate delegata, & non ordinaria, operari. Ex Valliſ. 1670.

Commiſſionis eorum duratio.

Commiſſarij iſti Generales in ſuis officijs durabunt vſque ad novorum Commiſſariorum ad illas partes adventum, prout deciſum eſt à Greg. XIV. *Religioſorum*; non obſtante quacumque vacantia Miniſtri Generalis, à quo fuerint electi, ſive per ſexennium tranſactum, ſive per mortem, ſive ob quamlibet aliam cauſam. Ex Seg. c.3.

Quænam Ex commiſſariorum privilegia, & ſub quibus conditionibus.

Nullus Commiſſarius Generalis ad illas partes mittatur, niſi in ſua Provincia, ad minus, Diffinitoris officio fuerit perfunctus, vel ſit Lector Iubilatus: & qui qualibet ex his conditionibus fuerit ornatus, & per trium annorum ſpatium prædictum Commiſſariatus officium laudabiliter, Superiorūque approbatione, exercuerit; ad propriam poſtmodùm reverſus Provinciam, illis privilegijs, ac præeminentijs gaudeat, quibus gaudent, & fruuntur, qui in eadem Provincia Miniſtri Provinciales extiterunt. Ex eiſdem.

Ad talia privilegia conſequenda ſufficit bienniū expletum.

Ad hæc munia, & privilegia lucranda, non eſt neceſſum, quòd tales Commiſſarij triennium officij ſui compleant, ſed ſufficit, vt per duos annos expletos officium exerceant, & tertium annum exercere inceperint. Ex Rom. 1676.

Remanentes in Indijs erunt ibi digniores Patres

Si contingat, quòd prædicti Commiſſarij Generales velint in aliqua ex præfatis Provincijs manere, gaudebunt præcedentia ſupra cæteros Patres, Ex Tolet. 1645. & ex Rom. 1664.

quia

Digitized by Google

tres Provinciæ in qua reſident. quia ob præteritum Præſulatum digniores omnibus ſunt, & vt tales in prædicta Provincia vbi permanent, debent Diffinitorium ingredi.

Singulas debent perluſtrare Provincias ſui diſtricti. Statuitur, vt prædicti Commiſſarij non ſemper hæreant vni loco,& Provinciæ,ſed per omnes Provincias ſui diſtricti circumeant, monendo, corrigendo, viſitando, & paſtorale officium exercendo; præſintque Provincialibus Capitulis,Cœnobia maiora viſitent, & à Curia ſe ſequeſtrent, vt aliorum Conventuum indigentijs faciliùs conſulere valeant. Ex Seg.c.3.

Poterunt ſubdelegare Viſitatores. Si autem impediti neceſsitate vrgenti ipſimet Provincias omnes viſitare non valeant,ex vicinioribus Provincijs, non autem ex remotis, Viſitatores(idoneos tamen)aſſumere teneantur. Ex Rom. 1625.

Capitula differre poſſunt per ſex menſes & anticipare. Commiſſarij Generales Indiarum poſſunt prolongare Capitula per ſex menſes vltra triennium, & etiam habent authoritatem illa anticipandi per alios ſex menſes, vt declaravit Congregatio Generalis Toletana,de anno 1673.

Singulis annis rationem reddere tenentur MiniſtroGene. & Comiſſ. Gen. Indiar. Singulis annis debent reddere rationem Miniſtro, & Commiſſario Generali in Curia Regis Catholici reſidenti,eorum quæ digna ſcitu ſunt de progreſſu Religionis Chriſtianæ, fidei exaltatione, noſtriquè Ordinis proſperitate, & honore. Ex Seg.c.5.

Poſſunt Fratres de vna in aliam Provinciá transferre. Commiſſarij Generales novæ Hiſpaniæ,& Regni Peruani, ſi neceſſarium eis viſum fuerit, poſſunt Fratres ſibi ſubditos de vna in aliam Provinciam transferre. Ex eiſdem.

His conceſſa intelligitur authoritas eijciendi incorregibiles Sacra Congregatio Eminentiſsimorum S. R. E. Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, benignè annuente Summo Pontifice, indulſit, vt facultas eijciendi Fratres incorrigibiles ab Ordine, conceſſa Generali Miniſtro (qui ob amplitudinem, & dilatationem Ordinis, præſertim in illis Theatrum Regul. fol. 245. Ex Valliſol. 1670.

partibus Indiarum tam Occidentalium; quàm Orientalium, nec non inſularum Provincias ſingulas adire non poteſt) conceſſa quoque intelligatur Commiſſarijs Generalibus, ſeu Viſitatoribus ab illis deſtinandis ad dictas Provincias cum poteſtatis plenitudine; ſervata decreti forma, alijſque ſervandis.

§. VI. *De his, quæ ſunt vetita Commiſſarijs Generalibus Novæ Hiſpaniæ, & Regni Peruani.*

Coarctatur eorum authoritas.

NULLI liceat Commiſſario Generali (idem dicendum eſt de Commiſſario Viſitatore) ante Miniſtri Provincialis electionem, neque ea peracta, aliquem voce activa, & paſsiva privare, ſeu alia graviori afficere pœna, niſi confecto proceſſu, & præcedente Rei auditione in ſui defenſionem: qui ſecùs fecerit, ſuo privetur officio. Ex Rom. 1615.

Vetita illis circa electiones.

Commiſſarij Generales (idem dicendum eſt de Commiſſario Viſitatore) petentes ab electoribus ſubſcriptionem hunc, vel illum eligendi; tam ipſi, quàm ſubſcribentes, ipſo facto, ſunt privati actibus legitimis. Ex eiſdem.

Non cognoſcant cauſas, in prima inſtantia.

Commiſſarij Generales Indiarum non cognoſcant cauſas in prima inſtantia, (iudicium enim in prima inſtantia pertinet ad Miniſtros Provinciales) niſi manifeſtè conſtet, Miniſtrum Provincialem aperta affectione, vel magna paſsione procedere; nec poſſint procedere per ſe ſolos, nec per coniudices ab ipſis deputatos, in cauſis ab eiſdem immediatè actis, vel fulminatis, niſi adhibito aſſenſu, & conſenſu Diffinitorum Provinciarum, reſpectivè. Ex Seg. c. 3.

Non

Non diſpõnãt de eleemoſyna, quã elargitur Rex Catholicus.

Non diſponant de eleemoſyna, quam Rex Catholicus elargitur ſingulis annis pro reedificatione, vel ſuſtentatione Conventuum; (illam enim recipere, & expendere, pertinet ad Syndicos de conſilio Guardianorum) poteſt tamen Commiſſarius Generalis in ſua viſitatione exigere computum, & examinare, an talis eleemoſyna expendatur iuxta intentionem Regis Catholici; ſi verò aliquem Guardianum in ſua viſitatione, vel in ſecunda inſtantia, iuxta ſuperiùs dicta, infidelem repererit, illum ſeverè puniat, & officio privet. Ex eiſdem. cap. 5.

Eorum ſocij inëligibiles ſunt ad officia, niſi, &c.

Prohibitum eſt eiſdem Commiſſarijs Generalibus, quovis prætextu, aut colore, eligere, aut eligi permittere, in Provinciales, Cuſtodes, Diffinitores, aut Guardianos, quemlibet ex ſocijs, quos ſecum deferunt, nec alios aliquos Religioſos, niſi poſtquàm ſexennium ab incorporatione fuerit tranſactum. Electio autem contra hanc Conſtitutionem facta, ipſo facto irrita eſt. Quòd ſi Commiſſarij Generales Indiarum in hac parte deliquerint, ipſo facto pœnas à Sanctiſsimo D.N. Urbano VIII. impoſitas incurrant. Ex Rom. 1639. Ex Seg. c. 3.

Nequeunt diſpenſare in ſtatutis Provinciarũ, niſi, &c.

Commiſſarij Generales Indiarum nequeunt diſpenſare in ſtatutis Provinciarum, ſine Provincialium, & Diffinitorum conſenſu.

Ut revertantur ab Indiis quæ licentia eis neceſſaria.

Non poſſunt ab illis partibus recedere ſine expreſſa licentia Miniſtri Generalis, aut Reverendiſsimi Commiſſarij Generalis Indiarum; ſed tenentur expectare inibi viſitationem, de ſuis perſonis, & officijs faciendam. Ex eiſdem.

Vacantium Guardianorum electiones non impediant.

Commiſſarij Generales non poſſunt limitare facultatem Diffinitorijs Provinciarum eligendi Guardianos, qui vacant per tempus triennij Miniſtrorum Provincialium; immò Miniſtri Provinciales, inconſultis Commiſſarijs Generalibus, ſi Ex Rom. 1651.

ab-

Digitized by Google

abſentes ſint debent eligere Guardianos, ne maneant Conventus deſtituti regimine.

Ultra ſex menſes non reſervent proceſſus.

Neque Commiſſarij Generales Indiarum, neque eorum Viſitatores, poſſunt ſervare proceſſus, nec cauſas contra ſubditos fulminatas, vltra ſex menſes poſt finitam viſitationem. Ex eiſdem.

Pœna Commiſſarij impedientis eligi Vicarium Prouincialẽ.

Commiſſarius Generalis impediens Provincijs, ius eligendi Vicarios Provinciales, iuxta formam Conſtitutionum, ſuo privetur officio, & in reſidentia actibus legitimis per decennium privatus remaneat. Ex eiſdem.

Pœna in Comiſſarios vſurpantes titulum *Reverendiſsimi.*

Nemini deinceps Commiſſariorum Generalium in partibus Indiarum Occidentis, & Orientis reſidentium licet, ſub pœna privationis ſuæ commiſsionis, ſibi vſurpare, vel acceptare titulum *Reverendiſsimi.* Ex Rom. 1676.

Secretarios ſuos, aut ſocios nequeũt incorporare in Provincijs illis.

Statuitur, ne in poſterum Commiſſarij Generales Indiarum Occidentalium poſsint ſub quovis prætextu ſuos Secretarios, ſocios, aut alios Religioſos, quos in ſuo comitatu aſſumpſerint, in aliqua Provincia ſuæ commiſsionis incorporare; irritum declarando, ſi quid in contrarium attentetur, aut fiat. Ex Rom. 1639. & ex Rom. 1676.

Prohibetur eis ne mendicent à Fratribus litteras teſtimoniales ſuæ rectæ adminiſtrationis.

Prohibetur prædictis Commiſſarijs Generalibus litteras petere à Fratribus teſtificantes ſuorum officiorum optimam adminiſtrationem, ne aliquid iuri diſſonum inde ſequatur. Ex Seg. c. 3.

Pœna in promoventes laicos ad Clericalem ſtatũ.

Sub pœna privationis ſuorum officiorum præceptum eſt Commiſſarijs Generalibus Novæ Hiſpaniæ, & Regni Peruani, quòd nullum Fratrem laicum, ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, aut Capituli Generalis, ad ſtatutum Clericalem aſſumant. Ex Tolet. 1645.

Nequeunt Commiſſarios

Statutum Romanum prohibens Prælatis Generalibus mittere Commiſſarios, vt præſint Congregationibus intermedijs, declaratur, comprehende- Ex Tolet. 1673.

re

rios ſubdelegare, vt præſint Congregationibus intermedijs.

re etiam Commiſſarios Generales Indiarum, tam Orientalium, quàm Occidentalium, præterquam in caſibus inibi expreſsis.

§. VII. *De Vice-Commiſſarijs eligendis in Noua Hiſpania, & Regno Peruano.*

Vice Cōmiſſarij eligendi in vacantia.

SI aliquis ex dictis Commiſſarijs moriatur, ſtatim eligendus eſt Vice-Commiſſarius, qui Provincias regat quouſque veniat Commiſſarius inſtitutus ex Hiſpania. Ex Rom. 1651.

Cuius ſit cōvocare, & præſidere illorum electioni.

Ad Miniſtrum, ſeu Vicarium Provincialem illius Provinciæ, in qua, vel in cuius territorio mors contingat, pertinet habere ſigilla, convocare, præſidere, & ſuffragari in electione Vice-Commiſſarij. Commiſſarius verò Viſitator, ſi contingat adeſſe in illa Provincia, nullam facultatem habet in negotio electionis Vice-Commiſſarij, immò hac Conſtitutione penitùs manet excluſus ab electione, ac ſi non eſſet in Provincia. Ex eiſdem.

Miniſtro cuius eſt ſigilla habere, eis non vtatur, niſi ad convocandum, &c.

Miniſter, aut Vicarius, qui habet ſigilla, nullam iuriſdictionem poteſt exercere cum illis, niſi in convocando, in præſidendo, & ſuffragando electioni. Ex eiſdem.

Statim convocare debet.

Statim vt habuerit ſigilla debet convocare, vt fiat electio ſine mora; &, ſi fraude retardaverit convocationem, præter excommunicationem, quam incurrit, ſit privatus actibus legitimis per decennium. Ex eiſdem.

Quinam Electores ſint.

Electores convocandi, ſunt Diffinitores actuales, Cuſtos, Patres Provinciæ, qui fuerunt Miniſtri, & Vicarij Provinciales per biennium; duo Lectores Iubilati, qui antiquiores ſint in Iubilatione, & Guardianus Conventus, in quo eſt electio celebranda. Ex eiſdem.

Hæc

In quo Conventu fieri debet electio.

Hæc debet celebrari in Conventu, in quo ſolent demorari pro maiori parte Patres Provinciæ, vt citiùs fiat; vel in illo, qui ſit caput Provinciæ. Ex eiſdem.

Convocat Electores ante omnia debent monitorias litteras ad Miniſtrũ Generalem conſcribere.

Convocatis Electoribus, & propoſita vacantia in ipſo congreſſu, ante electiones, coram omnibus Electoribus, debent per tres triplicatas epiſtolas ſubſcriptas ab omnibus, & ſigillitas, monere Miniſtrum Generalem, & Commiſſarium Generalem Indiarum de vacantia officij, vt provideant. Ex eiſdem.

Ad quos, & àquibus mittendæ epiſtolæ illæ.

Iſtæ epiſtolæ mittendæ ſunt, prima à Miniſtro, ſeu Vicario Provinciali, ſecunda à Diffinitorio, tertia à Guardiano Conventus. Similiter ſinguli ex Electoribus poterunt privatim ſcribere monendo. Ex eiſdem.

Si die ſtatuta non accedât vocales, vocati non ſunt expectandi.

Semel vocati Electores ad diem præfixum cum tempore idoneo ad comparendum, ſi tali die non adſint, non ſunt expectandi, ſed procedendum ad electionem cum præſentibus. Ex eiſdem.

Quinam eligibiles ſint.

Vocem paſsivam habebunt in hac electione omnes (ſi ſunt ex obedientia talis Commiſsionis) qui fuerint Provinciales, qui Lectores Iubilati, Diffinitores, & Cuſtodes Provinciarum, qui Guardiani in inſignibus Conventibus, & qui in mediocribus, cum laude, & exemplo. Ex eiſdem.

Quinam cẽſetur electus in tali electione.

Iſtorum, qui maiorem partem habuerit ſuffragiorum, declarandus eſt Vice Commiſſarius Generalis canonicè electus cum iuriſdictione in omnes Fratres, & Moniales, vſque ad adventum Commiſſarij. Ex eiſdem.

Novus Vice Cõmiſſarius tenetur continuare Viſitatores inſtitutos à prædeceſſore.

Vice-Commiſſarius electus non poterit amovere Viſitatores, qui iam aderant in Provincijs, ſed debet ipſos continuare cum ſimili poteſtate. Non poteſt per ſe ipſum cauſas decidere, niſi aſſumendo integrum Diffinitorium Provinciæ, in Ex eiſdem.

qua contigerit adeſſe, quorum conſenſu, & ſuffragijs debet vti, & primas inſtantias non poterit iudicare.

Non poterit Capitula Provincialia celebrare, niſi, &c.

Vice-Commiſſarius iſte nulla celebrabit Capitula Provincialia, (relinquenda enim ſunt futuro Commiſſario) tamen ſi inſtet tempus alicuius Capituli, itaut ſi non celebretur debeat prolongari vltra triennium, & ſex menſes; tunc perſonaliter exercebit viſitationem, & præſidentiam, ſi eſt præſens; & debet moneri, ſi eſt abſens, ſi velit præſentialiter adeſſe. Ex eiſdem.

§. VIII. *De Miniſtris Provincialibus Indiarum.*

Eligendus in Provincialem debet alumnus eſſe Provinciæ.

IN Provincijs novi Orbis ad Miniſteriatus Provincialis officium, nullus (præſertim in Limenſi Provincia) aſſumi valet, niſi illius Provinciæ, in qua celebratur electio, alumnus ſit, vel ad eam expreſsè, & nominatim ſit miſſus ex Hiſpania obedientialibus litteris Miniſtri Generalis, aut Commiſſarij Generalis Indiarum in Curia Regis Catholici aſsiſtentis, & in ea Provincia horum Superiorum authoritate incorporatus. Ex Clemente VIII. anno 1600 die 4. Mar.ij, & ex Vrban. VIII. die 6. Aug. 1639.

Ineligibiles ſunt ſocij Cõmiſſariorũ, niſi, &c.

• Socij Commiſſariorum Generalium novi Orbis non poſſunt eligi in Miniſtros Provinciales, niſi ſexennium ab eorum incorporatione fuerit tranſactum: & ſi quis ex dictis Commiſſarijs aliquem eligi permiſerit, præterquàm quòd electio nulla, & irrita eſt, cùm ad propriam Provinciam regrediatur omni privilegio, titulo, immunitate, & exemptione ipſo facto privatus maneat. Urb. VIII. die 6. Aug. ex Rom. 1639.

Duratio authoritatis Viſitatoris.

Miniſtri Provinciales electi vt liberè munus ſuum exequi poſsint, Commiſſarius Viſitator non habebit authoritatem in Provincia, niſi per ſpatium Ex Seg. 4. & Rom. 1625.

tium viginti dierum,quibus tranſactis omni authoritate carebit.

Provinciales recipere poſſunt ad habitum natos in Hiſpania, ſervatis, &c.

Miniſtri Provinciales Indiarum poſſunt accipere novitios ex natis in Hiſpania, ſervatis ſemper conditionibus in noſtris ſtatutis, & Pontificum decretis,ſtabilitis: ad horum autem examen poſſunt ab Hiſpanis ibi commorantibus depoſitiones, ſeu teſtificationes accipere; ſi verò Hiſpani teſtificantes non reperiantur, fides adhibeatur teſtimonijs, quæ detulerunt noſtrum Ordinem ingredi cupientes, cùm ad Indos ex Hiſpania tranſmigrarunt. Ex Seg.c.5.

Ad Provinciales nó ſpectat de eleemoſyna Regia diſponere.

Miniſtri Provinciales nullatenùs ſe intromittant in diſpoſitione eleemoſynæ Regiæ pro reædificatione, vel ſuſtentatione Conventuum; exigere tamen poſſunt computum, & examinare, num expendatur, iuxta intentionem Regis Catholici; punireque, & officio privare Guardianum, qui infidelis inveniatur. Ex eiſdem.

Pro quibuſnam negotijs poſſunt mittere Fratres adCuriá Regiam.

Conceſſum eſt Miniſtris Provincialibus, vt de conſilio ſuorum Diffinitorum, pro publicis, & graviſsimis cauſis vnum, vel alterum Fratrem(negotia propria, vel Ordinis committere ſæculari, omninò eis prohibetur) ad Curiam Regiam mittere valeant, qui rationem reddant Superioribus Prælatis de ſtatu, & neceſsitatibus Provinciarum, vt meliùs, & faciliùs remedium adhibeatur. Ex eiſdem.

Fratres ſic miſsi nó poſſunt procurare Brevia, aut Regias ſchedulas, ſine, &c.

Procuratores verò nulla procurent Brevia, vel ſchedulas Regias abſque expreſſo ordine, & licentia earumdem, reſpectivè,Provinciarum, ſpecifica etiam, & individua expreſsione petẽdorum: immò ſub pœna privationis actuum legitimorum, neque pro ipſis, nec pro illorum Provincia vllum reſcriptum procurent ſine prævia communicatione, & ſcientia Reverendiſsimi Patris Commiſſarij Generalis Indiarum in Curia Regis Catholici reſidentis. Ex Valliſ. 1670.

Sin-

Quæ ratiocinia teneantur Miniſtri mittere ad Generales Prælatos.

Singuli Miniſtri Provinciales Indiarum teneantur mittere ad Reverendiſsimum P. Commiſſarium Generalem Indiarum in Curia reſidentem, tabulas omnium officiorum, & ordinationum, quæ in quibuſcumque Capitulis peraguntur, numerumque cunctorum Fratrum, & omnia, quæ ſcitu digna viſſa fuerint. Ex Seg. c. 5.

Rationem exigant ſubſidiorũ, quæ vocalibus ad comitia Generalia cõceduntur.

Strictè præcipitur Provincialibus Miniſtris, vt de eleemoſynis elargitis Cuſtodibus, & Prominiſtris ad Generale Capitulum accedentibus, exactam, & diſtinctam rationem quærant, vt tutiſsimè incedatur. Ex eiſdem.

Privilegia eorum ſi ad Hiſpaniam contingat venire.

Provinciales Indiarum ad Hiſpaniam venientes gaudeant inviolabiliter privilegijs, quæ ſtatuta Generalia concedunt eis, qui fuerunt Provinciales in aliena Provincia. Ex Tolet. 1633.

Quando poſſunt ſe ſolis indicere, & celebrare Cõgregationes.

Ordinatur, quòd poſtquàm Miniſtri Provinciales Patres Commiſſarios Generales Indiarum de tempore, quo in Provincijs Congregationes Capitulares celebrandæ ſunt, tempeſtivè monuerint, taliter, vt per legitimum teſtimonium conſtet de receptione dictæ monitionis; & Commiſſarij debito tempore non comparuerint per ſe, vel aliud per litteras non ordinaverint; ipſi Provinciales poſt elapſos duos menſes ad indictionem, & celebrationem dictarum Congregationum procedant. Ex eiſdem.

Quid agere debeant erga incorrigibiles aut ſcãdaloſos exilij pœna dãnatos.

Si aliqui Fratres ob aliqua demerita fuerint ab Indis reiecti, & exilij pœna puniti, teneantur Superiores Indiarum certum facere Reverendiſsimum Commiſſarium Generalem Indiarum de demeritis, & delictis; qui poteſt eos deſtinare ad quamcumque Provinciam. Tamen de cætero Fratres incorregibiles, & ſcandaloſi, non mittantur in Hiſpaniam, maximè ſi apud Indos habitum ſumpſerint: intelligimus ſi quidem, hoc eſſe valdè pernicio- Ex Seg. c. 4

cioſum: dum enim ſuam intendunt purgare Provinciam, vniverſam inficiunt Religionem.

Pœnæ in ſubditos recuſantes eos ſine cauſa.

Ex eiſdem cap. 5.

Fratres recuſantes pro ſuſpectis Miniſtros Provinciales Indiarum in ſuis cauſis agendis, carceribus mancipentur, & vt ſeductores à Provincia exilio mulctentur, niſi cauſam iuſtam habuerint, & eam iuridicè probaverint.

Cuius ſit diſponere de derelictis à Commiſſarijs defunctis.

Interdictum eſt Provinciali, vt de rebus quas Commiſſarius Generalis defunctus habebat cuiuſcumque qualitatis, & valoris ſint, diſponere; ſed ea omnia à prædicto Commiſſario Generali relicta, vnà cum regeſtis, & ſcripturis ſui officij, coram Guardiano Conventus, in quo deceſſerit, & Secretario ſocio eiuſdem defuncti, teneatur Provincialis prædictus ſcripto mandare, & inventarium authenticum omnium, quæ habebat Provincialis, Guardiani, & Secretarij manibus ſubſcriptum, ad Miniſtrum Generalem, vel ad eius Commiſſarium Generalem Indiarum Matriti reſidentem cùm primùm opportunitas occurrerit, remittere, eos certiores faciens de obitu dicti Commiſſarij.

§. IX. *De Vicarijs Provincialibus.*

Si Provincialis moriatur digniori Patri competit habere ſigilla, &c.

Ex Rom. 1651.

SI Miniſter Provincialis moriatur, dignior Pater Provinciæ debet habere ſigilla, convocare, præſidere, & ſuffragari in electione Vicarij Provincialis.

Ad eum afferenda ſunt à Secretario, aut Guardiano.

Ex eiſdem.

Secretarius Provinciæ, vel Guardianus, vel Præſes Conventus, in quo, vel in cuius territorio, mors contingat Miniſtri Provincialis, ſine vlla diverſione, aut mora, debet ferre ſigillum, ſcripturas, & regeſtum digniori Patri Provinciæ, etiamſi Commiſſarius Generalis ſit præſens, aut in eodem

Digitized by Google

dem Conventu vbi reſidet dignior Pater; quia Capitulum Generale non conſentit, quòd Patribus detrahantur ſua iura.

Quid in tali caſu agere debeat dignior iſte Pater.

Iſte verò dignior Pater, qui ſigilla habet, debet illa, & ſe ipſum præſentare Commiſſario Generali ſi adſit in eadem Provincia, humili obſequio: ſi verò ſit extra Provinciam intra ſpatium trium dietarum, hoc eſt, triginta leucarum, computandarum ab vltimo Conventu Provinciæ, debet ipſum monere de vacantia, & expectare ipſum ad electionem. Ex eiſdem.

In quo caſu non teneatur monere Cómiſſariũ de vacantia.

Tamen, ſi tempore vacantiæ Commiſſarius Generalis abſit pluſquam triginta leucis ab vltimo Conventu Provinciæ, non debet dignior Pater ipſum monere, expectare, nec differre electionem, ſed illicò illam celebrare, iuxta conſtitutiones. Ex eiſdem.

Quinã Electores ſint Vicarij Provincialis.

In electione iſta vocem habent omnes Patres, qui ſunt de corpore Diffinitorij dumtaxat; non obſtante quacumque conſuetudine in contrarium. Ex eiſdem.

Loco dignioris Patris nó eſt ſubrogandus alius.

Loco dignioris Patris Præſidentis non eſt ſubrogandus alius, ipſe enim præeſt titulo dignioris. Ex eiſdem.

Si verò Secretarius, vel Guardianus, vel Præſes, qui tenebatur portare ſigilla ad digniorem Patrem, ad alias obliquas vias ſe divertat (etiamſi affectet inquirere præſentiam Commiſſarij Generalis) maneat officio privatus, & actibus legitimis, per decennium. Ex eiſdem.

Pœnæ in Secretariũ, aut Guardianũ fraude retardantes electionem.

Pater verò dignior in hoc caſu debet vti iure ſuo, & procedere ad electionem, etiamſi non habeat ſigilla, & regeſtum Provinciæ, convocando Electores, & præſidendo electioni; quæ vt fiat debita ſolemnitate, faciet aperiri ſigillum Provinciæ, vel in materia ferrea, vel lignea: nam illa indivi-dua materia, & figura, quæ erat in ſigillis ſuffura- Ex eiſdem.

In caſu malitioſæ moræ, debet dignior, P. procedere ad electioné Vicarij Provincialis,

tis,

Digitized by Google

tis, non eſt de ſubſtantia electionis: alia enim poſ-ſunt ſubſtitui.

§. X. *De Cuſtodibus Indiarum.*

Vocem activam habent in electionibus Miniſtri Generalis, & Comiſſarij.

Ex Regul c. 8. ex Bulla *Vnion.*

CUSTODES Indiarum, ex vi Regulæ, vocem activam, & paſsivam habent in electione Miniſtri Generalis totius Ordinis; etiamque, ex Conſtitutione Apoſtolica, in electione Commiſſarij huius Ciſmontanæ Familiæ in Capitulo Generali eligendi.

Qualitates eligendorū in Cuſtodes

Ex Vrb. VIII Bulla: *Circumſpecta.* Ex Rom. 1639.

Cuſtodes mittendi ex Indijs ad Capitulum Generale debent eligi iuxta præſcriptum Conſtitutionum Generalium huius Familiæ, & debent eſſe filij illius Provinciæ pro qua mittuntur, vel in illa per ſexennium antè incorporati; & poſſunt eligi, ſive ſint apud Indos, ſive in quibuſvis Europæ partibus, dummodò ad effectum electionis in Cuſtodes non incorporentur.

Diffinitor nequit eligi in Cuſtodē.

Ex Seg. c. 91.

Non poteſt eligi in Cuſtodem Diffinitor actualis ad effectum ſuffragandi in Capitulo Generali, nec ad alium quemlibet finem.

Cuſtodes nequeunt votū ſuum alteri cōmittere.

Ex Vrb. VIII vbi ſupra.

Cuſtodes huiuſmodi, ſi in itinere decedant, nemini, ſuffragium, tamquàm Procuratori abſenti, vel præſenti, committere poſſunt.

Eorum conſeſſus quādo accedunt ad Provincias Hiſpaniæ.

Ex Tolet. 1633.

Præfatis Cuſtodibus ad Hiſpaniam accedentibus detur præcedentia in Provincijs, ſi ſint actuales, poſt Cuſtodes, & Diffinitores actuales; ſi habituales, poſt habituales, præterquàm in Conventu Matritenſi, eò quòd ibi habeant determinatam menſam.

Permanent Vocales, etſi prorogetur Capit. Gen vltra durationem Cuſtodiatus.

Ex Tolet. 1633.

Cuſtodes, & Vocales venientes ex Indijs tam Orientalibus, quàm Occidentalibus ad Capitulum Generale, quacumque interveniente eiuſdem Capituli prorogatione, declaratur habere vocem acti-

activam, & paſsivam, quamtumvis in proprijs ipſorum Provincijs alia interim celebrentur Capitula, & aliorum in illis interim fiat Provincialium, & Cuſtodum electio; cùm iam ad Generale Capitulum miſsi, veri, & legitimi ſint ad ipſum, & in ipſo, Vocales.

Eorum privilegia poſt quam ſuffragati ſunt.

Cuſtodes, qui ſuffragati ſunt in Capitulo Generali habeant vocem activam, & paſsivam in Capitulo Provinciali ſuæ Provinciæ immediatè celebrando poſt illorum acceſſum, quocumque intervallo temporis tranſacto. Ex Seg. c. 5.

Pœnæ in omittentes accedere ſine cauſa.

Cuſtodes, qui abſque legitima cauſa à Superioribus probanda, venire, & adeſſe, prætermittant ad Capitula Generalia, per quinquennium expletum maneant officijs Ordinis privati. Ex eiſdem.

Eorum prærogativæ.

Etiam fruantur in ſuis Provincijs titulo, & præcedentia, cæteriſque honoribus, & exemptionibus iure, & conſuetudine Patribus Provinciæ conceſſis, cum iure etiam ſubrogandi (non quidem pro Patribus digniori, & moderniori, quod omninò prohibetur) in Diffinitorio, ita quòd priùs ſubrogentur, quàm Ex-Diffinitores, etiam habitu, vel electione antiquiores. Ex Tolet. 1658.

Non egent conditionibus requiſitis in Pro-Miniſtris.

Cuſtodes eo ipſo quòd ſuffragati fuerint in Capitulis Generalibus, ob munus Cuſtodum, habent omnes conditiones requiſitas ad lucranda privilegia ipſis conceſſa, abſque eo quòd habeant conditiones, quas lex deſiderat in Pro-Miniſtris. Ex Valliſol. 1670.

⁂

§. XI.

Digitized by Google

§. XI. *De Pro-Miniſtris eligendis ad Capitulum Generale.*

Provinciales Indiarũ Prominiſtros mittere poſſunt ad Comitia Generalia.

EX Conſtitutione fœlicis recordationis Urbani VIII. expedita Romæ die 6. Auguſti 1639. Miniſtri Provinciales Indiarum mittere poſſunt Commiſſarios ad Capitulum Generale, qui eorum nomine vocem activam, & paſsivam habeant in electione Miniſtri Generalis totius Ordinis, Commiſſarij Generalis noſtræ Familiæ Ciſmontanæ, & Diffinitorum Generalium. *Ex Urbano VIII. Bul. Circumſpecta.*

Quomodo eligi debeat Prominiſtri.

Hi Commiſſarij (communiùs Pro-Miniſtri vocati) debent eligi iuxta diſpoſitionem Conſtitutionum Generalium huius Familiæ, & neceſſum eſt, quòd ſint filij earum Provinciarum, reſpectivè, pro quibus mittuntur, vel in eis per ſexennium completum iam incorporati, ſive ſint in Provincijs Indiarum ſive in alijs Europæ partibus exiſtant: ſi enim ad effectum electionis in Prominiſtros incorporentur, ipſo facto electio nulla eſt. *Ex eodem.*

Morientibus illis in via eorum votũ committi, aut ſuppleri nequit.

Si iſti Commiſſarij, vel Prominiſtri in itinere decedant, nemini, tanquàm Procuratori abſenti, vel præſenti, ſuffragium ſuum committere poſſunt. *Ex eodem.*

Eorum privilegia, & prærogativæ:

Commiſſarij, ſive Prominiſtri, qui in Capitulo Generali ſuffragarunt, gaudeant in ſuis Provincijs titulo, & præcedentia, cæteriſquè honoribus, & exemptionibus iure, & conſuetudine Patribus Provinciæ conceſsis, cum iure etiam ſubrogandi in Diffinitorio, non quidem pro Patribus digniori, & moderniori (hoc etenim eis prohibitum eſt) ſed pro Diffinitoribus tantùm, pro quibus priùs ſubrogabunt, quàm Ex-Diffinitores habitu, vel electione antiquiores. *Ex Toletan. 1658.*

Ad

Digitized by Google

Conditiones requiſitæ ad ea cõſequenda.

Ad hos honores lucrandos neceſſum eſt, quòd antequàm in Prominiſtros eligerentur, in ſuis Provincijs Diffinitores, aut Cuſtodes, aut Lectores Iubilati, aut ſaltèm alicuius Conventus, ex duobus præcipuis Provinciæ, Guardiani extiterint. Ex eiſdem.

Quæ privilegia conſequuntur ij, qui carent dictis conditionibus.

Prominiſter aliqua ex his conditionibus orbatus, ſi tamen officium Guardiani in quolibet Conventu per triennium exercuerit gaudeat privilegijs, quibus gaudent qui fuerunt Diffinitores; ſin verò Guardianus per triennium non fuerit, nullo privilegio gaudebit; cum quibus modificationibus, & non aliter, admiſſum fuit Breve Apoſtolicum. Ex Tolet. 1645.

§. XII. *De Comitijs Provincialibus, & Congregationibus intermedijs.*

Electio Provincialis debet fieri iuxta ſtatutaOrdiuis.

ELECTIO Miniſtrorum Provincialium in Provincijs Indiarum debet fieri iuxta præſcriptum Conſtitutionum Generalium; & antequàm, apud Indos, electores ad electionem Miniſtri Provincialis (idem obſervandum eſt in electione Diffinitorum, Cuſtodis, & Guardianorum) procedant, iuramentum præſtare debent coram venerabilis Crucifixi imagine, ſe eum electuros, quem in conſcientia, & omnibus æqua lance libratis, digniorem repererint, iuxta Conſtitutioné Clement. VIII. à Sanctiſsimo Domino Urbano VIII. renovatam. Ex Rom. 1625.

Iuramentũ de meliori eligendo præſtandum

Quid, ſi abſit Commiſſarius Generalis longèque diſtet.

Si contingat, Capitula in tali diſpoſitione eſſe, quòd ob diſtantiam Commiſſarij Generalis, & difficilem recurſum ad illum, protraherentur vltra triennium, & ſex menſes; in tali caſu, ſi adeſt in Provincia Commiſſarius Viſitator, ipſe celebrabit Capitulum cum præſidentia, & ſuffragio in omnibus electionibus. Ex Rom. 1651.

Quid, ſi tempore trien- nij elapſo nó ſit ſpes præſentiæ Commiſſarij, nec Viſitatoris.

Si verò non adeſt Commiſſarius Viſitator, tunc Miniſter, aut Vicarius Provincialis, ſimul cum Diffinitorio eligant Patrem gravem eiuſdem Provinciæ, qui vel ſit Lector Iubilatus, vel fuerit Provincialis, vel Diffinitor, vel Guardianus cum maiori parte ſuffragiorum; & iſte nomine Capituli Generalis erit Commiſſarius Viſitator, Præſes Capituli cum ſuffragio, & plenitudine poteſtatis. Ex eiſdem.

In hac electione Viſitatoris, & Præſidis Capituli, Miniſter, aut Vicarius Provinciales habebunt vocem activam non verò paſsivam; aliter electio erit nulla. Ex eiſdem.

Non mittantur delegati ad præſidendum Congregationibus intermedijs.

Statutum Romanum Prælatis Generalibus prohibens, ne ad Provincias quemquam mittant, vt celebrandis earum Congregationibus intermedijs præſit, niſi cauſa valdè notoria, & vrgens ſe obtulerit, vel maior Diffinitorij pars ita poſtulet, declaratur compræhendere etiam Commiſſarios Generales Indiarum: alioquin Provinciales, & alij, ad quos attinet, vti iure ſuo in hac parte permittuntur. Ex Tolet. 1673. & ex Rom. 1639.

Limitent Provinciæ terminũ durationis præſidentiarum.

Capitula Provincialia diſponant de termino, quo Præſidentes Conventuum poſsint manere vltra duos menſes in Conſtitutionibus Generalibus præfixos ſecundùm diſtantias Provinciarum. Ex Tolet. 1633.

§. XIII. *De Fratribus ad Indias tranſmittendis.*

Nullus Frater ad Indias mittatur, niſi fuerit deſignatus à Regio Senatu.

CUM Regia, & Catholica Maieſtas expenſas faciat omnibus Religioſis, qui ex Hiſpania ad Indos in miſsionibus proficiſcuntur: præcipitur, vt nullus Fratrum illuc mittatur, niſi à Regio Senatu Ex Seg. c. 24

natu Indiarum fuerit deſignatus; nec maior numerus Fratrum ad Indos poteſt deferri, quàm ille qui eſt præfixus ab eodem Regio Senatu.

Nullus Frater ad Indos ire cogatur.

Iuxta præſcriptum noſtræ Regulæ non ſunt cogendi Fratres ad commorandum inter Infideles: ideò præcipitur, vt nullus ad Indos ire cogatur. Caſu autem quo adſit neceſsitas mittendi Fratres ad partes Indiarum, Miniſter Generalis, aut eius Commiſſarius Generalis in Curia reſidens, eligent Commiſſarios particulares, ſiue ex propoſitis à Prouincijs, ſiue ex alijs Hiſpaniæ manentibus (ſi neceſsitas premat) viros probos, & prudentes, qui per Prouincias diſcurrendo, Fratres excitent, & exhortent ad tam ſanctam, & laudabilem profectionem. Ex eiſdem.

AdCommiſſarios particulares miſſionum priuatiuè pertinet ſeligere miſsionarios

Commiſſarij particulares iam electi, Religioſos Miſsionarios eligent in Prouincijs conſignatis; & Reverendiſsimus Commiſſarius Generalis in Curia reſidens alicui Fratri particulari concedere licentiam ad Indos in miſsione tranſmigrandi non poterit: quia tales Religioſos miſsionarios ſeligere, ad prædictos Cōmiſſarios particulares, pertinet. Ex Seg. c. 2.

Commiſſarij illi exibeant priùs ſuæ cōmiſsionis litteras Prouincialibus, quā eas exerceāt

Ex his Commiſſarijs particularibus nullus munus ſuum exercere poterit, niſi priùs per ſe, vel per alium Fratrem, certum faciat ſuæ Commiſsionis Miniſtrum Provincialem illius Provinciæ, ex qua Fratres procurat eligere, nec excedere numerum Religioſorum in ſua commiſsione præfixum. Ex eiſdem.

Mittendi ad Indias præhabeant teſtimonium Miniſtri de idoneitate.

Ut autem idonei Religioſi mittantur ad Indos, qui eos vita, exemplo, & doctrina valeant erudire, Commiſſarijs ſtrictè præcipitur, vt nullum mittendum admittant, niſi per Miniſtrum Provincialem, & vnum ex Diſſinitoribus eiuſdem Provinciæ, vel per vnum Patrem, ſimul cum altero Provinciæ Diſcreto, fuerit probatus cum teſtimonio laudabili ſcripto, & ab eiſdem ſubſcripto. Ex eiſdem.

Idonei cenſentur quotquot in tabulis Capitularibus nominati fuerint ad officia ſuæ Provinciæ.

Declaratur tamen, quòd illi qui in Tabulis Capitularibus probati extiterint ad officia, & honores ſuæ Provinciæ pro approbatis habeantur; niſi aliqua poſteà ſui honoris publica nota maculati fuerint. Ex eiſdem.

Caveant Provinciales, vt non niſi idoneos approbent.

Provincialibus verò Patribus, & Diſcretis Provinciarum præcipimus, vt in re tanti momenti fideles ſe exhibeant, nullum probantes, vt ad Indos tranſmittatur, qui non ſit moribus, & vita debitè ornatus. Ex eiſdem.

Puniti, ob crimen, nec in brevi punibiles, poſſunt ad Indos deſtinari.

Atque ideò, ſi forſan aliquis Frater fuerit ob ſua demerita pœnitentia mulctatus, nullo modo talis poterit ad Indos deſtinari: idemque faciendum erit de quocumque Fratre, qui crimen aliquod commiſſerit, propter quod à ſuo Prælato eſt breviter puniendus: nam iniquum omninò videtur, vt prætextu, quòd Fratres volunt ad Indos ſe conferre, crimina impunita remaneant. Ex eiſdem.

Commiſſariorum illorum limitatur poteſtas.

Prædicti Commiſſarij non poterunt Confeſſores, nec Prædicatores inſtituere, nec ad Ordines ſacros promovere. Ex eiſdem.

Non impediantur ire volentes ad Indos.

Exhortamur verò vniverſos Fratres, & Prælatos, & ad maius meritum præcipimus per obedientiam, vt nullo pacto impediant volentes ad partes Indiarum proficiſci; immò exhortamur, vt omnem favorem impendant dictis Commiſſarijs, qui per Provincias diſcurrunt. Ex eiſdem.

Pœna in reſpicientes retrò, arrepto itinere.

Verùm quia interdum contingit, quòd poſtquã Fratres ſunt à ſuis Conventibus egreſsi, vt ad partes Indiarum iter arripiant, temerè, & abſque rationabili cauſa ab incepto opere deficiant; præcipitur, vt prædicti Fratres retrò reſpicientes per quinquennium ſint ipſo facto actibus legitimis privati, & omninò cogantur, vt expenſæ, quas pro Ex eiſdem.

iti-

itinere receperunt ex pecunijs Regijs, integrè reddantur.

§. XIV. *De incorporatione in Provincijs Indiarum.*

Ad incorporationem requiſita.

FRATRES apud Indos nati, vel in Indiarum Provincijs habitu induti, ex vna Provincia in aliam transferuntur eo fine, vt incorporentur. Eorum autē incorporatio debet fieri ex cōſenſu vtriuſque Miniſtri Provincialis, ſervatis cæteris conditionibus in ſtatutis Generalibus appoſitis: ſin verò aliquis aliter receptus fuerit, Miniſter, qui illum receperit, privationi ſui officij ſubiaceat, & Frater receptus tamquàm ſpurius Provinciæ reputetur, & incorporationi, ac Officijs Ordinis, inutilis habeatur. Ex Seg. c. 5.

Nõ eſt neceſſarius Cómiſſariorũ conſenſus.

Incorporationes Fratrum apud Indos degentium debent liberrimè, & abſolutè fieri à Miniſtris, & Diffinitoribus illius Provinciæ, in qua quis incorporari ſollicitat independenter à Commiſſario Generali novæ Hiſpaniæ, vel Regni Peruani, reſpectivè. Ex Tolet. 1671.

Incorporati cenſentur in Provincijs ad quas pergunt deſtinati.

Fratres, qui Dei zelo, & ex decreto Regis Catholici commigrant ad Provincias Indiarum, incorporati manent in illis Provincijs, ad quas mittuntur modò ordinario in miſsionibus víitato, & ex tunc capaces ſunt cuiuslibet officij, & dignitatis. Ex Tolet. 1645.

Puniantur vt apoſtatæ, qui ad aliam Provinciam quàm ad deſignatá perrexerint.

Si autem transfretantes ſub Commiſſarij alicuius obedientia ad deſtinatam Provinciam, ad aliam ſe convertant, apoſtaſiæ pœna plectantur, & ſtatim ad eam Provinciam remittantur, ad quam fuerunt deſtinati (vt etiam deciſſum eſt in Regio Senatu Indiarum.) Quòd ſi Miniſtri, aut Guardiani ſe- Ex Seg c. 5.

cùs

cùs aliquando fecerint, pœnæ privationis ſuorum officiorum ſubiaceant.

Socij Commiſſariorum nequeunt incorporari, nec eligi ad dignitates, niſi, &c.

Socij verò, quos ſecum deferunt Commiſſarij Generales Indiarum, & alij Religioſi, qui in ipſorum comitatu ad Indos tranſierunt, ab eiſdem Commiſſarijs Generalibus nequeunt incorporari, vt dictum eſt; nec tales Religioſi poſſunt aſſumi ad officia Provincialis, Vicarij Provincialis, Cuſtodis, Diffinitoris, Prominiſtri pro ferendo ſuffragio in Capitulo Generali, Guardiani, aut Vicarij Conventus, niſi poſtquàm ſexennium ab incorporatione fuerit tranſactum: aliter electio irrita declaratur, & Commiſſarij Generales Indiarum in hac parte delinquentes, ipſo facto incurrent pœnas à Sanctiſsimo Urbano VIII. impoſitas in ſuo Brevi die 6. Auguſti expedito. 1639. Ex Romã 1639.

In quo caſu ſunt incorporati & capaces officiorum.

Si verò ſocij prædictorum Commiſſariorum Generalium, & alij Religioſi, qui in ipſorum comitatu trânſierunt ad Indos, nominatim, & perſonaliter, & expreſsè fuerint incorporati litteris Reverendiſsimi Miniſtri, aut Reverendiſsimi Commiſſarij Generalis Indiarum in Curia Regis Catholici reſidentis; à die talis expreſſæ, & perſonalis incorporationis capaces ſunt, & habiles ad officia, & dignitates Provinciæ, in qua incorporantur. Ex Tolet. 1645. & ex Bulla Clem. VIII. *His qua ad Regularium* die 4 Martij 1600

In tribus diſtinctis Provincijs ſucceſsivè nullus incorporetur, niſi &c.

Qui in duabus Provincijs Indiarum fuit incorporatus, ſi ad tertiam migrare contenderit, nullatenùs valeat incorporari, niſi poſt quinquennium tranſactum. Ex Seg. c. 5.

Nequit incorporari, nec ad officia eligi qui petiexit ad In.

Si quis Frater petat Indias cauſa agendi, vel ſollicitandi aliquod negotium particulare, cum tempore determinato, & poſteà voluerit inibi remanere, in aliqua ex Indiarum Provincijs non poterit vnquam incorporari, nec ad vllum officium, Ex Tolet. 1645.

vel

Indias pro negotio particulari.

vel dignitatem Religionis, poterit aſſumi.

Si aliquis Frater ex Hiſpania petat Indias, ad determinatam, & particularem Provinciam deſtinatus, & inde ſe divertat ad aliam Provinciam; in iſta non poterit obtinere aliquod officium, ſeu dignitatem: quia ſemper reputabitur extraneus, & non incorporatus in dicta Provincia.

Ad particularem Provinciam deſtinatus non poteſt in altera eligi ad officia.

§. XV. *De Doctrinis, & Converſionibus.*

Retinendæ ſunt à Fratribus noſtris doctrinæ.

CUM de doctrinis à Fratribus retinendis, ſive reijciendis, ſæpè controverſum fuerit, nec id Regia Maieſtate, eiuſque conſilio inconſultis commodè definiri poſſit; & quia etiam Indi de novo ad fidem converſi ſummopere egent Miniſtris, qui ſibi in ſpiritualibus opportunè adſint: ſtatuitur, & decernitur, vt noſtri Fratres huiuſmodi Doctrinas retineant, eiſque invigilent iuxta Catholicæ Maieſtatis beneplacitum. Ex Seg. c. 5.

Non exiſtát ſoli in doctrinis, ſed cum ſocijs.

Intereà tamen in nullo loco Doctrinæ, quantum fieri poteſt, ſit aliquis ſine ſocio. Quòd, ſi Doctrinarum locus fuerit prope Conventus, habitent Fratres in Conventu, niſi quando ægrotantium neceſſitas præſentiam poſtulaverit in loco Doctrinæ. Ex eiſdem.

Addiſcant & in ſingulis Provincijs inſtituantur ſtudia linguæ Indicæ.

Præcipitur Provincialibus Miniſtris, vt in principalioribus Conventibus vniuſcuiuſque Provinciæ Lectores eligant, qui linguam Indicam doceant; deputentque ſtudentes maiores natu, & probatæ vitæ, vt illam addiſcant: & vt magis proficiant continuò eam inter ſe loquantur, vt meliùs miniſterium ſuum in edocendis Indis exercere valeant. Ex eiſdem.

Nullomodo poſſunt inſtitui doctrinantes (tam de propria, quàm de aliena Provincia) qui penitùs ignorent idiomata territorij, etiamſi per alios Miniſtros illorum imperitia ſuppleatur. Ex Rom. 1651.

Si

Si tamen iſta lege, aliquæ factiones defraudentur ſatisfiat ipſis per aliquam æquivalentiam, vel inſtituantur periti doctrinantes ad ipſorum ſatiſfactionem. Ex eiſdem.

Examinati pro doctrinis, ad ipſas deſtinentur, non alij.

Ijdem numero Religioſi, qui exponuntur ad examen, ipſi debent deſtinari ad doctrinas inſerviendas ſub pœna privationis officiorum Miniſtri Provincialis, & aliorum qui conſentiant. Ex eiſdem.

Doctrinātes inſtituti à Diffinitorio non poſſunt ab alio deſtitui.

Doctrinantes, qui ſuffragium habent, & qui non habuerint, ſed fiunt voto Diffinitorij, non poſſunt ante tempus auferri à Commiſſario Generali, nec à Provinciali Miniſtro, ſed à Diffinitorio, præcedente cauſa, & ſententia. Ex eiſdem.

Oblationes pecuniarias recipi prohibetur.

Prohibetur, ne in quotidianis oblationibus, quæ pro Reſponſorijs defunctorum, & alijs officijs offeruntur, poſſint Fratres aurum, vel argentum recipere; & ſecùs facientes eadem pœna plectantur, ac ſi denarios, vel pecuniam recepiſſent. Ex Seg. c. 5.

§. XVI. *De ſtatu Recollectionis.*

Conſervatio Recollectionis, & eius inſtitutio cō mendatur.

SUPERIORES Indiarum omni cura ſollicitent, Conventus Recollectionis conſervari, vbi purior obſervantia Regulæ perſiſtat; & ſi in aliqua Provincia ex Indijs Conventus Recollectionis non fuerint conſignati, eos erigere, & fundare invigilent, ad quorum regimen ſtatuta Generalia pro Recollectis Hiſpaniæ edita obſervari curabunt. Ex Seg. c. 5.

Ubi non ſūt tres ad minus Recollectionis Conventus, non eligatur Diffinitor Recollectus.

Ut augeatur prætioſiſſimum inſtitutum Recollectorum, decernitur, quòd in Provincijs Indiarum Occidentalium, vbi ad minùs non fuerint tres Conventus Recollectorum cum ſevera obſervantia illius inſtituti, non eligatur Diffinitor Recollectus; in illis verò, vbi tres Cōventus inveniantur, Ex Victor. 1648.

in-

Digitized by Google

inviolabiliter vnus ex Guardianis Recollectis in Diffinitorem eligatur.

Si Provincialis, aut Custos sit Recollectus no debet eligi Diffinitor.

Si verò contingat, quòd Miniſter, aut Cuſtos electus, ſit ex Recollectis; declaratur, ex eo ſatiſfactum eſſe Apoſtolicis, & Generalibus Conſtitutionibus, quin alius Diffinitor Recollectus eligatur. Ex eiſdem.

Non licet Provinciali diſpenſare in ſtatutis Recollectorum

Et quia ſtatus Recollectorum in noſtra Religione eſt nobiliſsima portio; præcipitur Miniſtris Provincialibus, & Viſitatoribus, ne audeant in Conſtitutionibus Recollectorum diſpenſare, nec Fratres dyſcolos illuc mittere, puniendi, vel caſtigandi cauſa; immò faveant Conventibus Recollectis, & inſtituto. Ex Tolet. 1658.

§. XVII. *Pro Monialibus Indiarum.*

Non admitatur novum Monaſteriu ſine licentia Capituli Generalis.

NULLUM Monaſterium Monialium in Provincijs Indiarum ad noſtram obedientiam recipiatur ſine licentia Capituli Generalis: ſatis enim ſuo fungentur officio Prælati, ſi verbo Dei, adminiſtrationi Sacramentorum, & gubernationi Fratrum, diligenter incumbant. Ex Seg. c. 5.

Non minuantur Moniali͂u dotes.

Omninò interdicitur Miniſtris Provincialibus ſe ingerere in minuendis Monialium dotibus, aut alimentis ſæcularium, educationis cauſa, vel aliàs in Monaſterijs commorantium. Hinc Provincialibus ſub pœna ſuſpenſionis ſui officij per ſemeſtre, Abbatiſsis verò, & Diſcretis Monaſterii, ſub privationis ſuorum officiorum pœna, præcipitur, ne præfatas dotes, aut alimenta taxata, minuant, aut minui permittant. Ex Rom. 1676.

Nulla indotata recipiatur

Et ſub eiſdem pœnis tum Provincialibus, tum Monialibus præcipitur, ne vllam pro Moniali indotatam recipiant ſub quovis prætextu, aut titulo, Ex eiſdem.

 niſi

niſi cauſa in Sacra Congregatione deducta, & ab ea obtenta licentia.

Nota fiant, & publicentur omnibus Monialibus ſtatuta Rom. 1639.

Ex Tolet. 1673. & ex Rom. 1676.

Ut Moniales Ordinis iuriſdictioni ſubiectæ, Ordinationum, ac Ordinis ſtatutorum debitam notitiam habeant, & ſciant; præcipitur Commiſſario Generali Novæ Hiſpaniæ, & Regni Peruani, pariter ac Miniſtris Provincialibus, vt intimentur, & publicentur per ſingula Monaſteria Monialium ſtatuta Romana anni 1639. pro illis condita, & quòd in vnoquoque ſint exemplaria ſufficientia, ne ignorantiam Moniales prætendant.

Taxetur pro quolibet Cõventu Monialium numerus.

Ex eiſdem, 1673.

Et quia prædicta ſtatuta cap. 2. præcipiunt, iuxta Concilij Tridentini decretum ſeſſione 25. cap. 3. & Apoſtolicas Conſtitutones, præcipuè Pij V. *Circa Paſtoralis*. Et Gregorij XIII. *Deo ſacris Virginibus*, eum numerum Monialium conſtitui in Monaſterijs, & in poſterùm conſervari, qui ex proprijs redditibus, vel eleemoſynis conſuetis, cõmodè ſuſtentari poſſet; nec non Provincialibus præcipiant, quòd intra annum, à publicatione, per ſe, vel per ſuos Commiſſarios præfati numeri taxam ſingulis Conventibus Monialium præfigere curent, & cuiuſque, reſpectivè, exemplar triplex conficiatur, quorum vnum in Provinciæ Archivio, alterum in Monaſteriorum Archivio, reſpectivè, reponatur, tertium verò apud ſe Provinciales retineant.

Nulla recipiatur vltra numerum.

Ex eiſdem.

Similiter cautum eſt, ne vltra numerum taxatum vlla recipi valeat; quòd ſi ob gravem, & relevantem cauſam cum aliqua diſpenſare conveniat, tunc iuxta decretum Sacræ Congregationis die 6. Septembris anni 1604. talis ſupernumeraria eleemoſynam duplicatam dotalem Monaſterio perſolvere teneatur.

Di-

Obſerventur Decreta Apoſtolica, & Ordinis ſtatuta.

Diſtrictè præcipitur Provincialibus, vt intra primum annum à publicatione præſentium præfata decreta Apoſtolica, & Sacræ Congregationis, & Conſtitutionem citatam, indiſpenſabiliter ad litteram, vti iacent (ſub pœna ſuſpenſionis ſuorum officiorum per trimeſtre) omninò exequantur; certumque reddant Reverendiſsimum P. Commiſſarium Generalem Indiarum, mittendo ad ipſum copias authenticas prædictarum taxarum, vt illi de præmiſſorum conſtet executione, & obſervantia. Ex eiſdem.

Ordinatur vlteriùs, vt de decennio in decennium prædicta taxa, vel numerus, reformetur, augeatur, vel minuatur, prout prædictis Provincialibus ſecundùm Deum videatur expedire. Ex eiſdem.

Non admittatur tertia germana Soror, niſi, &c.

Etiam inhærendo decretis Sacræ Congregationis pluriès expeditis, iteratiſque die 16. Auguſti 1616. ſtabilitur, vt germana tertia Soror, ſi intra præfinitum numerum habitum receperit, eleemoſynam duplicatam dotalem perſolvat; ſi verò vltra numerũ taxatum ſupernumeraria admitti voluerit, triplicatam exolvat, & quoad votum activum, & paſsivum, duæ tantum Sorores habent, remanente tertia excluſa, niſi ſit in poſſeſsione ſuffragandi, in qua manuteneri debet, ſed non vlteriùs permittenda; & ſi toti, vel parti huius diſpoſitionis Provinciales contravenerint, ſint ipſo facto per trimeſtre ſuis officijs ſuſpenſi. Ex eiſdem, & ex 1676.

Conceditur Monialibus Excalceatis, vt duas laicas, ſeu converſas poſſint recipere

Conſideratis neceſsitatibus, quas patiuntur Moniales excalceatæ Hiſpaniarum, conceditur facultas ſingulis ipſarum Monaſterijs admittendi duas laicas, ſeu converſas, quæ ipſis in Religioſis obſequijs aſsiſtant, & inſerviant; dummodo ad ipſarum receptionem præcedat conſenſus maioris partis Communitatis. Ex Valliſol. 1670.

Ab-

Digitized by Google

Abbatiſſæ Monialium, ſi ſemel præfatum officium admiſſerunt, & in ipſo ſaltèm per duos integros annos non permanſerint, gaudere non poſſunt privilegijs conceſsis præfectis, quæ fuerunt laudabiliter Abbatiſſæ. Ex Victor. 1648.

Deficiunt hic Appendices ſtatutorum ſpecialium pro Provincijs Indiæ Orientalis, pro Recollectionis Conventibus, qui habentur in ſingulis Obſervantiæ Provincijs; & denique pro Seminarijs Miſsionum, quæ authoritate Sanctiſsimi D. N. Papæ Innocentij XI. erecta ſunt, & erigentur in poſterùm; conficiendæ autem, ut Opus hoc perfectum, completumque, evadat.

FINIS.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

CONSTITUTIONUM,
QVÆ PRÆSENTI IN COMPILATIONE DISPERSÆ CONTINENTVR, RERVMQVE, ET VERBORVM, ACCVRATISSIMVS INDEX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Numerus paginam; littera P. principium; M. medium; F. eiuſdem paginæ finem indicat.

Specialium præterea Conſtitutionum pro Indiarum Provincijs, & earum regimine, ſtatutarum, Brevis alter Index, immediatè poſt præſentem, ſeiunctim apponitur.

LITTERA A.

ABIURANTES de levi, vel de gravi, apud S. Inquiſitionis Officium, quibus (reſpectivè) pœnis in Ordine puniendi. Pag. 216. f.

ABSENTIA quænam excuſet à convocando vocem habentes. 289. m.

Abſentium vota ſuppleri non debet, ſub actus nullitate. 299. m. 342. m.

Abſolutio à cenſuris, & pœnis, quibus, & qualiter conceſſa. 93. m.

Abſolutio à caſibus reſervatis. Vide infrà in verb. *Caſus.*

Abſolutio ab excommunicatione, pro iniectione manuum violenta, quibus committitur, 94. m.

Abſolutionem Cenſurarum à ſe fulminatarum, quam, & qualiter, ſibi reſervare Prælati Regulares valeant. 90. f.

Abſolutionis forma, & preces ante Capitulares electiones præmittendæ. 361. 362.

ACCUSATORES falſi, vltra infamiæ pœnam, talione puniuntur. 225. m.

Accuſatorum nomina reis apud Nos non manifeſtanda, niſi, &c. 202. m.

ACTUUM legitimorum privatio. Vide infr. in verb. *Privatio.*

ADMINISTRATIO temporalis Conventuum qualiter Guardianis eorumdem commiſſa. 107. m.

Adminiſtratio temporalis Provinciæ, Miniſtro commiſſa, & qualiter. 110. p.

Adminiſtratio quævis fundorum, rerumve temporalium, Fratribus interdicitur, ſub pœna. 195. f.

AEDIFICIA Conventuum qualia eſſe, & fieri debeant. 101. f.

Digitized by Google

Aedificia Conventuum collapſa, vel collapſura, reparari negligentium Guardianorum pœna. 102. p.
Aedificia huiuſmodi conſtrui, vel deſtrui, nequeunt abſque Provincialis licentia. 102. f.
Aedificia per Prædeceſſorem inchoata Guardiani demolientis pœna. 102. f.
Aedificia nova, ſeu fundationes Conventuum admittendi facultas Provincijs conceditur. 103. p.
AMBITIOSI qua pœna mulctandi, 219. m.
AMICOS ad ſpirituales, qualiter, & quando, quomodo, & à quibus, pro pecunia recurrendum. 37. m.
Amicis ſpiritualibus qua circumſpectione, neceſsitate, & authoritate vtendum. 38. p. m.
ANNIVERSARIORUM liber à Guardianis habendus. 108. m. ſub pœna. 109. f.
ANNUALES redditus (etiam per Syndicos, Apoſtolicæ Sedis nomine) Minoribus interdicuntur. 45. p.
ANTECESSORIS exceſſuum Inquiſitio fieri non debet à Succeſſore Prælato, niſi, &c. 211. p.
APICES iuris à noſtris Iudicijs eliminantur. 201. p.
APOSTASIÆ pœna præſcribitur, ac eiuſdem aggravatio, pro reincidentia vſque ad tertiam vicem. 230. m. f.
Apoſtaſiæ vltra trimeſtre durantis pœna; & eiuſdem ſimiliter aggravatio vſque ad tertiam vicem. 231. p.
Apoſtaſiæ tempore Habitum deſerentibus præreceſitæ (reſpectivè) pœnæ duplicandæ. 231. m.
Apoſtaſiam quarta vice perpetrantes, vt *incorrigibiles* puniendi, & qualiter. 231. f.
Apoſtaſiæ Laicorum, & Clericorum nondum Sacerdotum, aliæ pœnæ ſuperadduntur. 231. m.
Apoſtaſiæ tempus elapſum ad præcedentiam non computatur. 231. m.
APOSTATÆ quinam cenſendi. 229. p.
Apoſtatæ excommunicantur Apoſtolicæ facultatis vigore. 228. m. f.
Apoſtatæ, per Guardianum, excommunicati denunciandi, & quomodo. 229. m.
Apoſtatæ revertentes, vel capti, qualiter abſolvantur, & carceri mancipentur. 229. m.
Apoſtatas quoſvis capiendi, & carcerandi, cuivis Prælato; imò & Fratri cuicumque ipſos capiendi facultas conceditur. 229. m. f.
Apoſtatæ alterius Provinciæ qualiter ad ipſam remittendi. 230. p.
Apoſtatarum capturæ Provinciales, & Guardiani invigilent, etiam per brachium ſæculare. 229. f.
Apoſtatas aliarum Provinciarum retinere, Provincialibus vetitum, ſub pœna. 230. m.
Apoſtatarum, & eorumd. qualitatum, à Provincialibus certiores reddendi Prælati Generales, & Officiales Romanæ Curiæ. 232. p.
Apoſtatis ad ſe perſonaliter accedentibus, quid facere Prælati Generales, & Officiales Romanæ Curiæ debeant 232. m. 255. m.
APPELLATIO quibus in cauſis admittenda. 204. m.
Appellatio in quibus interponi valeat, vel non. 204. f.
Appellatio à gravamine per diffinitivam irreparabile, eſt admittenda. 205. m.
Appellationes Fratrum a ſalutaribus, regularibuſque correctionibus, & punitionibus, illicitæ. 201. p.
Appellationi frivolæ non deferendum: & quænam ea ſit. 205. p. & ſeq. §.
Appellatione admiſſa, Iudex *à quo* quid agere debeat per reum, vel cum reo. 205. f.
Appellationis Iudex, niſi primæ inſtantiæ luſtrato Proceſſu, ad vlteriora minimè procedat, niſi, &c. 206. p. & §. ſeq.
Appellationem interponentibus indebitè, pœnæ duplum irrogandũ. 206. m.

Appel-

Appellationis nomine perſonaliter Superiores adiens, ſententia diffiniva non expectata (vel à gravamine legitima appellatione non facta) qualiter puniendus. 206. m.
Appellationis cauſa inter Partes (vbi committenda ſit) cui comiti debeat. 206. m.
Appellationem ad Diœceſanos, vel Sæcularium tribunalia, interponentium pœna. 207. f. 208. p.
Appellationis ordo gradatim interponendæ quiſnam ſervandus. 206. f. 207. p. m.
APPLICATIO Miſſarum qualiter à Sacerdotibus in Generali Congregatione, vel Capitulo, facienda. 371. m. 373. p.
ARBITRI Iudices, inter Sæculares, Fratres eſſe nequeunt, ſub pœna. 195. m.
ARBORUM inciſio, qua facultate fieri debeat, ſub pœna. 104. m.
ARCHIVARIUS Generalis ad Generale Capitulum, in Familia celebrandum accedat, relationes Provinciarum collecturus. 153. f.
Archivarius Gen. librum conficiat ex Actis, & Regeſtis Generalium Prælator. 154. p.
Archivarius G. Scripturas à Provincijs exigendi facultatem habet. 154. p.
Archivarij G. Scripturam aliquam legere, vel extrahi, permittentis, abſque Generalium licentia in ſcriptis, pœna. 154. m.
Archivarius G. quolibet triennio rationem cuinam reddere tenetur de Archivij ſtatu. 154. f.
Archivariorum G. ſubſidia, Officij duratio, & prærogativæ. 155. p. m.
ARCHIVIA GENER. duo habenda, alterum Matriti pro Ciſmontana, alterum Romæ pro Vltramontan. Familia. 150. p.
Archiviorum Gen. invicem Scripturæ communicandæ, & quomodo. 150. m.
Archivio G. quænam à Provincijs relationes, & quomodo tranſmittendæ. 150. & ſeqq.
Archivio G. qualis Religioſus, & à quo, præficiendus. Eius munus. 153. m.
ARCHIVIUM Provinciæ habendum, & quibus inſtruendum. 155. f. 156. p. m.
Archivij Provinciæ claves quibus concredendæ. 156. f.
Archivium Conventus quid continere debeat: eius cuſtodia. 157. p. m.
ARCTATIO, quænam apud nos pœna ſit. 216. m.
AUDITORES cauſarum in Generalibus Comitijs à Generali Miniſtro deputandi, & eorum munus. 359. m.

B.

BALLOTATIONIBUS, ſeu calculis, quænam electiones in Ordine fieri debent. 303. m. 304. m.
BARCHINONENSIA Statuta omnia, præſenti in Compilatione diſperſim continentur. 396. m.
BENEDICTA Nocturnum feria ſexta ante Sabbatum, Officio dup. non impeditum, vbique decantetur. 79. m.
Benedicta Nocturno omnes (quantumvis exempti) tenentur adeſſe. 79. f.
BENEFACTORUM inſignium liber habendus, & memoria recolenda. 84. f.
BIBLIOTHECA communis vbique Conventuum habenda; & qualiter. 147. m.
Bibliothecæ communes ex quibus eleemoſynis copia librorum reficiendæ. 147. f.
Bibliothecis applicatorum librorum, à Provinciali rationem Viſitatores exigere debent. 148. p.
Bibliothecarum libros alienantium, vel quoquomodo diſtrahentium, pœna. 148. f.
Bibliothecis quomodo libros extrahere liceat;

liceat; & ſecùs agentium, vel permittentium,pœna. 149. f.
Bibliothecæ præficiendus Bibliothecarius: & vbi præfectus non ſit,quinam præfecti intelligantur : eorumque qualitas,& munus. 149. m.
BIS-IUBILATI quinam dicantur, & eorum privilegia. 142. p.
Biſjubilationem adepturi,quænam præſtare debeant. Ibidem. f. (Vide infr. in verb. *Scriptores*.)
Biſjubilationi etiam computatur Moralis Theologiæ lectio. 145. p.
BURSARIUS. Vide infra verb. *Itinerantes*.

C.

CALCEAMENTORUM appellatione quid veniat. 60. m.
Calceamenta abſque manifeſta neceſſitate portantium pœna. 60. f. 61. p.
Calceamentis ex corio, pro Miſſarum celebratione,vtendum. 61. p.
Calceamenti nomine non veniunt aperta ſandalia,ſeu calepodia. 60. m.
CAMISIAS, vel ſudariola, abſque neceſſitate, ſimul & licentia, defferre, prohibitum, ſub pœna. 56. f. 57. p. 63. p.
CANTUM firmum, ſeu Gregorianum neſcientes, addiſcere compellantur. 76. p.
Cantus figuratus, vel fractus, apud Minores interdicitur,ſub pœna. 70. f.
CAPELLARUM, aut. Sepulturarum, proprietas, à Syndico, nomine Sedis Apoſtolicæ, transfertur, præhabitis tribus à Communitate Seſſionibus, de huiuſmodi iudicium latura. 44. f.
CAPITERGIA (vulgò *Solideos*.) Minoribus omninò prohibita. 56. f.
CAPITULUM GENERALE Ordinis à ſexennio in ſexennium (alternativè in vtraque Familia) omninò celebrandum. 339. m. & ſeq.
Capituli Generalis celebrandi locus. à Generali Miniſtro, cum Generali Capitulo deſignandus: & quo conſilio mutandus. 340. p.
Capituli Generalis Indictio, ſeu Litteræ convocatoriæ, quando, & quomodo expediendæ, ac in Provincijs publicandæ. 340. m. f.
Capitulo Gen. quinam accedere, & intereſſe, Vocales teneantur,ſub pœna. 341. p.
Capituli Generalis ſolemnitates, atque functiones, quænam: quando incipiendæ, & terminandæ. 343. m. & ſeqq.
Capitulo in Generali quiſnam conſeſſus ordo, & præcedentiæ, inter Vocales obſervandus. 346. p.
Capitulo Generali præſidere debet Generalis Miniſter;& quinam,eo impedito. 357. m.
Capituli Generalis functiones, & Acta, non ſunt ob non acceſſum aliquot Vocalium differenda. 357. m.
Capitulo in Generali quænam agenda ante Electiones. 357. m. vſque ad 359. f. Quænam poſt ipſas vſque ad finem 366. f. & ſeqq.
Capitulo in Generali, Cauſarum Auditores à Generali Miniſtro deſignandi. 359. m.
Capituli Generalis Tabula conficienda, & quomodo. 368. f.
Capitulorum Generalium Patronatus fundatio, & eius onera. 370. p. & ſeqq.
CAPITULUM Provinciale quando celebrari debeat regulariter. 376. m.
Capitulum Provinciale fieri nequit ſine prævia Generalis Viſitatione. 271. p.
Capitulum Provinciale abſque Prælato Generali, eiuſve Delegato, celebratum, irritum, & inane. 376. m.
Capitulum Provinciale poteſt à Generali Prælato, ex Apoſtolica Conſtitutione per ſex menſes vltra phyſicum triennium prorogari; & per totidem retrotrahi, ſeu anticipari, ex Ordinis diſpoſitione ſtatutaria. 376. m.

Ca-

Digitized by Google

Capitulum Provinciale celebrari poteſt, mortuo Provinciali Miniſtro poſt Officij completum biennium ab eius electionis Capitulo. 376. f.
Capituli Provincialis convocatoriæ litteræ à quo, & qualiter expediendæ. 377. p.
Capitulo Provinciali quinam convocandi; & non accedentium pœna. 377. m. f.
Capituli Provincialis loco quo die accedere debeant qui ſunt de corpore Diffinitorij: & quo cæteri Vocales. 378. p. m.
Capituli Provincialis litterales functiones, ac ſolemnitates; theſiumque defenſandarum numerus. 381. p.
CAPITULI CONVENTUALIS, ſive culparum, finis, & vtilitas. 99. f.
Capitulum culparum ſolemniter, & non ſolemniter celebrandi, modus, & forma; tempuſque: & Guardiani omittentis pœna. 99. f.
CAPUTIUM ab exteriori tunica non deſuendum, ſub pœna. 57. m.
Caputium quam habere formam debeat. 59. m.
CARCERIS pœna quid ſit: ob quæ, & à quibus inffigi valeat. 213, f. 214. p. m.
Carceris pœna ſecum trahit actuum legitimorum privationem triennalem. 214. p.
Carcer in vnoquoque Conventu habendus, & qualis. 214. m.
Carcere conſtitutorum fugæ faventes, qualiter puniendi. 214. m.
Carcere conſtitutis, quænam adminiſtranda Sacramenta, qualiter, & quando. 215. p.
Carceris perpetui pœna quænam: quatenùs mitiganda; & quibus adhibenda. 216. f. 233. p. 227. p. 235. f.
Carceribus perpetuis ex miſericordia liberati, qualiter remaneant. 217. m.
CASTITATIS eminentior gradus ex Regula Fratribus Minoribus iniungitur: eius exhortatio, & mandatum de tranſgreſſoribus puniendis. 35. p. m.
Caſtitatis tranſgreſſores qualiter puniédi. 225. f.
CASUS, in Ordine reſervati connumerantur. 88. m.
Caſus ſibi quoſnam reſervare Prælati Generales, & Provinciales, poſſint. 89. f. 90. p.
Caſuum reſervatio nunquam abrogata: contrarium aſſerentiũ pœna. 89. m.
Caſuum quorumcumque abſolutio reſervari poteſt à Capitulis abſque reſtrictione, & reſpectivè. 89. m.
Caſuum reſervatorum abſolutio quibus intra Ordinem commiſſa. 91. m.
Caſuum abſolutio Vicarijs etiam commiſſa eſt, abſente Guardiano. 91. f.
Caſuum reſervatorum abſolutio, quot, & quibus in vnoquoque Conventu Fratribus à Provinciali committenda. 91. f.
Caſuum reſervatorum elargiri non valet abſolutio, virtute Cruciatæ. 92. f.
Caſuum abſolutionem abſque authoritate impertientium, idque licere affirmantium, pœna. 92. p.
Caſibus à reſervatis abſolvendi authoritas quandiu duret. 92. m.
CASUUM conſcientiæ Lector. Vide infr. verb. *Lector.*
CAUSAS omnes (adhuc in prima inſtantia, & re non integra) Generalis Miniſter ad ſe poteſt advocare. 210. m. f.
Cauſarum primæ inſtantiæ ad Provinciales attinent. 412. f.
Cauſæ criminales. Vide infr. verb. *Proceſſus.*
CELLARUM quales eſſe debeant fabricæ, ſeu ſtructuræ. 102. p.
Cellarum cuiuſque ſuppellectilis liber habendus. 109. Sub pœna. Ibid. f.
Cellas Fratrum viſitare Guardianus, & Provincialis, quoties, & quando teneantur. 54. f.
CENSURARUM abſolutionem à ſe fulminatarum, quam, & qualiter, ſibi reſervare valeant Prælati. 90. f.

Cen-

Cenſurarum, & pœnarum, abſolutio qualiter, & quibus, in Ordine conceſſa. 93. m.
Cenſurarum abſolutionis huiuſce privilegijs per communicationem, qua circumſpectione vtendum. 94. p.
CIPPI, eleemoſynarum cauſa, noſtris in Eccleſijs interdicuntur. 40. m.
CISMONTANA noſtra Familia quot in Nationes dividatur. 238. f.
CLAUSURA Monialium. Vide in verb. *Moniales*.
COLLIGATIONES pro ſuffragio facientes, puniuntur. 221. p.
COMEDERE extra Conventum (etiam apud Moniales) nemini Fratrum liceat, niſi, &c. 172. m. 174. f.
COMOEDIAS agere, vel iiſdem intereſſe, vetitum. 126. m. *Vide in verb.* Repræſentatio.
COMMEMORATIONES SS. PP. Franciſci, & Dominici, quando facienda. 79. f.
Commemorationes poſt Completorium faciendæ præſcribuntur. 80. p.
COMMISSARIJ Generalis Familiæ inſtitutio, & neceſsitas. 244. m.
Commiſſarij G. electio qualiter, & à quibus in Capitulo Generali facienda. 366. p.
Commiſſarij G. authoritas, & Generali Miniſtro ſubiectio. 244. f.
Commiſſarij G. iuriſdictio, præſente Generali Miniſtro, non impeditur. 245. p.
Commiſſarius G. Familiæ ipſam viſitare teneatur. 245. m.
Commiſſario Generali Familiæ Secretarium vnum habere permittitur. 245. m. (*Hic, iuxta præſentem Compilationem, precedere videtur ex antiqua Conſtitutione Toletan. de ann. 1583.* * *Videatur Generale Statutum Toletan. anni 1673. nume. 11. §. Attenta, &c. Vbi ſecùs aliter cautum apparet.*)
Commiſſarij G. Familiæ duratio, ſyndicatio, & Succeſſoris electio. 245. m. & 375. m. 376. p.
Commiſſarij G. Familiæ, Officio functi privilegia. 245. m.
COMMISSARIJ Generalis INDIARUM inſtitutio, & neceſsitas. 247. p. & 403. p.
Commiſſarius G. Indiarum Generali Miniſtro ſubeſt. 247. m. 406. m.
Commiſſarij G. Indiarum authoritas. 403. & ſeqq. Præeminentiæ, ac privilegia. 405. & ſeqq.
Commiſſarius G. Indiarum extra Nationem ad Generalia Comitia diſceſſurus, conſenſu Regij Senatus indiget. 406. m.
COMMISSARIUS Generalis Delegatus quis dicatur. 247. f.
Commiſſarius G. Delegatus à quo, quibus in caſibus, & qua cum authoritate inſtituendus. 248. p. m.
Commiſſario G. Delegato, ſi Generalis Miniſter obeat, neque Sigilla Ordinis competere, neque Vicarij Generalis electioni præſidere, declaratur. 327. p. m.
Commiſſario G. Delegato nulla authoritas præter delegatam, Et quouſque ſe extendat, mortuo Delegante. 248. f.
COMMISSARIJ G. Nationales quinam dicantur: & inſtitutionis eorum ratio. 249. m.
Commiſſarios Nationales quoſcumque Generalis Miniſter inſtituat, & qualiter. 249. f. 250. m.
Commiſſarij G. Nationales, vtrarumque Indiarum, tres ſunt à Generali Miniſtro inſtituendi; duo pro novæ Hiſpaniæ, & Regni Peruani (*de his vide fol.* 409.) tertius pro Indiæ Orientalis Provincijs. 249. m. 409. cum ſeqq.
Commiſſarij Nationales Germano-Belgici, duo per Generalem inſtituendi Miniſtrum, alter pro Germano-Belgica Natione, alter pro Germania ſuperiore. 250. m.
Commiſſarij Gener. Germano-Belgicus, & Germaniæ, quam authoritatem

tatem habeant. 250. m. f. 251. p.
Commiſſarijs Germano-Belgico,&Germaniæ,triennali functis Officio,nulla remanent privilegia. 251. m.
Commiſſarij Germano-Belgicus, & Germaniæ, rationem Generali Miniſtro ſingulis annis reddant, & de quibus. 251. p.
COMMISSARIUS Curiæ Romanæ. Vide *Officiales Curiæ.*
COMMISSARIUS Curiæ Matritenſis à quo,& qua cum facultate inſtituendus. 258. p. m.
Commiſſarius Curiæ Matriten. ne Fratres ad eam negotiorum cauſa accedant,invigilet. 258. m.
Commiſſarius Matriten. apoſtatas capiat, & carceret, ac apud Sæculares manentes Fratres ad Conventum reducat. 258. f.
Viſitatores quibus vti ſocijs, & qualiter vtrique ſe gerere debeant. 271. f.
Viſitatores commiſsionem non exerceant, niſi intimatis litteris, & accepto ſigillo. 272. p.
Viſitatores ea ſolerter exequantur, quæ ſub §. *De Viſitatione* (Pag. 196.) præſanciuntur. 272. m.
Viſitatoribus quoquomodo reſiſtentium, non obedientium, vel rebellantium, pœna. 272. p.
Viſitatorum decreta, & mandata alterari, ſuſpendi, vel impediri nequeunt, ſub pœna. 199. p. 272. f.
Viſitatores quænam in Provincijs decernere, & agere valeant. 198. f.
Viſitatores quas ferre ſententias per ſe valeant. 209. p. Vide ſupr. in verb. *Sententia interlocutoria.*

Viſitatoribus quidnam circa Provinciæ regimen immutare vetitum. 273. p. m. f.
Viſitatoribus inhibita non conceduntur per apponi ſolitam clauſulam *Cum plenitudine poteſtatis*. 274. p.
Viſitatores quibus Provinciæ Diffinitorijs præſidere valeant, cum voto conſultivo & deciſivo. 274. p.
Viſitatoribus, in quibus conceditur, aut denegatur votum electivum. 274. m.
Viſitator ex eadem aſſumptus Provincia, in illius Provincialem Miniſtrum eligi non poteſt. 274. f.
Viſitatores incœptam Viſitationem proſequi valent, mortuo delegante. 275. p.
Viſitator antequàm Guardianos convocet ad Capitulum, eorum loco Præſidentes Conventuum inſtituat, & qualiter. 293. f.
Viſitatorum authoritas quamdiù duret, celebrato Capitulo. 275. m.
Viſitator aliquis extraordinarius, à Generalibus mitti non debet in Provinciam, niſi &c. 275. ibid.
VITA communis, Ordinis, in quibus conſiſtat. 121. f.
Vitam communem ſequi tenentur Superiores omnes, & cæteros ad ſequendum compellere, ſub pœna. 122. p. m.
Vitam communem aſſequi nequeuntes ad Prælaturas non aſſumendi; & aſſumptorum electio irritanda. 574. m. 307. f. 308. p. m.
Vitam communem obſervare Superiores non valentes, ab officijs abſolvantur; & quando. 122. m.
VOCALES ad Generale Capitulum quinam accedere teneantur. 341. p. Et quinam ad Provinciale. 377. m.
Vocalibus aliquot ad Generale, vel Provinciale Capitulum non accedentibus, functiones, & Acta Capitularia non differuntur. 357. m. 377. f.
Vocalibus ad Generale Capitulum ituris expenſæ ſubminiſtrandæ, & qualiter. 342. f.
Vocalibus Capituli Generalis, eò Procuratores mittere, vel inſtituere, prohibetur. 341. f.
Vocales titulares conſtituere prohibitum, ſub actus nullitate, & pœna. 299. m.
Vocalium legitimatio qualiter in Generali Capitulo præmittenda. 359. f. Et qualiter habilitatio. 361. p.
Vocalibus ad Generale Capitulum profectis, & abſentibus, nihil in Provincijs innovandum, niſi &c. 343. p. m.
VOTA, ſive ſuffragia, voce tenus ferenda, aut ferri ſolita, à iunioribus incipiant. 380. prope fin.
Vota abſentium ſuppleri non debent, ſub actus nullitate. 299. m. & 342. m.
Votum de non ambiendo, procurando, vel acceptando Archiepiſcopalem, Epiſcopalem & huiuſmodi Dignitates, Miniſter Generalis recens electus emittere tenetur. 364. m.
VSUS facti ſolius in rebus, Fratribus permiſſus. 36. p.
Vſus rerum tantummodò moderatus Minoribus licet. 53. p.
Vſus ornamentorum pretioſiorum quatenùs liceat. 52. f.
Vſus moderatæ ſuppellectilis, & vtenſilium, à Prælato librandus 53. m.
VTENSILIUM pretioſa quæque ſuppellex, Fratribus Minoribus interdicta. 53. m.
Vtenſilia apud Sæculares, cuſtodiendi cauſa, deponentium pœna. 54. m.
VULNERANTES manu, vel inſtrumento, qualiter puniendi. 227. m.

Z.

ZELATORES Regularis Diſciplinæ ſeſe verbis, & factis non exhibentes, ad Officia Ordinis inhabiles cenſendi. 67. p.

STATU.

Digitized by Google

STATUTORUM GENERALIUM,

PRO INDIARVM OCCIDENTALIVM PROVINCIJS, præſentem iuxta Compilationem, editorum INDEX.

Numerus paginam; P. principium; M. medium; F. finem eiuſdem paginæ deſignat.

LITTERA A.

ABBATISSÆ Monaſteriorum Indiarum, quæ bienniuṁ integrum in eiuſmodi Præfectura non expleverunt, eidem annexa privilegia non adipiſcuntur. Pagin. 436. p.

ALIMENTA Sæcularium, quæ vel educationis cauſa, vel aliàs apud Monialium Conventus immorantur, minuere, aut minui permittere, Provincialibus Indiarum, & Abbatiſsis, interdicitur, ſub pœna. 433. m.

C.

CAPITULA Indiar. Provincialia ſi ob Commiſſariorum Generalium diſtantiam, & difficilem ad eos recurſum, vltra triennium ac ſemeſtre protrahenda eſſe contigerit; à quo celebranda ſunt, & præſidenda. 425. f. & ſeq. p.

CAUSARUM cognitio in prima inſtantia Commiſſarijs Novæ Hiſpaniæ, & Regni Peruani, interdicitur, niſi &c. 412. f. Vice Commiſſarijs abſolutè. 417. p.

Cauſas, Proceſſusve, contra ſubditos fulminatos Commiſſarij Gen. novi Orbis reſervare nō poſſunt vltra ſemeſtre poſt finitam Viſitationē. 411. p.

Cauſas decidere, niſi cum integro Definitorio, Vice-Commiſſarijs Gen. novi Orbis interdictum. 416. f.

COMMISSARIJ GENERALIS Indiarum, in Catholici Regis Curia reſidentis, inſtitutio, & neceſsitas. 247. p. 403. p. 405. m.

Commiſſarius Generalis Indiarum Generali Ordinis Miniſtro ſubijcitur. 247. m. 406. m.

Commiſſarij Gen. Indiar. authoritas, & poteſtatis plenitudo, ad quæ ſe extendat. 403. & ſeqq. 405. p.

Commiſſarij Gen. Indiar. præeminentiæ ac privilegia. 405. & ſeqq. Secretarius, & Socij. 406. f.

Commiſſarius Gen. Indiar. extra Nationem ad Generalia Comitia diſceſſurus, conſenſu Regij Indiarum Senatus indiget. 406. m.

Commiſſario Generali Indiarum quando competat Ordinis habere ſigillum, convocare, & præſidere electioni Vicarij, aut Vice-Commiſſarij Generalis. 406. m.

COMMISSARIJ Generales Nationales Novæ Hiſpaniæ, & Regni Peruani, à quo conſtituendi & eligendi ſunt: ac inſtitutionis eorum ratio. 409. p.

Commiſſariorum eiuſmodi Gen. Novi Orbis authoritas eſt ordinaria quantum ad ea, quæ per Generalia Ordinis Statuta eis conceduntur: alioquin, delegata authoritate operantur. 409. f. & ſeq.

Commiſſarijs Novæ Hiſpaniæ, & Peruan. limitata eſt authoritas ordinaria concedendi ſuffragium, in electionibus, Viſitatoribus à ſe deſignatis. 409. f. (*Obſervetur marginalis annotatio huiuſce Conſtitutionis.*).

Commiſſarij Novæ Hiſpaniæ & Peruan. Capitula per ſex menſes vltra triennium prorogare, & per totidem ea mẽſes anticipare, poſſunt. 411. m.

Commiſſarij Novæ Hiſpan. & Peruan. poſſunt & Fratres ex vna ad aliam Indiar. Provinciam transferre; & incorrigibiles eijcere 411. f.

Commiſſarijs Novæ Hiſpan. & Peruan. quænam prohibeantur. 412. m. f. 413. & 414. per tot.

Commiſſarij Novæ Hiſp. & Peruan. rationem ſingulis annis reddere debent tàm Generali Ordinis Miniſtro, quàm Commiſſario Generali Indiarum in Catholici Regis Curia reſidenti; & de quibus. 411. m.

Commiſſarij Novæ Hiſpaniæ & Peruan. ſingulas luſtrare diſtricti ſui Provincias, & earum Capitulis intereſſe, & præſidere, debent. 411. p.

Commiſſarij Novæ Hiſpaniæ, & Peruan. nequeunt amovere Provinciæ Viſitatorem à Prædeceſſore inſtitutum. 416. f.

Commiſſariorum Novæ Hiſpan. & Peruan. duratio: Officio functorum privilegia, & conditiones ad ea obtinenda prærequiſitæ. 410. m. & f.

Commiſſariorum huiuſmodi defunctorum ſpolia quibus, & qualiter tranſmittenda. 420. m.

Commiſſariatu Novę Hiſp. vel Peruan. per mortem vacante, Vice-Commiſſarius eligendus; qualiter, & à quibus: & eiuſmodi Vice Commiſſariatus duratio. 415. p. & ſeqq.

Commiſſarij Novæ Hiſpan. & Peruan. qua facultate indigeant, ad Hiſpaniæ partes reverſuri: & quouſque inibi expectare debeant. 413. f.

COMMISSARIJ Viſitatores Indiarum. Vide infr. verb. *Viſitator.*

COMMISSARIJ Miſsionum Indiarum qualiter; & à quo deſignandi; eorumque munus. 427. p. m.

Commiſſarij Miſsionum, commiſsionis ſuæ litteras Provinciarum Miniſtris exhibeant, ante quàm illam exerceant. 427. p. m.

Commiſſarijs Miſsionum quænam prohibeantur erga ſibi commiſſos Fratres Miſsionarios. 428. m.

CONFESSORES Fratrum, & Sæcularium (ſervatis ſervandis) inſtituendi facultatem habent Commiſſarij Generales Indiarum. 403. m.

CONGREGATIONIS intermediæ Præſidem amandare nequeunt Commiſſarij Novæ Hiſpaniæ, & Peruan. niſi &c. 414. f.

Congregationibus intermedijs Præſides à Generalibus Indiar. Commiſſarijs delegari ſimiliter nequeunt, niſi &c. 426. m.

Congregationes intermedias quando ſe ſolis indicere, & celebrare valeant Miniſtri Provinciales Indiarum. 419. m.

CONVERSIONES Indorum. Vide infr. verb. *Doctrinæ*, & *Doctrinantes.*

CRIMINOSOS erga Fratres ab Indijs reverſos quidnam agere debeat tàm Generalis Indiarum Commiſſarius,

rius,quàm Provinciales,ad quos ipſe Fratres huiuſmodi deſtinaverit. 404. p. (*Vide & pag. 419. f.*)

CUSTODES in Indiarum partibus ad Generale Capitulum quibus præditi qualitatibus aſſumendi: quo præmiſſo ab Electoribus iuramento eligendi: eorumque vox in Generalibus Comitijs. 422. p. (Vide infr. verb. *Diffinitor.*).

Cuſtodibus Indiarum quænam conſeſſus præcedentia competat, ad Hiſpaniæ Provincias accedentibus. 422. f.

Cuſtodes, ac cæteri Indiarum (etiam Orientalium) Vocales, tales permanent cum voce activa, & paſsiva in Capitulo Generali, etiamſi hoc prorogetur ad poſt finitum Cuſtodiatum, & celebrationem Provincialis Capituli. 422. f.

Cuſtodum ex Indijs abſque cauſa Generali Capitulo non accedentium pœna. 423. m.

Cuſtodibus Indiarum in itinere decedentibus, alteri ſuffragium committere, vetitum 422. m.

Cuſtodum Indiarum proprijs in Provincijs prærogativæ. 423. m. Ad eis gaudendum non egent conditionibus, quas lex in Prominiſtris deſiderat. Ibid. f.

Cuſtodibus Indiarum, qui in Generali Capitulo ſuffragium tulerunt, ad proprias Indiarum reverſi Provincias, vox activa, & paſsiva conceditur in earumdem Capitulo immediatè celebrando. 423. p.

D.

DELINQUENTES erga Fratres, ex Indijs regreſſos, quid agere debeat, tàm Generalis Indiar. Commiſſarius, quàm Provinciales ad quos idem Commiſſarius eos deſtinaverit. 404. p. (*Vide & pag. 419. f.*)

DIFFINITOR in Indiar. Provincijs eligi nequit in Cuſtodem ad Capitulum Generale, nec ad alium finem. 422. m.

Diffinitorum electioni apud Indos quodnam ab electionibus præmitti iuramentum debeat. 425. m.

Diffinitor Recollectus in Indiar. Provincijs non eligendus, quandocúque earumdem Miniſter, aut Cuſtos, ex Recollectis aſſumitur. 433. p.

DISPENSATIONES in Statutis Provinciarum fieri nequeunt à Commiſſarijs Novæ Hiſpaniæ, & Peruan. niſi de totius Diffinitorij conſenſu. 413. m.

Diſpenſationes in Recollectorum Statutis per Provinciales Indiarum Miniſtros, ac Viſitatores, fieri prohibentur. 433. p.

DOCTRINÆ (ſeu Indorum converſiones) à Fratribus noſtris retinendæ, & eis invigilandum. 431. p.

DOCTRINANTES Fratres in Doctrinarum ſibi commiſſarum locis ne ſoli commorentur, ſed cum ſocijs. 431. m.

Doctrinantes, vbi Doctrinarum loci ſunt prope Conventus, in Conventibus habitare teneantur, niſi &c. 431. m.

Doctrinantes nulli omninò inſtituendi, vel deſtinandi, niſi qui territorij illius Indicum idioma probè norint. 431. f. (*Vide & §. ſeq.*)

Doctrinantibus oblationes pecuniariæ quæcumque recipere vetitum, ſub pœna. 432. m.

Doctrinantes non alij, nec aliter deſtinandi; niſi qui examini ad huiuſmodi munus exponuntur, ſub pœna. 432. m.

Doctrinantes à Provinciæ Diffinitorio inſtituti, & deſignati, nequeunt niſi per Diffinitorium amoveri, & qualiter. 432. m.

DOTES Monialium imminuere (aut Sæcularium apud ipſas degentium alimenta), Provincialibus Indiarum,

&

& Abbatiſsis, interdicitur, ſub pœna. 433. m.
Dote carentem fœminam nullo ſub prætextu Indiarum Provinciales in Monialem recipiant, niſi &c. 433. f.

E.

ELECTIO Vice-Commiſſariorum Novæ Hiſpaniæ, & Peruan. ob Commiſſariorum vacantiam, qualiter, à quibus, & quo ſub Præſide, fieri debeat. 415. p. & ſeqq.
Electionibus Miniſtri Provincialis, Cuſtodis, Diffinitorumque & Guardianorum, quodnam apud Indos iuramentum ab Electoribus, iuxta Apoſtolicam Conſtitutionem, adhibendum. 425. m.
Electio ad quænam Ordinis officia fieri non poteſt de Commiſſariorum Novæ Hiſpaniæ, & Peruan. Socijs (quos ſecum ex Hiſpania deferunt.) niſi poſt incorporationis ſexennium, ſub pœna. 413. m.
Electurorum ſubſcriptiones pro cuiuſquam electione expoſcere, Commiſſarijs Novæ Hiſpaniæ, & Peruan. Viſitatoribuſque ab eiſdem delegatis, inhibetur, ſub pœna. 412. m.
ELEEMOSYNARUM à Rege Catholico ſingulis annis oblatarum diſpoſitioni, Commiſſarij Novæ Hiſpaniæ, & Peruan. ac Provinciales Miniſtri, ne ſe ingerant. Et quid ſuper hoc facere valeant. 413. p. 418. m.
Eleemoſynæ pro Vocalibus Indiar. ad Capitulum Generale. Vide *Subſidia*.

G.

GUARDIANORUM vacantium electiones, per Diffinitorium extra Capitulum faciendæ, impediri nequeunt à Commiſſarijs Novæ Hiſpaniæ, & Regni Peruani. 413. f.
Guardianorum electioni quodnam ab Electoribus iuramentum, apud Indos, præſtandum. 423. m.

H.

HABILITANDI ad Ordines Fratres ſibi ſubditos, quique ad Indos ex Hiſpania tranſeunt, facultatem habet Commiſſarius Generalis Indiarum. 403. m.
HISPALENSIS Indiarum Vice-Commiſſarius. Vide infr. *Vice-Commiſſar.*

I.

IMPEDIENTES Fratrum quorumcunque tranſitum ad Indiarum partes, Apoſtolico decreto excommunicantur, & à Generali Indiarum Commiſſario puniri poſſunt. 404. p.
INCORPORATIO Fratrum in ſibi ſubiectis Provincijs, Commiſſario Generali Indiarum competit. 403. f. 428. m.
Incorporatio in Indiar. Provincijs fieri non poteſt à Commiſſarijs Novæ Hiſpaniæ, & Peruan. de eorum Secretarijs, vel Socijs. 414. m. 430. p. Niſi &c. 430. m.
Incorporationes Fratrum in Provincijs Indiarum qualiter fieri debeant reſpectu eorum, qui ibidem nati, vel profeſsi, ad aliam transferuntur, ſub pœna. 429. p.
Incorporationi prærequiſitis haud indigent Miſsionarij Fratres, qui ad Indiarum Provincias ex Hiſpania mittuntur: in eiſdem ſiquidem, reſpectivè, eo ipſo incorporati manent, & officiorum capaces. 429. m.
Incorporationis cauſa, vel alias quomodolibet, ad aliam quam ſibi deſtinatam Indiarum Provinciam, Miſſionariorum Fratrum ſeſe transferentium, ac eoſdem recipientium, pœna præſcribitur. 429. f.

In-

Incorporatio nullatenus fiat apud Indos de eo, qui in duabus anteà Provincijs incorporatus tertiam expoſcit, niſi tràſacto quinquenio. 430. m.
Incorporatio in Indiar. Provincijs ne fiat de Fratre, qui ob particulare negotium eò perrexit. 430. f.
INCORRIGIBILIUM expellendorum facultas tàm Commiſſarijs Novæ Hiſpaniæ, & Peruano, quàm ab eis deſignatis Viſitatoribus, conceſſa, & qualiter. 411. f.
INSTANTIÆ primæ cauſarum cognitio. Vide *Cauſa*.
IURAMENTUM coram Chriſti Domini Crucifixi Imagine ab Electoribus Miniſtri Provincialis, Cuſtodis, Diffinitorum, & Guardianorum, reſpectivè, præſtandum in Indiarum Provincijs, de melioribus eligendis. 425. m.

L.

LAICI ad Clericatum promoveri, abſque ſpeciali vel Sedis Apoſtolicæ, vel Capituli Generalis licentia, nequeunt, ſub pœna Commiſſarijs Novæ Hiſpaniæ & Peruan. ſpecialiter irrogata. 414. f.
LINGUÆ Indicæ ſtudia in vniuſcuiuſque Indiarum Provinciæ principalioribus Conventibus erigenda: Lectoreſque eidem docendæ, & ſtudentes addiſcendæ, deſignandi. 431. m.

M.

MINISTER Provincialis in Indiarum partibus eligendus, alumnus eſſe debet illius Provinciæ, ad cuius Miniſteriatum aſſumitur. 417. m.
Miniſtros in Provinciales quinam eligi nequeunt apud Indos, niſi &c. 417. m. Qualiter eligendi, & quo præmiſſo ab Electoribus iuramento. 425. m.
Miniſtri Provinciales Indiarum qualiter Novitios accipere valeant ex natis in Hiſpania. 418. p.
Miniſtri Provinciales Indiar. quænam ad Prælatos Generales ratiocinia mittere teneantur. 419. p.
Miniſtri Provinciales Indiar. pro quibus negotijs, & qualiter, ad Catholici Regis Curiam Procuratores Fratres amandare valeant: & quid eiuſmodi Fratribus interdictum, ſub pœna. 418. m. f.
Miniſtri Provinciales Indiar. quando, ſe ſolis, Congregationem intermediam indicere, & celebrare, valeant. 419. m.
Miniſtri Provinciales Indiarum qualiter ſe gerere debeant erga incorrigibiles, aut ſcandaloſos Fratres exilio damnatos. 419. f.
Miniſtris Provincialibus Indiar. omnino interdicitur de Commiſſarior. Novæ Hiſpaniæ, & Peruani defunctorum ſpolijs quicquam diſponere: & quid ſuper hoc eis iniungatur. 420. m.
Miniſtro Provinciali apud Indos vita defungente, cui competat habere ſigilla, convocare, præſidere, & ſuffragari in electione Vicarij Provincialis. 420. m.
Miniſtris Provincialibus Indiar. ad Hiſpaniam venientibus, quænam privilegia debeantur, remiſſivè. 419. m.
MISSIONARIJ (ſeu Fratres ad Indorum converſiones mittendi) ne mittantur, niſi in eo numero, & quos Regius Indiarum Senatus deſignaverit. 426. f.
Miſsionarij Fratres ad Indiarum partes cogendi, aut compellendi non ſunt, ſed in neceſsitatis eventu per Miſsionum Commiſſarios adhortandi. 427. p.
Miſsionarios aliquot, vel aliquem in particulari, ad Indos amandare per ſe non poteſt Commiſſarius Generalis Indiarum: & ad quoſnam eiuſ-

eiuſmodi facultas attineat. 427. m.
Miſsionarij quo prævio de idoneitate teſtimonio,& à quibus,ad Indiarum partes amandari valeant: Et quinam idonei abſque eiuſmodi teſtimonio cenſendi,niſi &c. 427. f. 428. p.
Miſsionarios inter, ne recipiantur pœnitentiati Fratres, vel brevi puniendi. 428. m.
Miſsionarij, qui ad Indiarum partes è Conventibus iam egreſsi, ab incœpto abſque rationabili cauſa deſtiterunt, qualiter puniendi;& quid inſuper agendum. 428. f.
Miſsionariorum Fratrum ad aliam Indiarum Provinciam,quàm ſibi deſtinatam,ſeſe conferentium, & eos admittentium,pœnæ. 429. f.
Miſsionibus Indiarum adſcribi volentes à Prælatis ne impediantur, vel à quovis alio inferiori,ſub inobedientiæ pœna. 428. m. (*& alijs, vt in pagin.* 403. *f.*)
Miſsionum Indiar. Commiſſarius. Vide ſupr. verb. *Commiſſar.*
MONIALIUM nova Monaſteria apud Indos admitti nequeunt abſque Generalis Capituli licentia. 433. m.
Monialium dotes imminuere (Sæculariumve apud ipſas degentium alimenta) tàm Indiarum Provincialibus,quàm Abbatiſsis,& Monaſteriorum Diſcretis, interdicitur, ſub pœna. 435. m.
Monialium numerus pro quolibet earum Conventu ab Indiar. Provincialibus taxandus, & qualiter. 434. m. Taxationis huiuſmodi triplex exemplar conficiendum & aſſervandum. *Ibid.* Præmiſſa non exequentium pœna. 435. p.
Monialium numeri taxatio de decennio in decennium ab Indiarum Provincialibus renovanda. 435. p.
Monialium vltra taxatum numerum nulla recipienda, niſi ex diſpenſatione, & gravi cauſa, ac eleemoſyna dotali duplicata. 434. f.
Aliter recipientium pœna. 435. p.
Monialium tertia germana ſoror quibus prærequiſitis conditionibus (intra, vel extra numerum) recipienda; ſub pœna. 435. m.
Monialium Indiar. Abbatiſſæ, quæ in eiuſmodi officio biennium integrũ non expleverunt,eidem annexis privilegijs gaudere prohibentur. 436. p.
Monialibus Diſcalceatis Hiſpaniarum duas in vnoquoque Monaſterio Laicas, ſive Converſas, in obſequium Communitatis, admittere permittitur;dummodo &c. 435. f.
Moniales Indiarum per Generales Monialium Ordinis totius Conſtitutiones Romanas anni 1639. gubernandæ; eiſdem intimandæ,& exemplaria in ſingulis earumdem Monaſterijs habenda. 434. p.

N.

NOVAE Hiſpaniæ Commiſſarius. Vide ſupr. verb. *Commiſſarius.*
NOVITIOS recipiendi ad Habitum in iuriſdictionis ſuæ Provincijs facultatem habet Commiſſarius Generalis Indiarum, etiam commiſsivam. 403. f.
Novitios, ex natis in Hiſpania, qualiter apud Indos à Miniſtris Provincialibus recipi valeant. 418. p.

O.

OFFICIA,aut Dignitates obtinere apud Indos non poteſt Frater ex Hiſpania miſſus in ea Provincia, ad quam ſeſe contulerit, vltra ſibi deſignatam. 431. p.
ORDINES ad ſuſcipiendos habilitandi facultas Generali Indiar. Commiſſario pro ſibi ſubiectis Fratribus, & ijs qui ad Indos ex Hiſpania tranſmittuntur, eſt commiſſa. 405. m.

PERVA-

LITTERA P.

PERUANI Regni Commiſſarius. Vide ſupr. verb. *Commiſſar.*

POENA privationis activæ ſeu paſsivæ vocis, aut alia quævis, à Novæ Hiſpaniæ, & Peruan. Commiſſarijs, eorumque Viſitatoribus, irrogari non poteſt ante vel poſt Miniſtri Provincialis electionem, niſi confecto Proceſſo, auditiſque rei defenſionibus; ſub officij privationis pœna. 412.m.

PREDICATORES inſtituendi facultas Generali Indiar. Commiſſario erga ſibi ſubiectos Fratres committitur. 403.m.

PRÆSIDENTES Convětuum quamdiu durare valeant vltra præſcriptum in Ordinis Conſtitutionibus ſemeſtre, Capitulis Provincialibus Indiarum determinandum committitur. 426. m.

PROCESSUS criminales. Vide ſuprà in verb. *Cauſæ.*

PROCURATORES particulares quaad Regiam Curiam ab Indiarum Provincialibus mitti valeant: & quid eiuſmodi Procuratoribus inhibeatur, ſub pœna. 418. m. f.

PROFECTIONES Fratrum ad Indiar. Provincias. Vide ſupr. verb. *Miſsionarij*, & infr. verb. *Tranſitus.*

PROMINISTROS ad Generale Capitulum ſuo nomine mittere poſſunt Miniſtri Provinciales Indiarum: & quænam eiſdem in eo vox. 424. p.

Prominiſtri Indiarum quales eligi debeant, & qualiter, remiſsivè. 424. m.

Prominiſtri & Vocales Indiarum (etiam Orientalium) ad Generale Capitulum, in eo ſuffragium habent, etiam ſi prorogari contingat poſt cuiuſque eorum Provinciæ celebratum Capitulum. 422. f.

Prominiſtris Indiarum in itinere morte decedentibus, eorum vox committi, aut ſuppleri non poteſt. 424.m.

Prominiſtris Indiarum, qui in Generali ſunt Capitulo ſuffragati, quænam proprijs in Provincijs privilegia competant; & quibus prærequiſitis conditionibus. 424. f. 425. p.

PROVINCIALIS Miniſter. Vide ſuperiùs in verb. *Miniſter Provincialis.*

R.

RECOLLECTIONIS apud Indos Conventuum ſtatui conſulitur, & eorum, vbi defecerit, erectio iniungitur. 432. m.

Recollectionis Indiarum regimen ex Generalibus Conſtitutionibus, pro Hiſpaniæ Recollectis editis, regulandum. 432. Ibid.

Recollectionis Diſſinitor ne eligatur in ijs Indiar. Provincijs, vbi tres ad minùs Recollectorum Conventus non extiterint. 432. f.

Recollectionis apud Indos Diſſinitoris electionem, omittendam declaratur, vbi vel Miniſter, vel Cuſtos, de corpore Recollectionis aſſumitur. 433. p.

Recollectionis in Statutis diſpenſare, eò-ve Fratres ex Obſervantia dyſcolos, punitionis, aut correctionis cauſa, mittere, Indiarum Provincialibus, ac Viſitatoribus, inhibetur. 433. p.

RECUSANTIUM, tanquàm ſuſpectos, Miniſtros Provinciales Indiarum, in propris agitandis cauſis, pœna; niſi &c. 420. p.

REVERENDISSIMORUM titulum vſurpare ſibi nequeunt Commiſſarij Novæ Hiſpaniæ, & Peruani, neque Indiæ Orientalis, ſub pœna. 414. m.

REVERTENTES ex Indijs poſt decennium ad Hiſpaniam Fratres, in ſuas quiſque Provincias à Generali Indiarum Commiſſariio, in Curia reſidente deſtinandi. 404. f.

Reverentes Fratres ex Indijs ante eiuſ-

modi completum decennium qualiter,& à quo puniendi. 404. Ibid.
Revertentes Fratres ab Indiar. partibus, illuc iterum amandari nequeunt,niſi &c. 404. f.
Revertente Fratre aliquo ex Indiar. Provincia, vbi Religionis Habitum induit, & ad Indos iterum non regreſſuro; quid agendum à Rmo Indiar. Generali &c. 404. m.

S.

SECRETARIJS Commiſſariorum Generalium Indiar. in Catholici Regis Curia reſidentium, quænam privilegia competant;& ad ea conditiones obtinẽdá prærequiſitę. 407. p.
Secretarijs huiuſmodi quænam itidem privilegia, & quibus prærequiſitis, competant, ſi aliquarum ex Indicis Provincijs filij extiterint. 407. Ibid.
SIGILLA, Scripturas &c. ad quem,& per quos deferenda, ad Vicarij Provincialis electionem,ob Miniſtri obitum,in Provincijs Indiar. 420. f.
Sigilla pro Vicarij Provincialis electione fraudulenter retardantium pœna. 421. m.
SOCIJ, quos ex Hiſpania ſecum deferunt Commiſſarij novi Orbis, ad quænam Ordinis officia eligi nequeunt, niſi &c. 413. m. 417. m. 430. m. (Nequeunt ab iiſdem Commiſſarijs incorporari. 414. m. niſi &c. 430. m.)
STUDIA linguæ Indicæ in principalioribus cuiuſque Indiar. Provinciæ Conventibus habenda. 431. m.
SUBSIDIORUM,quæ Vocalibus ſubminiſtrantur, ad Generale Capitulum acceſſuris, Miniſtri Provinciales Indiarum exactam exigere rationem tenentur. 419. p.
SUBROGATIO non eſt apud Indos faciendæ loco Dignioris Patris, qui ſub hoc titulo præſidere debet electioni Vicarij Provincialis. 421. m.
SUFFRAGIUM in electionibus quando competat ex lege Commiſſarijs Indiarum Viſitatoribus. 425. f.

T.

TABULÆ Officiorum, ac ordinationum in Indiar. Capitulis habitarum, ad Generalem Indiarum Commiſſarium, in Catholici Regis Curia reſidentem, à Miniſtris Provincialibus tranſmittendæ. 419. p.
TESTIMONIALES litteras à Fratribus de optima officij ſui adminiſtratione emendicare, Commiſſarijs Novæ Hiſpaniæ,& Peruan. prohibitum. 414. m.
TITULUM *Reverendiſſimorum* vſurpare ſibi nequeunt (ſub pœna) neque Commiſſarij Novæ Hiſpaniæ,& Peruani,neque Indiæ Orĩetalis.404. m.
TRANSITUM, ſeu tranſmiſsionem Fratrum ad Indiarum partes quoquomodo impedientes (ſive ſubditi, ſive Prælati ſint) ab Adriano IV. ipſo facto excommunicantur, & à Generali Indiarum Commiſſario puniri etiam poſſunt. 404. p. (Vide ſupr. in verb. *Miſsionarij*.)

V.

VICARIJ Provincialis electioni, ob Miniſtri obitum, apud Indos faciendæ, cui competat habere ſigillum, convocare, præſidere, & inibi ſuffragari. 420. m.
Vicarij Provincialis electionis præſes huiuſmodi ſigilla Commiſſario Generali novi Orbis conſignare præſentialiter debet, ſi intra Provinciam adſit: ſin verò extra eiuſdem confinia per 30. leucas aberit, ipſum de vacantia commonere, & expectare tenetur. 421. p.

Vi-

Vicarij Provincialis electionis præſes quo in caſu non tenetur huiuſmodi Commiſſarium commonere, ſed eam illicò celebrare 421. p.
Vicarij Provincialis electionem (ob ſigillorum fraudulentum detentionis moram) retardantium pœna: & Præſidis in hoc eventu facultas. 421. f. (Vide in verb. *Subrogatio.*)
Vicarij Provincialis Electores quinam apud Indos eſſe debeant. 421. p.
Vicarij Provincialis electionem Provincijs impedire nequeunt Commiſſarij Novæ Hiſpaniæ, & Peruani, ſub pœna. 414. p.
VICE-COMMISSARII, in vacantia Commiſſariorum Novæ Hiſpaniæ, & Peruani, ſunt eligendi, vſque ad novorum Commiſſariorum adventum. 415. p.
Vice-Commiſſariorum Novæ Hiſp. & Peruan. electioni quiſnam præſidere & convocare debeat, habereque ſigillum: ac Præſidis eiuſmodi munus. 415. m.
Vice-Commiſſariorum novi Orbis Electores quinam eſſe, & vbinam eiuſmodi electio celebrari debeat. 415. f. 416. p. Inſimul congregati, & ante electionem ipſam, quid facere debent. 416. m.
Vice Commiſſariorum in electione huiuſmodi, quinam paſsivam vocem habeant: & quis intelligatur electus; eiuſque authoritas. 416. m.
Vice-Commiſſarijs novi Orbis electis quænā ſint inhibita. 416. f. & 417. p.
VICE-COMMISSARIUS Indiarum Hiſpali reſidens à quo inſtituendus, & inſtitutionis huius ratio. 407. m. f.
Vice Commiſſarij Hiſpalenſis quænam authoritas, & munus: prærogativæ in actualitate; & officio functi privilegia. 408. p. m. f.
VISITATORES Indiar. Provinciarum à quo, quando, & ex quibus Provincijs deſtinandi, ac ſubdelegandi. 411. m.
Viſitatoribus Indiarum ſuffragium in Provinciæ electionibus non conceditur à Commiſſarijs Novæ Hiſpaniæ, vel Peruan. 409. f. Quando eis ex lege competat &c. 415. f.
Viſitatoribus Indiarum incorrigibiles expellendi facultas conceditur, & qualiter. 412. p.
Viſitatores Indiarum, Proceſſus reſervare nequeunt vltra ſemeſtre poſt finitam Viſitationem. 414. p.
Viſitatorum authoritas non prorogatur niſi ad 20. dies poſt celebratum Capitulum. 417. f.
Viſitator Provinciæ à Commiſſatio Novæ Hiſpaniæ, vel Peruano deſignatus, à Vice Commiſſario ſuceſſore nequit amoveri. 416. f.
VISITATORES, ſeu Commiſſarios particulares, ex gravi interveniente cauſa, mittere poteſt Generalis Indiarum Commiſſarius, qui de Commiſſariorum Novæ Hiſpaniæ, & Regni Peruani, exceſsibus cognoſcant. 405. p.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

TYPIS

TYPIS OMISSA, VEL COMMISSA.

IN *Cathalogo, & ſerie Miniſtrorum Generalium, quæ Compilationis initio præmittitur, numer. LVII. linea vndecima, parentheſis illa* Adfuit Generali Concilio &c. *apponi debuerat poſt lin. 2. eiuſdem paginæ num. LIV. ni Typographorum irretractabilis (cuiuſque vel occulatiſsimæ ſolertiæ ſæpiùs illudens) irrepſiſſet error. Quem tamen vbi criticus fortaſſe Lector in præinſertæ Compilationis locis aliquot admiſſum obſervabit, humano lapſui compatiens, humanus extemporaliter, & benevolus evadet; corrigendo, vt ſtatim ſubſequitur:*

PAgin. 12 lin. 13. æquipoſcant, *lege* æquipolleant. Pag. 21. lin. 1. merit, *lege* merito. Pag. 24. lin. 5. rete, *lege* rectè. Pag. 29. lin. 13. diſcendi, *lege* diſcedendi. Pag. 32. lin 26. ab, *lege* ad. Pag. 34. lin. 7. Tribinal, *lege* Tribunal. Pag. 39. lin. ante penultim. mulcetur, *lege* mulctetur. Pag. 41. lin. 26. Paulos. *lege* Paulus. Pag. 63. lin. 7. declaverit, *lege* declaraverit. Pag. 71. lin. 13. *tolle ſeſquipunctum illud* (;) *poſt verb.* natio. Pag. 76. lin. 26, accedam, *lege* accedant. Pag. 77. lin. 14. vacundum, *lege* vacandum. Pag. 90. lin. 19. decifio, *lege* occiſio. Pag. 92. lin. 12. poſsi, *lege* poſsit. Pag. 94. lin. 1. ſententias, *lege* ſententias. Pag. 106. lin. 26. Ad hac, *lege* Ad hæc. Pag. 133. lin. 26. iaceant, *lege* iaciant. Pag. 134. lin. vltim. moribut, *lege* moribus. Pag. 150. lin. 29. ammi, *lege* anni. Pag. 174. lin. 17. atiam, *lege* etiam. Pag. 176. lin. 20. augerit, *lege* augerit. Pag. 187. lin. 1. doctrinam, *lege* doctrina. Ibid. lin. 4. Commiſſarius. *lege* Commiſſarium. Pag. 191. lin. 2. arum, *lege* earum. Pag. 192. lin. 21. comparatione, *lege* comparitione. Pag. 211. lin. 1. (*in titulo*) interandis, *lege* iterandis. Pag. 212. lin. 2. crimini, *lege* crimine. Pag. 214. pag. 26. aiiquibus, *lege* aliquibus. Pag. 221. lin. 24. pœnſi, *lege* pœnis. Pag. 230. lin. 21. regreſsis, *lege* regreſsi. Pag. 240. lin. 9. ſuorum, *lege* ſuarum. Pag. 252. lin. 19. periri, *lege* periti. Pag. 254. lin. 2. ſuorum, *lege* ſuarum. Pag. 256. (*ad marginem lineæ* 6.) 1683. *lege* 1058. Pag. 262. lin. 10. diſcurſio, *lege* diſcuſsio. Pag. 268. lin. penult. Provincialis, *lege* Provinciales. Pag. 274. lin. 1. marginal. Viſita, *lege* Vetita. Pag. 282. lin. 9. Coſtodum, *lege* Cuſtodum. Pag. 286. lin. 14. legendum, *dic* eligendum. Pag. 307. lin. 12. inteligibiles, *lege* ineligibiles. Pag. 313. lin. 18. Congregationem, *lege* Congregatione. Pag. 315. lin. 12. Præſidens, *lege* Præſidentes. Ibid. lin. 17. vltar, *lege* vltra. Pag. 331. lin. 23. decere, *lege* decedere. Pag. 338. lin. 30. Diffinitorio, *lege* Diffinitorium. Pag. 346. lin. 27. Cipitulo, *lege* Capitulo. Pag. 387. lin. 6. diſcuſſunt, *lege* diſcuſſum. Pag. 338. lin. 11. abſurdam, *lege* abſurdum. Pag. 394. lin. 14. fuetint, *lege* fuerint. Pag. 395. lin. 24. Barchinonæ, *dic* Barchinone.

CONSTI-

Digitized by Google

CONSTITUTIONES, ET ACTA GENERALIVM CAPITVLORVM

Quæ poſt præſentem Reverendiſsimi Patris Fr. Ioſeph Ximenez Samaniego peractam Legum Compilationem pro Familia noſtra Ciſmontana tractu temporis emanarunt.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

PRAESENTI SVB STAtutorum præinſerta congerie, cui ſtrenuam quidem, per-que diligẽtem, Reverendiſsimus idem compilator operam adhibuiſſe, palàm eſt, ex compræbenduntur conſtitutiones, quæ diverſis in generalibus Ordinis noſtri Comitijs, & aliquot inſuper huiuſce Familiæ Congregationibus, eamdem concernentes Familiam (à Segovienſi nimirùm, excluſivè, Romanum advſque Capitulum anni 1676.) præſancitæ reperiebantur. Ne autem ex poſterioribus per ſubſequentia quatuor Generalia Capi- tu-

tula ad noviſſimum vſque Romæ celebratum anno 1700. *rogatis legibus quicquam in eiuſmodi deſiderari Compilatione videatur; eas impræſentiarùm, ad appendicis inſtar, eidem accumulari placuit, in eorum gratiam, quibus apud noſtrates præ manibus illas, oculiſque, nedùm habere, ſed & noſſe operæpretium eſt, vel ſe ſcilicèt, ſuaque, dum ſubditi; vel concreditum ſibi cœtum, dum Iudices, ac Prælati ſunt (vtrorumque ſiquidem vtrumque refert) rite prorſùs, ac debitè moderaturis.*

GENERALES
CONSTITVTIONES

CELEBERRIMI CAPITVLI TOTIVS ORDINIS Fratr. Minorum, in Regali Conventu Sancti Ioannis Regum Civitatis Toletanæ, die 10. Maij celebrati, anno 1682.

SVB PRÆSIDE EMINENTISSIMO, & Reverendiſsimo D. D. Ludovico, Archiepiſcopo Toletano, S. R. E. Cardinale Portocarrero.

Digitized by Google

PRO FAMILIA CISMONTANA STATVTA.

1 VT in electione Diffinitorum Generalium Iuſtitia diſtributiva exactiùs ſervetur. Statuitur, vt deinceps ex Provincia, cuius filius electus fuit Difinitor Generalis, in Capitulo immediatè præcedenti, non poſsit eligi in Diffinitorem Generalem in Capitulo immediatè ſequenti alius eiuſdem Provinciæ filius, etiamſi Vocalis ſit pro iure alterius Provinciæ, aut Conventus: & aliter electio facta, ſit irrita, & nulla.

2 Circa ſtatuta compilanda, decretum eſt, vt perficiatur compilatio ſtatutorum huius Familiæ, iuxtà compromiſſum Capituli Generalis Romani an. 1676. quod compromiſſum in Reverendiſsimum Patrem Miniſtrũ Generalem præſentem tranſijſſe, Diffinitorium Generale declarat. Compilatione autem perfecta, ſequentia in præſenti Capitulo Generali ſtatuta omninò obſerventur.

3 Ad evitanda in poſterum incommoda, quæ ex multiplici legum conſtitutione, antiquarum abrogatione, novarum inductione, & receptarum mutatione, oriri expertum eſt; & vt conſultiùs, ſi quid de novo ſtatuendum eſt, aut mutandum, procedatur; præſens Capitulum Generale ſequentia perpetuò obſervanda ſtatuit.

4 Nempè, vt ſi aliquod ſtatutum generale, de novo condendum ſit, aut antiquum abrogandum, primùm proponatur in Diſcretorio generali, ibiquè diſcutiatur, ſuffragijſque ſingulorum acceptis, ſi ma-

iori parti videatur neceſſarium, ad Diffinitorium Generale deferatur: & ſi ibi, re de novo diſcuſſa, approbetur, in actis Capituli ſcribatur, non vt ſtatutum factum, ſed vt Provincijs propoſitum ad ipſius convenientiam, vel inconvenientiam explorandam.

5 Propoſito autem ſic Provincijs Statuto, & vſquè ad convocationem ſequentis Capituli Generalis, communi probatiorum Religioſorum circà illud ſenſu perſpecto, Diffinitorium cuiuſcumque Provinciæ ſuum votum de illo admittendo, vel non admittendo, prout in Domino viderit expedire, ſcripto formet, & à Provinciali, cæteriſque Diffinitorij Patribus ſubſcriptũ, ac maiori ſigillo Provinciæ munitum, per manus Cuſtodis cum cæteris Provinciæ ſcripturis ad Capitulum Generale deferendis tranſmittatur.

6 In Capitulo verò Generali viſis præfatis Provinciarum votis, ſi maior pars Provinciarum ſtatuto condendo ſuffragetur, & iterùm inibi in Diſcretorio, & Diffinitorio diſcuſſum à maiori parte vtriuſque probetur, ſtatutum ipſum factum intelligatur, & inter leges Religionis perpetuò ſervandum collocetur. Statuta autem alitèr facta impoſterùm irrita ſint, & nulla.

7 Nec per hoc neceſsitati Ordinis minùs conſulitur; cùm expertum ſit multiplicitatem, & variationem Statutorum, Ordinem potiùs pervertere, quàm reformare; ſanè in ſanciris hucuſque Conſtitutionibus, ad conſervandam regularem diſciplinam, ordinationes pleniſsimè ſufficientes inveniuntur: accidentalibus verò caſibus per decreta; deformationi per precepta applicationis pœnarum, & difficultatibus circa Statuta, per eorum declarationes, provideri poteſt.

Decreta, & declarationes pro eadem familia.

8 VT decretis aliàs à Sede Apoſtolica emanatis, & à Sacra Congregatione de Propagandi Fide de novo iniunctis debita obedientia præſtetur, Diffinitorium Generale præcipit, vt cùm primum fieri poſſit cum effectu conſtituantur ſtudia linguarum Hæbraicæ, Græcæ, & Arabicæ in Conventibus principaliorum academiarum noſtræ Familiæ, nempè Pariſienſi, Toloſano, Salmanticenſi, Complutenſi, Conimbricenſi, & Valentino: enixèque commendat Reverendiſsimo Patri Miniſtro Generali, vt Lectores, qui præfatas linguas docere poſsint, ſedulò quærat, & ad præfata ſtudia tranſmittat.

9 Attenta intentione Ordinis in aſsignandis diebus diſciplinæ habendæ, & nova multiplicatione feſtorum ſub ritu duplicis maioris; Declarat Diffinitorium Generale, exceptiones à diſciplina in diebus feſtivis ſtatutas, debere intelligi præcisè in diebus primæ, & ſecundæ Claſsis, & in feſtis ſervandis, ac in feſtivitatibus duplicibus maioribus Chriſti Domini, & Sanctiſsimæ eius Matris, necnon in Octavis per Conſtitutionem Segovienſem aſsignatis; nec vltrà extendendas fore: intelligique de diebus ipſis præfatis, non verò de eorum vigilijs, ſeù diebus immediatè antecedentibus.

10 Declarat item Diffinitorium Generale, nomine ſocij grati in litteris patentibus apponi ſolito, intelligi debere Religioſum probatæ vitæ officio ſuperioritatis, aut neceſſariæ aſsiſtentiæ non occupatum, niſi alitèr in cauſa alcuius negotij communis pro bono Provinciæ, aut Ordinis peragendi expedire iudicaverit aut Superior Generalis, aut Miniſter Provincialis.

11 Declarat inſupèr, quòd ſi aliquis Lector

Theo-

Theologiæ à Provincia inſtitutus, ex diſpoſitione, ſeù ordinatione Diffinitorij eiuſmet Provinciæ, Theologiam ſcholaſticam legerit in aliquo collegio ſæculari, aut alterius Religionis Conventu, huiuſmodi lectura inter annos ad Iubilationem requiſitos, ipſi computari debeat, dummodò ſingulis annis ſeptem continuos lectoratus menſes expleat, cæteraque exercitia litteraria in Conſtitutionibus noſtris lectoribus Theologiæ iniuncta compleat.

12 Attenta ingenti devotione, & pijſsima munificentia, quibus ſuprà conſignatam eleemoſynam Excellentiſsimus Dominus N. Comes de Chinchon præſenti Capitulo Generali aſtitit; Diffinitorium Generale vtriuſque Familiæ (expoſcente Excellentiſsima Comitiſſa coniuge, Ordinis Patrona) conceſsit, vt caſu quo prefata Excelentiſsima Patrona, è viv s ante prædictum Excellentiſsimum Dominum abeat, & ob id ipſe tempore propriæ mortis Patronus actu non exiſtat, fiant in toto Ordine pro ipſo ſuffragia eo penitùs modo, quo fierent, ſi tempore obitus ſui actu Religionis Patronus eſſet.

13 Diffinitorium Generale confirmat, & innovat decretum Congregationis Generalis Toletanæ de die vigeſima Septembris anni Domini milleſimi ſexcenteſimi ſeptuageſimi tertij, quo declaratur fratres omnes Regularis Obſervantiæ eſſe capaces recipiendi gradus ſcholaſticos, vſque ad lauream Doctoralem in quavis Vniverſitate, & obtinendi Cathedras in ea ſub conditione, vt Vniverſitas ipſa velit fratres noſtros ad predictos gradus ſine expenſis admittere, & quòd fratres propinas, aut aliud quod vis emolumentum ab alijs graduandis vicìſsim non accipiant, ac Cathedras ſine ſtipendijs regant; quando quidèm ſub his conditionibus poſsint profectui doctrinæ communis inſervire, & paupertas Evangelica, quam profeſsi ſunt, nullatenus violetur.

Digitized by Google

Pro Gallis, & Germano-Belgicis.

14 COmpilationem Statutorum Magni Conventus Pariſienſis, ex ordinationibus, & Decretis antiquis, & modernis Miniſtrorum Generalium, per quæ ſemper præfatus magnus Conventus gubernatus eſt, compoſitam à Patribus, quibus Reverendiſsimus Pater Fr. Ioſeph Ximenez Samaniego, tunc Miniſter Generalis, commiſsit; & in Diſcretorio eiuſdem magni Conventus reviſam, & probatam, atque Diſſinitorio Generali præſentatam, ex eiuſdem commiſsione iterùm reviſam, & probatam, præfatum Diffinitorium approbat, & confirmat, & ab omnibus, ad quos ſpectat, obſervari præcipit, ſub pœnis in ipſis ſtatutis contentis.

15 Cùm autem ex inſtrumentis authenticis Diffinitorio Generali conſtiterit, præfactum magnum Conventum Pariſienſem optatæ, ac requiſitæ reformationi reſtitutum eſſe, in eoque obſervantiam regularem vigere; & eidem Diffinitorio exhibitum fuerit Breve Apoſtolicum Sanctiſsimi Domini noſtri Clementis X. Regijs Patentibus munitum, reſtituens Provinciæ Aquitaniæ antiquioris ius ſuum habendi in dicto magno Conventu Diſcretum, & Studentes, cum derogatione cuiuſvis oppoſiti, quę tantum deſiderabantur, vt iuxta Chriſtianiſsimi Regis Arreſta, & Miniſtrorum Generalium præcedentium decreta reſtitutio in præfatum Ius executioni mandaretur: Diffinitorium ipſum Generale, præſenti decreto Provinciam prædictam Aquitaniæ antiquioris in præfatum ius cum effectu reſtituit, ac conſtituit; atque Guardiano; & Diſcretorio ipſius magni Conventus executionem imponit, ſub pœna nullitatis actorum ex oppoſito ſequentium.

16 Quia verò præfato magno Conventui Pari-

ſien-

ſienſi, & inſtituto noſtro dē ſæcularium ſpirituali profectu procurando, haud ſufficienter proviſum eſt; concedit Diffinitorium Generale, vt duo, aut tres Lectores in eodem Conventu Iubilati à Diſcretorio eiuſdem Miniſtro Generali prȩſentati, ſi ab ipſo litteras obedientiales obtinuerint, in eodem magno Conventu de familia manere poſsint, vt Confeſsionibus Benefactorum, & Infirmorum viſitationibus, Magnatum, & Nobilium conſolationi ſpirituali vacent; & tamdiu in eo maneant, quamdiù prȩfatis operibus ſedulam dent operam, cum hac tamen expreſſa conditione, vt nunquam Diſcretorium ingrediantur, nec activam in electionibus, nec conſultivam in rebus agendis vocem habeant.

17 Quantum ad prȩrogativas Ex-Guardianorum Pariſienſium, decrevit Diffinitorium Generale, ſtandum eſſe ſtatutis nationalibus Galliȩ à Reverendiſsimo P. Franciſco Maria Rhini, tunc Miniſtro Generali, & Commiſſario Apoſtolico, in Congreſſu Pariſienſi pro miſsione factis.

18 Ne ex his, quȩ pro maiore profectu Religioſorum inſtituta ſunt, plures diviſiones oriantur, Diffinitorium Generale prohibet, ne in vnaquàque Galliarum Provincia ampliùs, quàm tres Conventus receſſus ſpiritualis inſtitui valeant, qui nullis alijs legibus, quàm ſtatutis Generalibus pro Recollectis Hiſpaniȩ ordinatis, poſsint gubernari, in quorum vno Novitiatus inſtitui poterit.

19 Declarat Diffinitorium Generale, quòd in Provincijs Recollectorum Galliȩ Clerici profeſsi, etiam ſacris Ordinibus non initiati, debent præcedere fratres omnes Laicos in quibuſcumque functionibus, tam publicis, quàm privatis, iuxta motum proprium ſanctiſsimȩ memoriȩ Vrban. VIII. de die 16. Novembris 1642.

20 Decretum etiam fuit, vt in inſtituendis Agentibus in Curia Romana pro Natione Gallica, aut pro Germano-Belgica, ſervetur diſtributio inter Provincias, ita vt ex eadem Provincia vnus poſt al-

ter

rerum, non inſtituatur, ſed inter omnes, quæ ad Nationem, pro qua eſt Procurator, pertinent, quantum fierit poterit alternetur. Nec aliquis inſtituatur, niſi à Diffinitorio Provinciæ, ex qua eligenſtus eſt, maturo examine præhabito, teſtimonium bonum habeat de moribus, ſufficientia doctrina, & habilitate, pro præfato munere exequendo, &c.

IVDICES PRO EXPELLENDIS Incorrigibilibus.

1 IVxta declarationem, & conceſsionem Sacræ Congregationis Eminent. S.R.E. Cardinalium Sacroſancti Conc. Trident. Interpretum, tenoris ſequentis, videlicet: *Sacra Cong. Conc. Trident. Interpretum, Sanctiſsimo D. approbante, declaravit, ſex Patres in ſingulis Capitulis, vel Congreg. Generalibus eligendos, de quorum conſilio, & aſſenſu, Generalis poteſt Regulares incorrigibiles à Religione eijcere, in vnaquaque Provincia elegi poſſe; eoſdemque ſic electos, ſi Generalis tam longe abfuerit, vt cum eis convenire non poſsit, debere ad eundem tranſmittere Summarium Proceſſus, vnà cum eorum voto, & iuxta illud Generalis poſsit ad ſententiam expulſionis procedere: Intereà tamen, vſque ad primum Generalem Capitulum, vel Congregationem proximè celebrandam, Sanctitas Sua annuit, vt eiectio, ſervata in reliquis forma decreti hac de re editi, poſſit fieri à Generali, cum conſilio, & aſſenſu ſex Patrum, quos idemmet Generalis in qualibet Provincia infra quatuor menſes elegerit. Nona Aug. 1625. S. Cardinalis S. Suſan. Loco ✠ Sigilli Proſper Fagnanus, Sacr. Congreg. Secretarius.* Deſignantur in ſingulis Ordinis noſtri Provincijs, tam pro Obſervantibus, quàm pro Reformatis, ſex Patres; videlicet, Miniſter Provincialis, & Cuſtos, duo antiquiores, ſeu digniores Provinciæ Patres, duo antiquiores Lectores Iubilati; hoc apud Obſervantes. Apud Reformatos autem, & vbi non ſunt Iubilati, duo Lectores Sacr. Theologiæ, ſive habituales, dummodo ſint antiquiores: defectu verò duorum Provinciæ Patrum, duo Ex-Cuſtodes, ſeu Diffinitores antiquiores in officio.

Digitized by Google

2 Et quoniam ob amplitudinem, & dilatationem Ordinis non poteſt Reverendiſsimus Pater Generalis adire quàm plures Provincias, præſertim Orientalium, & Occidentalium Indiarum, ac Inſularum, nec non Germaniæ, & Flandriæ; eadem Sacra Congregatio indulſit ſupradictam facultatem Commiſſarijs Viſitatoribus ab eo deſtinandis ad dictas Provincias cum amplitudine poteſtatis, vt, ſervata in reliquis forma Decreti hac de re editi, electio fieri poſsit ab illis, cum conſilio, & aſſenſu prędictorum ſex Patrum, benignè anuente Summo Pontifice.

CONSTITVTIONES

CELEBERRIMI CAPITVLI Generalis Romæ celebrati die 5. Iunij, anno 1688. In Conventu Ara-cœlitano de Vrbe; ſub Præſide Eminent. D. D. Alderano Cybo, Epiſcopo Oſtienſi.

Pro Familia noſtra Ciſmontana.

1 LIcèt Compilatio Statutorum Vltramontanæ Familiæ ab Illuſtriſs. Samaniego tempore ſui Generalatus ex compromiſſo Diſcretorij, ac Diffinitorij Generalis ordinata, & per aliud ſimile ſequentis Capituli compromiſſum à pluribus Ordinis Patribus reviſa, & in vltima Generali Congreg. curæ Superioris Generalis, & aliquorum grauiſsimorum virorum, pro vltima manu, & perfectione ipſi apponenda commendata, ſatis perpenſa cenſeri poſſet, & poſt tot, tam dicti Superioris Generalis, quàm aliorum peritiſsimorum virorum congreſſus, in quibus annotationes, advertentiæ, & vota præfatorum reviſorum accommodata, conciliata, ac ponderata fue-

re, ſufficienter diſcuſa, & perficionata videretur; nihilominùs pro maiori tanti negotij conſideratione, Diſcretorium Generale Familię cum Diffinitorio, prędictis compromiſsis in hęrendo, eaque, quoad infrà ponenda, innouando, à Reuerendiſsimo Patre Miniſtro Generali enixè poſtulat, vt pro ſua paternali ſolicitudine alios reviſores, loco illorum, qui ſua vota nõ dederunt, nominare ſtudeat, & tàm iſtorum, quàm ſupradictorum Patrum annotationes, vota, iudicia, advertentias, & cenſuras præcedentes, aliquibus tàm Diffinitorij Generalis, quàm Provinciarum Patribus in Conventu Matritenſi cogregandis, examinandas, revidendas, conciliandas, & ad maius dictę compilationis complementum reducendas de novo committere velit, ac cum eiſdem finem vltimum dictę compilationi imponere, ita invigilet, vt quàm citiùs abſoluta remaneat. Poſtquam autem ſic vltimata fuerit, & à Sua Reverendiſsima Paternitate confirmata, omnes dictę Familię Fratres tàm ſubditi, quàm Superiores illius obſervationi in perpetuum adſtricti, virtute compromiſsi prędicti, exnunc declarantur: Et qui contra illius tenorem facere auſi fuerint, pœnis in ea præſcriptis, ſeu pręſcribendis, ſubiecti irremiſsibiliter cenſeantur.

2 Pręterea committitur Suę Reverendiſsimæ Paternitati, vt ſtatim ac dicta compilatio modo prędicto abſoluta, & vltimata fuerit, illius confirmationem in forma ſpeciali à Sancta Sede obtinere curet. Poteritque pro expenſis in ordinatione, impreſsione, ac confirmatione pręfatę compilationis faciendis, ſubſidia neceſſaria à Provincijs Familię petere, ipſęque, abſque excuſatione vlla, ea pręſtare teneantur. Pro perfectiori autem cõpilationis complemento idẽ Diffinitorium Generale, conſenſu Diſcretorij pręcedente, maturè decernit ſequentia:

3 Quòd prouideatur in ea quomodo ſint permittendę in Ordine noſtro expenſę, quę pro obtinendis graduationibus qualificationis Sancti Officij, &

 Præ-

Prædicationis Regiæ quotidie fiunt, in quo puritas noſtrę paupertatis valdè periclitatur.

4 Deinde quod Reuiſores facultatem habeant decidendi in ordine ad compilationem difficultates, & quęſtiones, quę ante illius terminationem occurrere poterunt, quibus per Statuta Ordinis nondum eſt prouiſum; & ſi quę in prę̨ſentiarùm ſint, quę nimis vrgeant, eas novum Diffinitorium Generale determinet, prout ſibi magis opportunum, & legibus noſtris conforme viſum fuerit.

5 Vlteriùs, quòd in omnibus Provincijs vniformis habitus color ſervetur, itavt non ex panno, ſed ex cordulato, Hiſpanicè *Sayal* dicto, nec cerulei coloris tinctura, vel quavis alia à naturali vilitate, & ruſticitate degenerante; ſed tantùm ex lana alba, & nigra, vel ſub nigra contexatur cordulatus prędictus; ſic autem lana miſceatur, vt neutro prædictorum colorum naturalium nimis alterum excedente, vniformitas cordulati panni, & coloris in tota noſtra Familia laudetur. A cuius vſu nullus, ſub pœna inobedientię, in habitu exteriori ſit exemptus.

6 Et vt maiori ſervitio Sacrarum Maieſtatum, & honori Capellarum Regiarum conſulatur, ſeriò pręcipit, quòd in poſterum nullus Concionator Regius ad vſum privilegiorum ſibi ex tali munere competentium admitti valeat, qui priùs approbationem non obtinuerit à Diffinitorio Generali, vel ſaltem à Miniſtro Generali de conſilio, & aſſenſu quatuor Patrum dicti Diffinitorij Familię, qui eam concedere non poterunt, niſi adſint fidedigna teſtimonia, per quę conſtet, Concionatorem habere omnes conditiones in ſtatutis pręſcriptas, & pręcipuè illam de actuali exercitio predicationis in Capella Regia cum tali plauſibilitate, vt eius munus potiùs in honorem, quàm vilipendium Religionis cedat. Inter eos autem, qui dictis privilegijs legitimè fruantur, illi de numero Ordini noſtro à Maieſtatibus Regum conceſſo priùs cenſeantur, qui primò titulum, ſeu Patentes litteras prędicti numeris à Maieſtatibus pręfatis receperint, alijs

alijs quibuslibet Prælatorum Ordinis conceſsionibus, & antelationibus non obſtantibus.

7 Inſuper, attenta inſtantia Diſcretorij Generalis Familię prò augendo numero Vocalium, qui Congregationi Generali intervenire debent, virtute compromiſsi ad id in Diffinitorium Generale facti, committitur Rmo. P. Miniſtro Generali, vt inſtet coram Santiſsimo, vt dignetur ſuffragium in noſtra Familia pro præfacta Congregratione Generali illis Patribus concedere, qui aliquando officia Procuratoris, aut Commiſſarij Curiæ Romanæ per biennium exercuerint, necnon Diffinitoribus Generalibus ſexennij præcedentis, pro quibus ſervari debeat eadem ſubrogationis, & ſubſtitutionis diſpoſitio, quę ſervatur quo ad Diffinitores Generales actuales.

8 Brevia Apoſtolica à Santiſsimo Domino noſtro Innocentio XI. expedita, in quibus Statuta, & Decreta ad augmentum Bibliothecarum, applicationem eleemoſynarum Concionatoribus impertitarũ, excluſionem Sęcularium à ludis, & pernoctatione intra Clauſtra noſtrorum Conventuum, & permanentiam ſupellectilium in ipſorum Eccleſia, Choro, & Sacriſtia, ſpectantia, obſervari pręcipiuntur; debita cum ſubmiſsione acceptantur. Decerniturque, vt qui contra eorum tenorem fecerint, pœnis in illis pręſcriptis irremiſsibiliter ſubiaceant.

9 Et vt ex laudabili Miſsionum exercitio, & multiplicatione Collegiorum, ſeu Seminariorum pro Miſsionariorum inſtitutione, decus non mediocre noſtrę Religioni accreſcat, animarumque ſaluti, & orthodoxę fidei augmento quotidie magis conſulatur; Brevia pro dicto munere, & dictorum Collegiorum gubernio die 28. Iunij 1686. & 16. Octobris eiuſdem anni, à pręmemorata Sanctitate Domini noſtri Innocentij XI. conceſſa, executioni mandari ſancimus: committentes inſimul Reverendiſ. P. Miniſtro Generali, & dictarum Miſsionum Procuratori, vt Sacram Congregationem de Propaganda Fide inſtantiſsimè deprecentur, quatenus dignetur vſum dictorum Bre-

vium

vium iuxta reſtrictiones, addimenta, & declarationes in Diffinitorio Generali præſcripta, limitare.

10 Nè autem decus hinc Ordini accreſcens aliũde minuatur, litteris ſa.me. Innocentii IV. aliorumque Pontificum Decretis, ac Statutorum Ordinis tenori inhærendo, maturè declaramus, Fratres omnes eam obedientiam Miniſtro Generali, ex vi profeſsionis præſtare debere, quam Regula his verbis præſcribit: *Alij Fratres teneantur Fratri Franciſco, & eius Succeſſoribus obedire, &c.* & poſteà: *Vniverſi Fratres vnum de Fratribus iſtius Religionis teneantur ſemper habere Generalem Miniſtrum, & ſervum totius Fraternitatis, & ei teneantur obedire, &c.* ac iterùm: *Vnde firmiter præcipio eis, vt obediant ſuis Miniſtris in omnibus, quæ promiſerunt Domino obſervare, &c.* Omnibus igitur Fratribus dictam Regulam, abſque vlla Sanctæ Sedis diſpenſatione, profitentibus paternè ſuademus; vt exemplo S. P.N. in ſuo teſtamento proclamantis: *Firmiter volo obedire Generali Miniſtro, & illi Guardiano, quem ſibi placuerit mihi dare, & ita volo eſſe captus in manibus ſuis, vt non poſsim ire, vel facere vltra voluntatem ſuam, quia Dominus meus eſt.* Se taliter dictæ obedientiæ conformẽt, quòd nullum alium Patronum temporalem contra memoratam religioſam ſubiectionem videantur recognoſcere.

11 Qui autem ſub prætextu, ſpecie, aut colore quaslibet vitandi temporales vexationes, & tuendi quæcumque iura, aut animo fovendi (quod Deus auertat) aliquam politicam, & mundanam præeminentiam, ſeu exemptionem, aut propter alium quemcumque temporalem reſpectum, vel ob introducendam, ſivè in Ordine, ſivè in aliqua particulari Provincia quamcumque diuiſionem, aut ſeparationem, ſeu ob obtinendam aliquam amotionem alicuius Fratris de vno loco in alium, ſiue vt aliquid immutetur de ſtatu noſtri Ordinis, vel ordinatione alicuius Provinciæ, aut ad conſequendam aliquam Ordinis dignitatem, vel ob alium quemcumque reſpectum, virum Religioſum non decentem, & ex vi Conſtitutionum

Or-

Ordinis, ac Sanctæ Sedis illicitum, temerè Miniſtrum Generalem non recognoverint, & ab illius obedientia apoſtatauerint, ſeu adverſus eum malitioſa conſpiratione, verbo, aut facto inſurrexerint, vel ad perſonas, ſeu Iudices, aut poteſtates Seculares ob aliquod ex prædictis motiuis recurrerint, ſeu aliquid in Ordine ad quodlibet eorum conducens, ipſis, aut Regibus, Principibus, Communitatibus, ſeu Rebuſpublicis, vel cuiuſvis Ordinis, ſtatus, ſexus, aut conditionis exterit perſonis, precibus, aut conſilijs, vel libellis, ſeu alijs, quibuslibet inſinuationibus, ſuaſerint, aut ſuadere fecerint, vel Ordinis ſecreta, ſeu euentus, ex quibus honor noſtri ſtatus minui, aut parvipendi queat, publicaverint, ſeu patefecerint; pœnas privationis actuum legitimorum, & Excommunicationis latę ſententiæ, tam in Statutis Salmantinis à Iulio III. approbatis apud cap. 7. pręſcriptas, & anno 1693. in Capitulo Valliſoletano ſub eodem capite renovatas, quàm in diverſis Conſtitutionibus Apoſtolicis contra ſimilia perpetrantes editis contentas; ipſo facto incurriſſe cenſeantur. Nos enim præmiſſorum tranſgreſſores illis in noſtra Familia ſubiacere debere, declaramus; &, ſi opus fuerit, id de novo pro eadem Familia ſancimus: inſimul mandantes, quòd nullus vt abſolutus à præfatis pœnis habeatur, niſi priùs debitam obedientiam, ſeu ſatisfactionem præſtare curaverit: Si quis autem notoria, & ſcandaloſa contumacia ſub vinculo memoratæ Excommunicationis permanſerit, eo modo, quo Ius Canonicum præſcribit, ab alijs Fratribus tractari poſſit, ac debeat, ſine vlla excuſatione.

12 Et cùm experientia nos doceat, quòd plura puncta ad ſtrictæ paupertatis obſervantiam, pecunię, ac rerum particularium abdicationem: Superiorum in reijciēdis muneribus, donis, ac propinis; debitamq; ſubditorum ad ea non offerenda obligationem; Superiorum localium in recipiendis Miſſarum eleemoſynis normam; omnium neceſsitatem Fratrum ſuccurſum: cellarum, & ſupellectilium ipſorum paupertatem; rerum ſuperfluarum, ac pretioſarum ab iectionem;

nem; infirmorum ſolicitam curam; veſtimentorum etiam ad ſacra celebranda vniformitatem: Superiorum in ſuis viſitationibus equitationem; debitam Fratrum intra clauſtra, & ſine vagationibus permanentiam; eorundemque extra Conventus morantium, vel degentium ad clauſtra reductionem; privilegiorumque, ſeu Indultorum à prædictis, ac alijs obligationibus eximentium revocationem, ſeu nullitatem, & ad titulos, ac nonnulla alia obſervantię Regularis excitamenta ſpectantia, irrevocabilitate, & firmitate convenienti inter Patres ſtrictioris obſervantiæ ex eo vigent, quia auctoritate Apoſtolica ſunt ſtabilita; ſimili irrevocabilitati, & firmitati conſulere cupientes, ſeriò Reverendiſs. P. Miniſtro Generali committimus, vt ea quæ ſuper præmiſsis in Diffinitorio Generali approbata fuerunt, Sanctiſsimo Domino noſtro Papæ quàm citiùs præſentet, & ſpecialem confirmationem omnium, vtpotè Regulæ, ac Statutis noſtris, & Decretis Apoſtolicis conformium, obtinere curet; qua obtenta, omnes Obſervantię alumnos in Domino hortamur, vt ea omnia, tanquàm noſtri Inſtituti fundamenta, executioni mandent, & ab omnibus, ad quos ſpectet, mandari ſolicitent.

13 Vt iurgijs, ac dubijs viam præcludamus, præmemorato compromiſſo vtentes, declarationem circa Guardianorum poſt Capitulum Provinciale electorum durationem à Capitulo Toletano 1682. pro Familia Vltramontana editam; pro noſtra Familia admittimus; eamque ad Guardianos etiam ante Capitulum electos extendimus, ac extenſam eſſe declaramus; Præcipientes inſimul, vt obſervetur reſolutio eodem tempore à Patribus Diffinitorij Generalis vtriuſque Familię pro Guardianorum electionibus facta, in qua decernitur, ac declaratur, quòd Præſidens Capituli aut Congregationis Provincialis, qui Religioſum idoneum pro aliquo Guardianatu Diffinitorio propoſuerit, & per vota eligentium excluſi viderit; iterum eidem Diffinitorio, ac pro eodem Guardianatu, eundem in alia ſeſsione, in qua res attentiùs inſpiciatur, proponere queat.

Vt

14 Vt in electionibus, quę per ballotationes fiunt, omnis ambiguitas è medio tollatur, quando ob electorum diſcrepantiam electio aliqua protrahit contingat, Diffinitorium Generale vigore compromiſsi ſupradicti determinat, quòd intra ſpatiũ viginti quatuor horarum tres tantùm ſeſsiones ad eligendum habeantur: prima mane ſecunda veſpere, & tertia mane diei ſequentis. In qualibet autem ſeſsione tres propoſitiones diverſorum Fratrum à Præſide fiant; & ſi electio non ſequatur, ad Superiorem Generalem devolvatur: quæ omnia in electione Guardianorum obſervari teneantur.

15 Diffinitorium Generale vitare cupiens magnam confuſsionem, & contentiones inutiles, quæ in Diſcretorio Capituli Generalis experiuntur, proponendum cenſuit Capitulo Generali futuro, vt ex omnibus vocalibus, duodecim, qui maximè experti fuerint, nominare, & aſsignare dignetur per quos tantùm fiat Diſcretorium, vt cum modeſtia, & religioſa quiete proponant omnia, quæ ſecundum Deum magis videriut expediri. Et prædicti duodecim Patres aſſumentur ab omnibus Nationibus, reſpectivè, ex Obſervantibus, Diſcalciatis, & Tertiarijs. Et cæteri vocales tradere in ſcriptis poterunt præfatis Patribus quicquid ad bonum Religionis regimen, & maiorem Regulæ obſervantiam eis viſum fuerit, vt in Diſcretorio ſeriò, & maturè videatur, & conferatur, & poſtmodum Diffinitorio Generali, vt mos eſt, præſentetur.

16 Præcepit item ſub pœna privationis, & ſuffragij, vt quando Miniſter Provincialis quavis occaſione, vel cauſa ad Capitulum Generale non accedat, Pro-Miniſter teſtimonium iuratum à toto Diffinitorio adducat, in quo cauſa legitima excuſationis exprimatur.

17 Et cùm in Conſtitutionibus Generalibus Miniſtris Provincialibus Ultramontanæ Familiæ concedatur procurare eleemoſynam pro Miſsis diebus Dominicis celebrandis, vſque ad quantitatem ducentorum ſcutorum, ſeu ducatorum, quolibet anno, vt ex præfata eleemoſyna libri probati pro communibus

Bibliothecis perficiendis emantur; ſimiliterque Generales Prælati facultatem concedere ſoleant; vt ex earumdem Miſſarum Dominicalium ſtipendijs pauperum Conventuum neceſsitates ſubleventur, vel Eccleſiarum ædificia inſtaurentur; conſultò ſtatuimus, quòd ſi Provinciales ſtipendia pro prædictis Sacrificijs applicandis non invenerint, teneantur Guardianis iniungere, vt pro Benefactoribus, vt de more eſt, offerantur, ab ipſiſque de adimpletione teſtimonium ſumere, & ex eleemoſynis tàm pro libris emendis, quàm pro alijs ex numeratis neceſsitatibus expenſis, vel ex rebus in propria ſpecie oblatis (quando ex conſenſu Diffinitorij neceſſum fuerit diſtributionem facere pro celebrandis Capitulis, vel Congregationibus in vtraque Familia) vel de Defunctorum ſpolijs, ſi quæ (quod abſit) inveniantur, & de alijs eleemoſynis, ſi forte fuerint, adſtricti ſint in Capitulo Provinciali coram Diffinitorio, & Capituli Præſide, rationem reddere. Et qui infideles inventi fuerint, per triennium ſubſequens voce activa, & paſsiva irremiſsibiliter priventur.

18 Deinde præcipimus, ac declaramus, quòd omnes Religioſi cuiuſcũque dignitatis ſint, etiamſi Patres Provinciæ, pro intentione Prælati, & ipſi Prælati pro Communitate, à qua aluntur, celebrare debeant. Si tamen Patres Provinciæ neceſsitatem aliquando Sacra faciendi, vel pro parentibus, vel pro ſuis benefactoribus, Prælatis expoſuerint, obtenta licentia à locali Superiore, poterunt pro prædictis neceſsitatibus Sacrificia offerre, dummodo ſint in numero non notabili damnum Communitati inferente, & ſine alicuius ſtipendij receptione.

19 Nullus autem Religioſus ex nunc poſsit Pulpitum Quadrageſimale, vel Adventus, prætendere, ſub pœna expulſionis à Conventu, & privationis ab exercitio prædicationis: Prælati tamen locales poterunt ab Illuſtriſsimis Dominis Epiſcopis Conciones petere Quadrageſimales, maximè in locis, & Oppidis Conventibus vicinis, & pro eiſdem exercendis idoneos Prędicatores, qui verbo, & exemplo proficere, & audito-

tores in lege Dei cum animarum fructu inſtruere poſſint, deſtinare teneantur. Et quoad eleemoſynas Concionum obſervetur Breve Sanctiſsimi Domini noſtri, die 16. Octob. 1685. expreditum, numero 8. acceptatum.

20 Monemus præterea omnes Religioſos tàm ſubditos, quàm Prælatos, vt habitus, & tunicas, quando opus fuerit, reſarcire, vel repetiare non negligant; nec ſtatim, ac aliqua ex parto diruptos viderit, novis indui curent. Si enim pauperes, & mendici ſumus, magis aſſumentes veſtium mendicorum ſtatui conformemur.

21 Similiter, vt chordæ, quibus vi Regulæ cingimur, non ſolum præcinctoria ſigna caſtitatis ſint, ſed etiam paupertatis, & vilitatis indicium, excluſis quibuſdam curioſitate, & artificio in noſtris elaboratis partibus, vel ex Indijs provenientibus, ex nunc præcipimus, quòd chordæ ad vſum Fratrum deſervientes ex cannabacea materia, quæ vbiq; vilis, & nota eſt, ſolummodo fiant. Et qui prohibitas chordas portare auſus fuerit, vt inobediens, & paupertatis honeſtatiſque inimicus puniatur.

22 Et Religioſi particulares, qui pro defunctorum funerali amictu habitū pecunia cõmutaverint, vt propietarij, alijſque pœnis, ſi opus fuerit, iudicio Prælatorum imponendis, indiſpenſabiliter plectantur.

23 Item declaramus, Statutum à Sanctitate Domini noſtri Innocentij XI. in forma ſpeciali confirmatum, in quo præcipitur Procuratoribus particularibus cauſarum Beatificationis, & Canonizationis, vt nihil in ipſis agere præſumant, inconſulto Procuratore, vel Commiſſario Curiæ reſpective, intelligendam eſſe præcipuè quoad expenſas pecuniæ, & quaſcumque alias. Et oneratur cõſcientia Officialium Curiæ, vt omnibus modis procurent, quòd nullæ expenſæ à dictis Procuratoribus fiant, quæ puritati noſtræ paupertatis non ſint conformes. Admitturque Breve eiuſdem Sanctiſsimi Domini noſtri Innocentij XI. *Religionis zelus* incipiens ad favorem iuriſdictionis Officialis Curiæ [illegible]montanæ die 27. Maij 1687. expeditũ ac decerni-

nitur, vt in poſterum omnes Vltramontani Curiæ Officiales, privative quoad omnes alios Prælatos Ciſmontanos, Fratres ſuæ Familiæ Romæ, ſive permanenter, ſive tranſeunter, etiam pro negotijs Ciſmontanis commorantes ad illius præſcriptum corrigere, & tànquàm Superiores locales, gubernare poſsint, ac debeant.

24. Commiſſarii Terræ Sanctæ extra Curiam Romanam degentes, etiamſi à Superioribus Generalibus ſint inſtituti, Provincialium iuriſdictioni quoad correctionem morum, & paternam viſitationem ſubſint; ipſiſque, dum exeant è Provincia teneantur inſinuare diſceſſum, & notificare regreſſum; neutiquam autem expectare debeant reſponſum. Inſuper ipſi, & tanto magis Socij, teneantur ſtatutis diebus cum alijs Fratribus dicere culpas in Refectorio, & petere benedictionem exeundi è Conventu à Superioribus localibus, qui eam denegare non poſsint, ſicut nec eos impedire ab exercitio proprij muneris, inconſultis Superioribus Generalibus; quinimmo quicumque Superiores teneantur Commiſſarijs, & Socijs compartiti omnem religioſam charitatem, & aſsiſtentiam, vt tanto operi in ſervitium Sanctorum locorum exactè, & commodè ſatisfacere poſsint, ſicut aliàs determinatum fuit.

25 Pro Lectoribus Scholaſticis innovantur Statuta Generalia anni 1651. & ſi aliquis in primis annis inveniatur, qui abſque prævia oppoſitione ibi præſcripta ad Lectoratum Philoſophiæ aſſumptus fuerit, ei tempus Lectionis ad iubilationem non computetur, &, quin præfatam oppoſitionem emittat, Lector Theologiæ non inſtituatur.

26. Inſuper pro augendo Ordinis noſtri decore, & inſtauranda Patrum ipſius memoria, eorum opera, ſeu ſcripta, quæ hactenus in lucem exire non potuerunt, vel quorum exemplar impreſſum vix aliquod invenitur, typis mandari debere cenſuimus; ad idque curæ, ac ſolicitudini Reverendiſsimi Patris Miniſtri Generalis committimus, vt aliquibus è viris Ordinis peritis ſeriò imponat, quòd Archivia, ac Bibliothecas [illegible]

ven-

ventuum, ſeu Collegiorum, ſedulò perluſtrent, & vbi originalia, ſeu exemplaria Virorum celebri fama pollentium invenerit, ea à præfatis locis non auferendo, attenta mente revideant, ac in lucem publicam iterum, vel de novo diſponant; tranſumptaque, ſi non adſint, efficiant, & Typographis, ſeu Librarijs, qui proprijs expenſis illa typis dare voluerint, conſignare queant; ſub conditione tamen, quòd exemplaria impreſſa, quæ pro Ordinis Conventibus neceſſaria fuerint, pretio moderatiori ipſis donari, ſeu vendi debeant.

27 Ne autem prætextu Brevium Apoſtolicorum, quæ ſine inſtantia alicuius Capituli, vel Miniſtri Generalis ad favorem Bibliothecarum, Archiviorum, aut Fratrum alicuius nationis, vel Conventus, ſeu inſtituti hucuſque emanarunt, & præſenti diſpoſitioni contraria viſa fuerint, vniverſus Ordo (cuius publicæ vtilitati, non autem alicuius particularis membri in boni communis præiudicium, commodo, aut præeminentiæ, Romani Pontifices in præmemoratis Brevibus conſulere voluerunt) præfato honore privetur: Præcipimus Patri Procuratori Generali Curiæ, vt, ad evitandas lites, huius Decreti confirmationem à Sacra Congregatione Regularium obtinere ſolicitet: qua obtenta, nulli Ordinis noſtri Religioſo, ſive ſubdito, ſive Superiori vnquam licebit contra illius tenorem aliquid attentare, Si quis autem ſecus fecerit, pœnis rebellium, ac inobedientium irrimiſsibiliter puniatur. Viri vero periti, qui prædictæ ſolicitudini incubuerint, præeminentijs à Miniſtro Generali pro laboris qualitate taxandis, remunerari poſsint, ac debeant.

Pro Provincijs Hiſpaniæ.

28 IDem Diffinitorium Generale ius concedit Provinciæ Bœthicæ de Obſervantia proponendi Reverendiſsimo P. Miniſtro Generali, quando Vice-Comiſſarius Generalis Indiarum eligen-

dus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

dus ſit, tres Religioſos idoneos eiuſdem Provinciæ filios, vt ex illis vnum, quem maluerit, eligat, & inſtituat. Si autem ex illis nullum admittat ſua Reverendiſsima Paternitas, alios à Provincia proponi permittet, niſi vrgens cauſa aliud ſuadeat.

29 Pro Provincia Sancti Petri de Alcantara Minorum Diſcalceatorum Regni Neapolis decrevit, vt Pontificia Diplomata, quæ ad ipſius regimen, ac felicem progreſſum à Sancta Sede huc vſque expedita fuerunt, ab omnibus tàm ſubditis, quàm Superioribus, ad quos ſpectant, ſub pœnis in ipſis appoſitis, ſtrictè obſerventur.

30 Pro Provincia Maioricæ, in qua doctrina Beati Raymundi Lullij, Doctoris illuminati, maxime ad hæc vſque tempora floruit, conſultò ſancimus, quod tertius cuiuslibet ſtudij Theologiæ Lector Lectiones iuxta ipſius Doctoris illuminati mentem ſemper legat, & publicas Concluſiones quolibet anno diſputandas proponat. Dum autem nova dictæ tertiæ lecturæ proviſio ſe obtulerit, quin Lector pro ea prævia oppoſitione approbatus in Provincia reperiatur, oppoſitio more ſolito coram Diffinitorio, ac quatuor Patribus in præfata doctrina verſatis, à Provincia deſignandis, indiſpenſabiliter fiat; in qua illi oppoſitori conferatur, qui magis idoneus ad eam docendam à maiori parte iudicum fuerit inventus. Nec vlli tempus ad iubilationem computetur, qui aliter ad dictam tertiam Lecturam fuerit promotus, vel ſecùs in ea ſe gerere præſumpſerit.

31 Diffinitorium Generale ad inſtantiam Patrum Vocalium Nationis Luſitanæ, præcipit, vt Capitula, & Congregationes Provinciarum Portugalliæ, Algarbiorum, & Tertij Ordinis extra Curiam Regiam, in Conventu à Superioribus Generalibus eligendo, in poſterum indiſpenſabiliter celebrentur: Committitque Reverendiſsimo Patri Miniſtro Generali, vt pro maiori etiam aliarum Provinciarum eiuſdem Regni quiete idem in illis obſervari procuret.

32 Quoad Provinciam autem Tertij Ordinis, decer-

terſit, vt in electionibus Breve alternativæ à s. m. Alexandri VII. die 26. Iunij 1663. expeditum in perpetuum obſervetur. Et quòd tranſgreſſores pœna privationis vocis activæ, & paſsivæ per ſexennium irremiſsibiliter plectantur.

33 Pro Provincia verò Solitudinis Diſcalceatorum approbat Statutum Provinciale, in quo ſuerat ſancitum, quòd Capitulum ſemper celebraretur in Conventu Sancti Antonij Vallis Pietatis, Civitatis Portuenſis. Id tamen ſolùm fiat, ſi Superiores Generales Capituli celebrationi intereſſe nequeant: quando vero adeſſe decreverint, conſilio à Miniſtro Provinciali petant, & Conventum ſibi bene viſum ad dictam celebrationem aſignent. Pro eademque Provincia declarat, quòd ſi Provincialis è vita diſcedat (ſtante alternativa dictæ Provinciæ à Sede Apoſtolica præſcripta) ſigilla debeant conſignari Patri in tota Provincia abſolutè digniori, vt ipſe Diffinitorium ad Vicarij Provincialis electionem convocet; non verò Patri digniori illius partis, ex qua erat Provincialis defunctus.

Pro Provincijs Galliæ.

34 CVM ex authenticis præſentis Capituli actis extensè conſtet, Vocalibus Provinciarum Galliæ nullam ex parte Religionis datam fuiſſe legitimam occaſionem reſiſtendi honori Diffinitionum Generalium, quæ ſuæ Nationi concedi ſolent, & recedendi à congreſsibus electionum, ac diſpoſitionem, quæ canonicè, ac ritè celebratæ, ac peractæ fuerunt; declarandum cenſuimus, provt præſentis Decreti tenore declaramus, præfatas dictæ Nationis Prouincias, earumque Vocales, Fratres, & alumnos electionibus, Actis, Decretis, ac Statutis præmemoratis, omnimodam reverentiam, obſervantiam, ac paritionem præſtare debere; non ſecùs, ac ſi eorum interventu, & ſuffragijs celebrata, vel ordinata fuiſſent. Et quia pluri-

ri-

ribus aliquarum Prouinciarum illius Nationis recurſibus coram Nobis factis opportunam proviſionem ſine pleniori informatione à Superioribus præſtanda, præbere non valemus, Reverendiſsimo P. Miniſtro Generali committimus, vt circa eos, ac alios occurſuros, id, quod magis expediens fuerint, propria, & Diffinitorij Generalis, authoritate decernere dignetur.

Pro Provincijs Germano-Belgicis.

35 QVoad Prouincias Germano-Belgicas, auditis aliquibus oppoſitionibus, & annotationibus à Reuiſoribus compilationis Statutorum ipſarum ſuper aliquibus punctis factis, Diffinitorium Generale aliqua addenda, alia verò demenda fore decreuit, & ſub hac conditione, ſeù limitatione præfatam compilationem approbauit: Patribus illius Nationis iniungendo, vt in illius initio Lectorem de hoc Decreto, & de paritione contextus ipſius, per publicum inſtrumentum certioratum reddant.

36 Inſuper conceſsit, quòd quando Commiſſarius Generalis illius Nationis è vita decedere contingat, præfatæ Nationis Vocales poſsint quatuor Patres aptiores proponere, vt ex illis vnus à Reuerendiſ. P. Miniſtro Generali eligatur, ſalva tamen manente ſemper eiuſdem Reverendiſsimi auctoritate, aliud iuſta de cauſa, & in caſu ſpeciali, determinandi.

37 Deinde præcipit, vt Statutum vltimi Capituli Generalis pro alternatiua quoad Agentes Nationum editum cum Provincia Hiberniæ obſervetur; executionem verò arbitrio Reuerendiſsimi P. Miniſtri Generalis, ob expoſita à Patribus Hibernis, conſulto relinquit.

38 Decreuit prætereà, vt quando, fauente gratia, fides Catholica in Regno Hiberniæ cum plena liber-

bertate ſequatur, Patres Prouinciæ prædictæ vtiqueant fauoribus, gratijs, & priuilegijs à Sixto IV. anno 1475. concesſis; ipſiſque liceat ſtudere, legere, docere, & laureas ſuſcipere, cum hac tamen limitatione, quòd lauream non accipiant medijs expenſis pecuniarijs. Expedienſque cenſuit, Miniſtrum Prouincialem eiuſdem Prouinciæ in ſua poſſeſsione mittendi Fratres ad alias Prouincias conſervare, cum moderatione tamen à Reuerendiſsimo Miniſtro Generali, & à Commiſſario Nationali examinanda, qui eum, ſi exceſſerit, punire debeant. Prouincialis autem teneatur Miniſtrum Generalem certiorem facere de numero Religioſorum, quos in Hiſpaniam miſerit.

39 Deinde declarauit, quòd ſi quatuor Hoſpitia Prouinciæ Hiberniæ duodecim Fratres de Familia habere poſsint, illa in Conuentus Diffinitorium Prouinciæ eligere valeat. Inſuper conceſsit, vt Commiſſarius prædictæ Prouinciæ in Curia Regis Catholici eligatur ex propoſitis à Diffinitorio; ſalva tamen auctoritate Reuerendiſsimi determinandi aliud in ſpeciali caſu.

40 Decretum Prouinciæ Hiberniæ editum ad maiorem pacem, & concordiam Collegiorum de ſpecificatione, ex qua plaga dictæ Prouinciæ ſit quiſque eligendus in ſuis Vltramontanis Collegijs, decernit Diffinitorium Generale, vt ſemper obſervetur.

Pro Monialibus.

41 OMnibus Monialibus directioni, & obedientiæ Ordinis ſubiectis ſtrictè iniungimus, vt Statuta Generalia anno 1639. facta, & Decreta iuſſu s.m. Clementis VIII. edita, necnon motum proprium felicis recordationis Leonis X. *Cum ſicut accepimus* incipientem, integrè obſervent; ea quippè omnia præfata Sanctitas eiuſdem Domini noſtri Innocentij XI. in Brevi *Exponi Nobis* de

D die

die 20. Februarij 1688. executioni mandari decreuit.

Pro Tertiarijs, & Cordigeris.

42. Similiter ordinamus, & totis cordis viſceribus Patres Guardianos Conuentuum in Domino rogamus, vt omnem adhibeant diligentiam, quatenùs Sacrum Tertij Ordinis pro Sæcularibus Inſtitutum vbique promoueatur, & attentè dilatetur; ſolicitèque procurent, vt magna in veneratione tam à Fratribus, quàm à Populis habeatur, (quod facilè conſequentur, ſi curauerint, vt Prædicatores ſæpiùs (ſicuti tenentur) eius dignitatem, & vtilitatem in Concionibus declarare non deſiſtant); quòdque altaria, ſeù Capellæ, in tanti Inſtituti decus, & prò peragendis Fratrum, & Sororum exercitijs in omnibus locis, & terris erigi, aut deſtinari non differatur. Ad idque iubemus, vt in Viſitatorem, ſeù Commiſſarium Religioſus moribus, & doctrina præſtans, vbique eligatur, qui omnibus diebus Dominicis Tertiarios exhortari valeat, ac teneatur, tam ad perſeuerantiam, quàm ad proficiendum in debito Deo honore, & morum reformatione. Præfati autem Tertij Ordinis Fratres, & Sorores, tam in proprijs domibus, quàm in Congregatione, ſine votis tamen Religionis, degentes, directioni, correctioni, ac viſitationi noſtri Ordinis ad præſcriptum Conſtitutionum Apoſtolicarum, quas Sanctitas Domini noſtri Innocentij XI. in ſuo Breui *Exponi nobis* die xv. Maij 1688. expedito, obſeruari mandat, ſubiecti conſeruentur.

43. Et iuxta ipſarum, & Decreti Sacræ Congregationis Regularium die 21. Martij 1686. expediti, ſeriem, ac tenorem, nulli Eremitæ, Donato, Hoſpitalario, Infirmario, Quæſtuario, aut Eleemoſynario; nullique mulieri cuiuſcumque conditionis, aut exercitij, ex prædictis, aut ex alijs quibuſlibet ſit, ſub habitu prædicti Ordinis Tertij incedere permittatur, niſi

de

de licentia, & conſenſu Superiorum noſtri Ordinis, ad quos priuatiuè quoadomnes alios, prędictum habitum concedere, & Sęculares ad profeſsionem Regulæ huius Ordinis admittere, legitimè ſpectat: nec vnquam permittantur, quòd aliquę Moniales ſibi ius habendi ſimiles Tertiarios abſque conſenſu noſtræ Religionis vſurpent.

44 Similiter ſtatuimus, vt in quolibet Regularis Obſervantiæ Conuentu Confraternitas Chordæ S. P. Franciſci ad pręſcriptum Conſtitutionis Sixtinianæ, quam citiùs erigatur, & tam erectas, quàm erigendas, etiamſi in earum libris ſoli Tertiarij Fratres, ac Syndici, & Procuratores Conuentuum ſcripti ſint, Reuerendiſsimus P. Miniſter Generalis benignè confirmet, & ſi opus fuerit, de nouo erigat, ac inſtituat. Pro earum autem proſperiori incremento, & profectu, idem Reuerendiſsimus cum ſuo Diffinitorio Generali decernit, quòd pręmemorati Tertij Ordinis alumni, & huiuſce Confraternitatis Chordę Confratres illis priuilegijs, Indulgentijs, ac Indultis fruantur, & per ea Statuta gubernentur, quę in Breuibus Sanctiſsimi Domini noſtri Innocentij XI. in Directorio pro tribus Ordinibus Romę Typis R. C. A. hoc anno edito, contentis ad longum recenſentur, & approbantur, ac executioni mandari præcipiuntur. Et ne Indulgentiæ ab eodem Sanctiſsimo pro perſonis vtriuſque ſexus noſtræ obedientię, ſeù directioni ſubiectis, Orationi mentali in exercitio Vię Crucis, ſeù Calvarij vacantibus conceſſę, effectu careant, dicti exercitij frequentiam in Domino ſuademus; & quia illius vſum à ſolis Fratribus noſtri Ordinis primo ad inventum, ſeù introductum, & ſpecialibus Sedis Apoſtolicę gratijs, ac Indulgentijs poſteà pro perſonis memoratæ obedientię, ſeù directioni ſubiectis, exornatum, animabus vtilem, & Deo prę multis alijs deuotionibus gratum fore ſperamus, eius dilatationem cunctis Ordinis Superioribus enixè commendamus, eis inſimul imponentes, vt ſedulò invigilent, ne exteri, & qui noſtrę obedientię non ſubſint, ſe in publicationem di-

ctarum Indulgentiarum ad fauorem eorum, quibus conceſſæ non ſunt, aliquatenus ingerant, aut ſibi dictum exercitium, tanquam ſui inſtituti peculiare ornamentum, appropriare præſumant.

45 Prӕtereà, cùm inter Sacratiſsimum Prӕdicatorum Ordinem, & noſtrum, à quinque iam fermè ſӕculis vnionem, charitatiſque nexum, non hominum ſolertia, ſed præcipuè cœlitus ſtabilitam fuiſſe, credamus, & iure hæreditario à Sanctiſsimis noſtris Parentibus Dominico, & Franciſco acceptam conſervare teneamur; Sanctiſsimo Parenti noſtro Dominico nobis ſpecialiter advocato, dilecto, & ab omnibus meritò diligendo, florentiſsimӕque ipſius Familiæ debitum obſequium exhibere deſiderantes, & filialem noſtram venerationem mundo notam facere volentes, renouamus omnia Statuta, Decreta, & Conſtitutiones in Ordine noſtro ad hunc finem hucuſque edita; denuòque illorum obſervantiam, tàm quoad obſequium, & obedientiam Reuerendiſsimo Patri noſtro Magiſtro Generali, Sanctiſsimi Parentis noſtri Dominici Succeſſori legitimo, & alijs eiuſdem Ordinis Prælatis, reſpectiuè, ſicuti noſtri Ordinis Miniſtro Generali, & alijs Superioribus reſpectiuè præſtandam; quàm quoad Hoſpitium eorumdem Fratrum ad noſtros Conuentus accedentium, & illorum charitatiuam, & benignam receptionem, pari, imò maiori charitate, qua noſtros recipimus, ſtatuimus, & intimamus.

46 Et in Conuentibus, in quibus hæc noſtra fraternalis, & innata vnio à noſtrorum Ordinum feliciſſimo exordio proveniens, vel temporum varietate evanuiſſe cernitur, vel Dӕmonis aſtutia, zizania ſeminantis, diſſoluta deploratur, Prӕlatos monemus & (ſi opus fuerit) ipſis prӕcipimus, vt eam toto conatu, & viribus reſtaurare curent, & perpetuam ſtabilire cordicitus conentur. Addentes inſuper, quòd quotieſcumque vel in converſatione, aut priuato colloquio, vel in lectione menſӕ, vel alio quocumque miniſterio Cathedrӕ, vel ſermocinationis de Sanctiſsimo

Pa-

Patre noſtro Dominico pertractare occurrerit, ipſumque nominare, ſemper titulo Patris noſtri nominetur; parique veneratione, ac Parens noſter Franciſcus, ab omnibus vtriuſque ſexus nobis ſubditis habeatur. Et ſi quis in tam debita veneratione defectuoſus inventus fuerit, à Prçlatis reprçhendatur, & corrigatur, &, ſi opus fuerit, pœnis ſuo arbitrio, pro qualitate negligentiæ puniatur.

47 Et cùm pro comperto habeamus, apud quàm plurimos Ordinis noſtri Fratres, imo & Provincias laudabilem vigere conſuetudinem portandi Sanctiſſimi Patris noſtri Dominici interiùs Scapularium, veluti ſui amoris erga tantum Patriarcham ſignum, & venerationis ſtemma; hortamur omnes noſtri Ordinis Subditos, & Prælatos, vt quiſque pro ſuo munere talem conſuetudinem imitari ſtudeat, & alios ad ſimile præſtandum obſequium inducat.

48 Ex inſtantia Fratrum trium Statuum Tertij Ordinis obedientiæ noſtræ, ac directioni ſubiectorum, ſtatuitur, vt ſicut ipſi omnia Officia Sanctorum, ac Beatorum primi Ordinis recitant, eorumque ſolemnitates ſub eo celebrant ritu, ſub quò celebrantur à Nobis: ita Nos, obtenta priùs à Sac. Rituum Congregatione huius Decreti approbatione, Officia Sanctorum, ac Beatorum ſui Ordinis ſub ritu apud præmemoratum Directorium triumOrdinum relato, & inter ipſos conſueto, facere, ac recitare teneamur: ad idque ſtrictè P. Procuratori Generali præcipimus, vt prædictam approbationem accuratè ſoliciter, necnon, vt pariter obtinere curet, quòd in Ordine noſtro ſpecialis fiat de Æterno Patre ſolemnitas cum officio, provt in optatis habent quàm plurimæ diverſarum partium animæ devotæ.

49 Attentis pluribus recurſibus coram Diffinitorio Generali factis, & ne defectus pœna digni impuniti remaneant, Reverendiſsimo P. Miniſtro Generali commendamus, vt pro ſua æquitate examinanda circa eos examinet, & punienda, puniat reſpectu cuiuſcumque Provinciç, vel perſonç nobis ſubditç.

DE-

DECRETUM

Sacræ Congregationis de Propaganda Fide: In quo confirmantur aliquæ modificationes, & extenſiones, ac declarationes in Generali Capitulo, pro ſtabilimento Miſsionum, & Seminariorum earum diſpoſitæ; de quibus fit mentio in retrò ſcriptis Statutis Vltramontanis apud numerum 9.

Decretum Sacræ Congregationis Generalis de Propaganda Fide, habitæ ſub die 16. Novembris 1688.

SAcra Congregatio, attenta inſtantia Miniſtri Generalis Ordinis Sancti Franciſci, petentis, circa Statuta ab eadem Congregatione pro Miſsionarijs partium Vltramontanarum, & Indiarum Occidentalium, necnon pro eorum Collegiis, ſeu Seminarijs in Dominijs Regis Catholici, ac Provincijs præfati Ordinis iam erectis, & in poſterum erigendis approbata ſub die 16. Aprilis 1686. aliquam fieri moderationem, ſeu declarationem; eadem Sacra Congregatio re iterum maturè diſcuſſa, pro maiori Provinciarum pace, Miſsionariorum quiete, & ampliori in ſuo exercitio profectu, ſancivit, & decrevit provt ſequitur.

1 Quòd Provinciæ Novæ Hiſpaniæ, vltra Conventum de Queretero, non teneantur niſi alium Conventum formatum præſtare, vt in Collegium, ſeu Seminarium Miſsionariorum erigi poſsit: Loco tamen Conventus ipſis debeant concedere aliquas Doctri-

ctrinas, ſeu loca Regularia, in quibus duodecim Fratres non adſit, & id præcipuè fiat in Terris novis converſionibus vicinioribus, ſub pœnis in prætatis Statutis præſcriptis rebellibus, ac contradictoribus infligendis.

2. Quòd Provinciæ Peruanæ alios duos Conventus formatos ad hoc idem munus deſtinare tenantur; in reliquis verò, id tantùm obſervent, quod pro Provincijs Novæ Hiſpaniæ ſancitum eſt.

3. Quòd Seminaria, ſeu Collegia tam erecta, quàm erigenda, nuncupentur Collegia illius Provinciæ intra cuius limites exiſtant, ac ſint fundata, & cum ea commercium ſpirituale tam pro vivis, quàm pro defunctis habeant. Et ne membra alterius Provinciæ ſeparata, aut independentia vnquam cenſeatur, Superiores Generales tam Indiarum, quàm Vltramontanæ Familiæ ſuam facultatem, quoad ea, quæ ad ipſos ſpectant Miniſtris Provincialibus earundem Provinciarum, & non aliàs, delegare teneantur, niſi vrgens ratio, aut gravis cauſa aliter aliquando ſuadeat; quia tunc expedit, vt Superior quod iuſtum ſit decernere iubeat.

4. Præcipit eadem Sacra Congregatio, quòd deſtinentur Eleemoſynarij idonei Laici, ſeu Tertiarij in quolibet Seminario, vt Miſionarij nunquam à ſuo munere ob aliquam quæſtuationem diverti poſsint, & quòd nunquam de Seminario recreationis gratia egrediantur niſi in Communitate, quando Patri Guardiano, & Diſcretis expediens viſum fuerit.

5. Quòd per duas integras horas qualibet die vacent Orationi Mentali, dividendas provt Diſcretorium cuiuslibet Seminarij iuxta circumſtantias, & occupationes locorum magis conſonum iudicaverit; & niſi aliquando iuſta de cauſa dimidià horà in aliud opus pium commutare ei viſum fuerit.

6. Quòd Superior Generalis cum Diſcretorio cuiuslibet Collegij id quod ad maius bonum ipſius, & optimum regimen Miſsionariorum conducat, & in præfatis Statutis non ſit præſcriptum, per Conſtitutio-

tio-

tiones municipales decernat, ac ſtabiliat, cum debita tamen ſemper dependentia ab hac Sacra Congregatione; & ſi aliquid pro levamine aliquorum Fratrum à Choro, & alijs aſsiſtentijs tàm intra, quàm extra Seminaria perficiendis, ſtatuere opportunum fuerit, id Superior Generalis cum Diſcretorio prædicto præſcribere teneatur, illæſam tamen ſemper relinquendo Communitatis ſtrictiſsimam in omnibus rigiditatem, & obſervantiam.

7 Quòd definita pro Ex-Diffinitoribus Generalibus, & alijs Patribus Ordinis, qui in pręfatis Seminarijs Miſsionarij fuerint, ſancita etiam intelligantur pro omnibus Patribus Provinciarum, qui iure ſubrogandi in eis fruuntur; ac pro Lectoribus Iubilatis votum perpetuum habentibus, qui alicuius Collegij, ſeu Seminarij, Scriptores fuerint.

Vt autem præmiſſa inviolabiliter ab omnibus, ad quos ſpectant, obſerventur, diſtrictè pręcipit, & mandat, ſub pœnis in memoratis Statutis præſcriptis, pro rebellibus, ac contradictoribus, quibuſcumque Conſtitutionibus Apoſtolicis non obſtantibus, &c. Datum Romę 16. Novembris 1688. P. Cardinalis de Alterijs Pręfectus. O. Archiepiſcopis Seleucię Secretarius, &c.

DECRETVM

Sacræ Congregationis negotijs Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ, in quo alia Brevibus etiam confirmata obſervari præcipiuntur, de quibus fit mentio in retrò ſcriptis Statutis ſub numer. 8. pro Vltramontana Familia.

Eminentiſs. ac Reverendiſs. Domini.

FR. Franciſcus Diaz à S. Bonaventura, Regis Catholici Concionator, & Theologus, ac pro Vltramontana Familia Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia, in hac Romana Curia Commiſſarius Generalis; Eminentijs Veſtris humiliter exponit, ab iſta Sacra Congregatione negotijs Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, olim contra quoſdam abuſus, & ad favorem quietis, & tranquillitatis Religioſorum præfati ſui Ordinis, duo Decreta emanaſſe, quorum tenor eſt huiuſmodi:

Sacra Congregatio Eminentiſs. DD. S. R.E. Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, religioſæ quieti, & tranquillitati Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia benignè conſulens, iniungendum cenſuit, provt præſentis Decreti tenore iniungit, omnibus, & ſingulis dicti ordinis Superioribus, Provincialibus, Localibus, eorumque ſubditis ſub pœna privationis officiorum Ordinis immediatè incurrenda, ne vllo vnquam tempore, quovis prætextu, vel quæſito colore permittant, aut conſentiant, ſæculares quoſcumque ingredi ſepta ſuorum Conventuum, deferendo per ſylvas, hortos, & prata, ſclopos ad venandum, ſeu alia armorum genera, vel illa apud Fratres, tam Su-

periores, quàm ſubditos deponere, pariterque ludere quomodolibet per Clauſtra, aliqua loca publica vel privata ipſorum Conventuum, & convivere, ac pernoctare in eis vltra triduum tantùm piæ hoſpitalitatis titulo: & ſic ſervari mandat; non obſtantibus, &c. Romæ 1. Novembris 1679.

Sacra Congregatio Eminentiſs. DD. S.R.E. Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, ſpectabili cultui, & decoro ornatui Eccleſiarum Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia providè conſulens, iniungendum cenſuit, prout præſentis Decreti tenore iniungit, omnibus, & ſingulis dicti Ordinis Superioribus Provincialibus, Localibus, eorumque ſubditis, ſub pœna privationis officiorum Ordinis immediatè incurrenda, ne vllo vnquam tempore, quavis occaſione, vel prætextu, ad inſtantiam, & preces cuiuſvis, indulgeant, aut conſentiant, ſupellectiles, vaſa, ornamenta, veſtes, atque omnis generis res ſpectantes aliquo modo ad præfatas eorum Eccleſias, Capellas, Altaria, Oratoria, Sacriſtias, extra illa ad vſum, vel officium cæterorum, diſtrahi asportari, ſeu alijs ab ipſis Minoribus Obſervantibus commodari, quin priùs acceſſerit conſenſus, ſaltèm vltra duas partes, totius Capituli cuiuslibet reſpectivè Conventus, per ſecreta ſuffragia ſingulis vicibus præſtandus, necnon à Patri Miniſtro Provinciæ authenticè confirmandus: Et ita obſervari mandat; non obſtantibus, &c. Romæ 14. Martij 1680.

Inſuper idem Orator Eminentijs Veſtris repræſentat, quòd licèt præfata Decretà generaliter, & indiviſim fuerint pro tota Obſervantia expedita, ab aliquibus tamen Superioribus eiuſdem Ordinis in Vltramontana Familia executioni non mandantur, ſumpto tantùm ad refragandum prætextu, ex eo quòd prædicta Decreta, inſtantibus ſolis ſuperioribus huius Citmontanæ Familiæ edita fuerint: Cæterùm cùm in illa Familia eadem motiva adſint, & ſimilis ratio vrgeat, vt æquè ac in iſta obſerventur;
ideò

deò Orator Eminentias Veſtras ſubmiſsè precatur, vt declarare dignentur, Fratres, ac Superiores prædictæ Familiæ Vltramontanæ obſervationi prælatorum Decretorum generaliter pro tota Obſervantia editorum, ſub pœnis in illis contentis, adſtrictos eſſe: Pro quo Deus, &c.

Sacra Congregatio Eminentiſs. S. R. E. Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, attentis narratis, & ſtante relatione Eminentiſſimi Cybo, dicti Ordinis apud S. Sedem Protectoris; cenſuit, ſupraſcripta Decreta extendenda eſſe etiam ad Familiam Vltramontanam eiuſdem Ordinis, ſub iiſdem pœnis in ipſis contentis, prout præſentis Decreti tenore extendi, & exequi mandat. Romæ 25. Ianuarij 1686. Gaſpar Cardinalis Carpineus. Locus ✠ Sigilli. B. Panciaticus, Secr.

 CON-

CONSTITVTIONES, ET ACTA CELEBERRIMI

Capituli Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum, celebrati in alma Provincia Cantabriæ, in Conventu S.P.N. Franciſci Civitatis Victoriæ, in Vigilia Pentecoſtes, die 29. Maij 1694.

PRESIDENTE ILLVSTRISSIMO, & Reverendiſsimo D. D. Fr. Ioanne à Sancta Maria Alonſo, & Valetia, Epiſcopo Celſonenſe.

PRO VTRAQVE FAMILIA.

Proteſtatio de literali obſervantia Regulæ.

1 IN primis Capitulum Generale deſiderans totis viſceribus puram Regulæ obſervantiam, & Regularem Inſtituti noſtri Seraphici Diſciplinam, in qualibet Ordinis Provincia ſartam tectam, atque illibatam conſervare, & ſicuti ex humana fragilitate collapſa fuerit, reſtaurare, ſincerè, & ſolemni-

niter proteſtatur, ſe nullam admittere circa vllum præceptum Regulæ diſpenſationem, vel Apoſtolicam conceſsionem, per quam aliter, ac in textu eiuſdem Regulæ, & declarationibus Nicolai III. & Clementis V. Summorum Pontificum, quoad puram, & ſtrictam Regulæ obſervantiam litteralem Nobis vivere permittatur, ijs omnibus, ad exemplum etiam maiorum noſtrorum, ex animo renuncians, & cum effectu pro renunciatis haberi volens.

2 Eapropter omnes, & ſingulos abuſus, ſi qui vel ex Fratrum inbecillitate, vel ex malo, aut nobis omninò illicito Privilegij alicuius vſu, cuius virtute in quoquam Regulæ præcepto, aut æquipolente, aut vim præcepti habente, cum Ordine, vel Provincia, vel Conventu diſpenſetur, vel ex temerè antiquatis in aliqua Provincia, aut Conventu, ex aliqua parte præfatis Nicolai, & Clementis Conſtitutionibus irrepſerunt, concorditer, & vna voce Vocales omnes in vtriuſque Familię Diſcretorio deteſtantur, damnant, reijciunt, & proſcribunt, ac pro deteſtatis, damnatis, reiectis, & proſcriptis haberi volunt: ſoliſque prædictis Nicolai, & Clementis declarationibus, poſterioribuſque ſucceſſorum Romanorum Pontificum eas confirmantibus Conſtitutionibus, & pręcipuè s. m. Innocentij XI. quæ incipit: *Sollicitudo Paſtoralis Officij, &c.* de anno 1679. die 20. Novembris, nobis vti, & ſecundum eas in Regulę obſervantia vivere licitum eſſe, Capitulum Generalem declarat; non autem ſecundum pravam aliquam, etiam inveteratiſsimam conſuetudinem, aut doctrinam, aut cuiuſvis generis Privilegium, vel in ſubſtantialibus diſpenſationem. Deteſtatio abuſuum, & reiectio Privilegiorum.

3 Cùm autem Religionis intentio ſit, hanc ſolemnem purę, & litteralis obſervantię proteſtationem non in ſolo nomine, ſoliſque vocibus debere conſiſtere, ſed ad optatum finem, executionemque perduci: In primis per S. obedientiam, & ſub actuum legitimorum, atque Officij privatione ſeriò iniungimus, ac pręcipimus Superioribus Localibus Conventuum, Noviti diſcant declarationes Regulæ.

tuum, pro Noviciatu in qualibet Provincia deputatorum, vt antedictas Nicolai, & Clementis declarationes à quolibet Novicio poſt recitationem Regulę antequam pro eius profeſsione vltima Communitatis vota exquirantur, memoriter recitari faciant, ſiue Latina, ſiuè ad maiorem facilitatem, & intelligentiam vernacula lingua, ſaltem ſumariè, compendiosè, & quoad omnia puncta ſubſtantialia.

In qualibet Conventu legantur bis in anno.

4 Omnium etiam Conventuum, tam Noviciatus, quam non Noviciatus, Superiores Locales bis in anno, videlicet menſibus Ianuarij, & Iulij, ſub pœna privationis ſuorum officiorum, ad communem Menſam legi faciant eaſdem Apoſtolicas declarationes communitati Fratrum congregatę, vel Latina, qua editę ſunt, lingua, vel vernacula, in qua per extenſum ad omnium captum, & notitiam traduci eas faciant. De cuius Decreti executione Miniſtri Provinciales, & Commiſſarij Viſitatores, tempore viſitationis nominatim inquirant; & ſi Superiores Locales non obedierint, eos officio irremiſſibiliter privare teneantur; quod ſi eſſent citò completuri, voce activa, & paſsiva eos per triennium deſtituant.

Provinciales cum aſſenſu Diffinitorij deſtinent Cōmiſſarios per Convētus pro Inquiſitione Paupertatis.

5 Deindè ſub Divini diſtrictione Iudicij, ac Officiorum privatione, atque ad ea, & omnia alia inhabilitatione perpetua, Patribus Provincialibus mandamus, vt in ſua quilibet Provincia poſtquam pręſentium Actorum exemplaria impreſſa receperint, intra duos menſes, per ſe, quantum fieri poteſt, & per ſuos Commiſſarios, Religioſos doctos, & graduatos, ac ſtatus noſtri Zelatores, qui de conſilio, & aſſenſu Patrum Diffinitorij inſtituantur, in omnibus ſuæ Provinciæ Conventibus, circa obſervantiam paupertatis diligenter inquirant.

Provinciales, vel eorum Commiſſarij viſitēt ſcripturas Conventuum.

6 Præſertim iidem Miniſtri Provinciales, & eorum Commiſſarij ſic inſtituti, & expediti in aſsignatis ſibi Conventibus, ſcripturas omnes fundationum, aſſignationum, & Legatorum, ſive perpetuorum, ſiuè ad tempus nondum elapſum; & quaruncumque eleemoſynarum, quovis titulo, authore, & vía, Conventi-

ti-

tibus obvenientium, viſitent, perlegant,& recognoſcant; illarumque copias in ijs tantùm particulis, quę tales fundationes, aſsignationes, obventiones, Legata, ac eleemoſynas certas, concernunt, cæteris omiſſis, fideliter extractas per ſe ipſos, ac Guardianos, & Diſcretos Conventuum, ſubſcriptas, & Conventus pariter ſigillo munitas, ſecum adſportent.

7 Syndicos quoque Apoſtolicos alloquantur, & eorum adminiſtrationis libros videant, vt ex adnotatis, & eorum vocali informatione cognoſcant: Primò An Conventus quidquam contra Regulæ puritatem poſsideant: Secundò, An iudicialiter à Fratribus, tamquam dominis, an verò eleemoſynaliter, aſsignationes, obventiones, & Legata noſtro ſtatui permiſſa exigantur: Tertiò, An in Hortis Conventuum fructus ad vendendum,aut vuæ ad vinum faciendum, colligantur; aut triticum, & alia grana ſerantur, aut ſegetes, & ſub quo nomine: Quartò tandem, an ipſi Syndici in omnibus ſuum officium liberè, & exactè adimpleant. Syndicos de ſuo officio, & de ſtatu Conventus examinent.

8 Opere intra quatuor menſium ſpatium completo, & ſcripturis ſic vt præfertur,exaratis, & collectis,Miniſter Provincialis cum eorundem PP. Diffinitorij aſſerſſu, deputet quatuor ex magis graduatis Provinciæ Patribus,in Diffinitorio votum non habentibus, ſivè Ex-Provinciales fuerint, ſiuè Ex Cuſtodes, aut Ex-Diffinitores, ſiuè Lectores Iubilati: quibus ſcripturæ omnes ſupradictæ revidendæ, & eviſcerandæ tradantur; eo primùm animadverſo, an in his aliqua ex prædictis diligentijs, aut informationibus deficiat, vt poſsit ſuppleri, & perfici. Deputentur Reviſores informotionum

9 Hi deputati diebus, & horis opportunis ad benè viſum temporis ſpatium congregentur, & ſigillatim cuiuslibet Conventus ſcripturas diſtinctè recognoſcant,perlegant,& diligenter examinent; Deoque, ac Sancto P. N. Franciſco præ oculis habito, grauitate materiæ ponderata, Ordinis bono, Fratrum ſalute, & ſuamet conſcientia conſiderantis, cuiuslibet Reviſores quid agere debeant.

Conventus ſtatum in ſummarium redigant, deſcriptumque ſuo voto, & ſententia, ac manuali ſubſcriptione muniant; omnia tamen conferentes cum textu Regulæ, & prædictis Nicolai III. Clementis V. & Innocentij XI. declarationibus, & Conſtitutionibus, Ordiniſque Statutis; vt inde colligant, an in eo Conventu iuxta ſtatum, & litteram Regulæ, & Conſtitutionum prædictarum viuatur, conformiter ad noſtram ſanctam paupertatem; & quidquid reſultaverit, ac quid ipſi ſuper eo ſentiant exprimentes, adiecta cuilibet capiti ſui voti ratione.

Præſcribitur Reviſoribus tempus eorundem vota Provinciali conſignanda.

10 Ad quæ omnia peragenda ſex menſium tempus poſtquàm à P. Provinciali præfatorum Conventuum ſcripturas receperint, & non vltra, eis aſsignatur. Quibus peractis, ſummaria prædicta cum eorum voto, & ſcripturarum reſtitutione, P. Provinciali, & Diffinitorio conſignent, expreſſa in iiſdem ſummarijs die eorum deputationis, & die item, qua opus expleverint.

Exemptiones Cōmiſſariorum, & Reviſorū durante officio.

11. Vt autem commodiùs tam neceſſario operi, & Commiſſarij, & Deputati ſupradicti, vacare poſſint, exemptiones, quas Lectores actuales Theologiæ de iure, vel conſuetudine in ea Provincia gaudent, pro eo tempore, quo huic miniſterio inſervierint, illis conceduntur; nec Guardiani eos in aliquo alio Conventus exercitio occupare poſsint, illiſque omnia ad hanc incumbentiam neceſſaria ſuppeditare debeant, atque à tota Provincia, tanquam boni publici fideles operarij, venerentur.

Pœnæ Cōmiſſariorū & Reviſorum recuſantium.

12 Prædicti verò Patres ad talem Congregationem, & Deputationem ſelecti, ſi abſque legitima cauſa Diffinitorio probata ad charitatis ſuæ Prouinciæ impendere, impiè recuſaverint, per ſex annos actibus legitimis priuentur: ſi verò minus fideliter exercuerint, tanquam inimici boni publici ad omnia Ordinis officia perpetuò ſint inhabiles.

Provinciales cū Diffinitorio cū cta examiminent., & provideāt.

13 Prouincialis ergo huic negotiorum maximo ſolicitè incumbens, congregatis iterum PP. Diffinitorij relationes ipſas, ſeu ſummaria, & deputatæ

Con-

Congregationis vota, eorumque rationes, rigoroſo examine conſideret; & quatenùs abuſus aliquos eſſentiales, præcipuè circa paupertatem, vel totius Prouinciæ, vel alicuius Conventus, vigere agnoverit, eos ad Regulæ litteraliter intellectæ, Conſtitutionum Apoſtolicarum prædictarum Nicolai, Clementis, & Innocentij, Summorum Pontificum, Ordiniſque Statu orum amuſim, & præſcriptum, omninò tollat, & fortiter, ac viriliter extirpare omnibus vijs, & medijs, omninò ſtudeat, & conetur; ità vt nullus prorſus reperiatur Conventus in ſua Prouincia, cuius Status circa bona quælibet mobilia, vel immobilia, aſsignamenta, legata, obventiones, & eleemoſynas certas, à Commiſſarijs non recognoſcatur, à Deputatis non conſideretur, & cum voto, ac voti ratione non referatur, & à Prouinciali, & Diffinitorio non iudicētur, & in caſu abuſuum remedio practico, & executiuo cum effectu appoſito ad puritatem obſervantiæ non reducatur.

14 His diligenter peractis, fiat de ſummarijs ipſis, & Deputatorum votis, & Diffinitorij iudicio, ac de appoſito, vbi neceſſe fuerit, remedio, authentica copia, eorumdem PP. Diffinitorij manibus ſubſcripta, ac Prouinciæ ſigillo munita, & ad Superiorum Generalem in Familia reſidentem tranſmittatur, cui de omnium prædictorum executione intrà biennium ad ſummum à præſentium Statutorum receptione ratio reddatur, & poſt acceptam à Superiore Generali ſuper his approbationem, & reſponſum, omnium Conventuum ſtatus, & ſummaria cum Deputatorum votis, & Diffinitorij iudicio, ac remedio in Prouinciæ Regeſto fideliter exarentur, & per Secretarium Prouinciæ fiant de ſtatu, & ſummario, ac de remedijs appoſitis vniuſcuiuſque Conventus, reſpectiuè, authenticæ ſimiliter copiæ, quæ ad Superiores locorum à Provinciali tranſmittantur, iniuncto illis precepto, vt prædictas copias in libris Conventuum reponere, & conſervare faciant.

De executis ratio reddatur Superiori Generali.

In Provinciæ Regeſtis, & libris Convent. ſummaria conſerventur.

15 Superior autem Generalis cùm primùm finales

Superior Generalis Provinciarum notiçias examinet, & defectuoſos puniant.

les à qualibet Provencia præmiſſorum informationes acceperit, cum aliquibus Ordinis Patribus, quos ad manum habere licuerit, eas exactè conſideret; vineæque ſuo cultui commiſſæ conditionem obrutu Seraphico, & qui S.P. N. Franciſci fidelem deceat ſucceſſorem, perluſtret; & ſicubi negligentes, vel tranſgreſſores, ac ſuo muneri aliquos defeciſſe compererit, nulla admiſſa excuſatione, in aliorum exemplum, iuxta qualitatem negligentiæ, vel malitiæ, taxatis pœnis ſubijciat.

Quid faciendum de immobilibus, & Legatis.

16. Omnium verò prohibitorum remedium nullum aptius, aut pro conſcientijs tutius cognoſcitur, quàm bona quæque immobilia contra formam prædictarum declarationum Apoſtolicarum nobis relicta, & quæ fortè à Conventibus ſint poſſeſſa, cenſus quoque, ac legata perpetua, quorum directum dominium ſortis principalis, ſeu capitalis, Provincijs Conventibus, vel Fratribus ſit adſcriptum, omnino his ad quos de iure ſpectat, renuncientur, cum effectu tradantur, vel ſaltèm ad tradendum, officio iudicis relinquantur.

Quomodo retineri, & haberi poſſunt.

17. Si autem temporales earundem rerum Domini pro maiorum ſuorum ſuffragijs voluerit ea Conventibus, ad præfatarum tenorem declarationum, quoad fructus remanere, retenta in ſe propietate, vel ſuis hæredibus, aut communitati loci alicuius, ſeù Hoſpitali, confraternitati, Collegio, aut alteri loco pio, ſivè tertiæ perſonæ adſcripta, cum onere nobis miniſtrandi fructus indè provenientes, eleemoſynaliter, ſivè pro Eccleſiæ fabricæ, infirmariæ, aut alterius particularis neceſſitatis levamine, ſivè pro aliquo opere nobis à Benefactore impoſito; id quidèm, præmiſſa proteſtatione in Statutis expreſſa, & non niſi per viam ſimplicis eleemoſynæ, ac per Syndicum Apoſtolicum recipi poterit. Non enim Regulæ puritati repugnat, ex toties à S Sede declaratis, nos habere legata, etiam perpetua, quorum capitalium directum dominium ſit omninò extrà nos, & fructus nobis eleemoſynaliter ab hæredibus gravatis, ad teſta-

to-

torum mentem erogandi, à nobis, vel à noſtro Apoſtolico Syndico eleemoſynaliter etiam petantur: pro quo attendi poſſunt diſpoſita à S.Sedis proviſionibus, quæ in fine horum actorum impreſſæ dabuntur, ad hoc, vt ſciant Fratres, nullum Legatum aliter factum, eſſe validum, & illud exigentes, vel recipientes Fratres, in malo conſcientiæ ſtatu eſſe, & paupertatis Seraphicæ violatores.

18 His ita pro tollenda proprietate in communi diſpoſitis, ad hoc vt etiam in particulari nulla in Ordine noſtro, quantum per humanas diligentias provideri poſsit, reperiatur proprietas; reintimantur in primis Decreta prohibentia, ne in vllo Conventu collocentur plures Fratres, quàm hi, qui ex conſuetis eleemoſynis in illo, iuxtà noſtri ſtatus paupertatem, valeant ſuſtentari.

Conventus nõ graventur Familia vltra vires.

19 Deindè reintimantur etiam Statuta pœnalia, quibus mandatur Prælatis localibus, vt omnibus, & ſingulis Religioſis tàm ſanis, quàm infirmis omnia neceſſaria pro victu, veſtitu, & cellæ ſupellectili ad paupertatem acommodata, & quidem ea ad religioſam ſufficientiam, & decentiam miniſtrent.

Guardiani neceſſaria miniſtrent

20 Quatenùs verò pro talibus inevitabilibus neceſsitatibus victus, veſtitus, curationis, & habitationis, & pro cuiuslibet Religioſi officio, ſivè ordinario, ſivè extraordinario, de Prælatorum mandato decenter adimplendo, Conventus eleemoſynæ non ſufficiant, ſuperior ipſe, iuxta memoratas declarationes, vel per ſe ipſum, vel indigentem Fratrem, vel per alium à ſe ſpecialiter deputatum, taxata priùs per ſe quantitate eleemoſynæ procurandæ, quæ neceſsitatis menſuram non excedat, ad amicos ſpirituales recurrat, pro vera tantùm, præſente, vel imminente neceſsitate, non autem pro futura, poſsibili, excogitata, incerta, ſaltèm quoad tempus, fictitia, aut merè arbitraria, & multò minus pro ſuperfluitate; ſervata in reliquis pro tali recurſu, & pro circumſtantijs expendendi eleemoſynas, pro talibus neceſsitatibus ab amicis ſpiritualibus collectas, forma præſcrip-

Quid ſi Cõventus nõ habeat vndè.

Digitized by Google

cripta in ſæpè laudatis declarationibus.

Communi tatum conſervatio.

21 Ad tollendam autem Fratribus omnem excuſationem recurrendi ad amicos ſpirituales, vel abſque Guardiani licentia, vel non ſervata forma conſtitutionum Apoſtolicarum, necnon congregandi, aut conſervandi in manu Syndici Apoſtolici, ſeu alterius ſubſtituti, aut interpoſitæ perſonæ, eleemoſynas pecuniarias; renovantur omnia Statuta, & Decreta in Ordinis conſtitutionibus, & ſuperiorum Generalium Patentibus litteris, quibus inculcatur Guardianis, vt ſingulis Fratribus ſuis de prædictis neceſſarijs omninò provideant; & quòd habeant in Conventibus ad continuum Fratrum vſum communitates toties ordinatas; adeò vt omnibus, & ſingulis Religioſis conformiter ad noſtrum ſtatum, & ſanctam paupertatem provideatur ad ſufficientiam de Habitibus, Caputijs, Tunicis, Mantelis, Caparonibus, Cingulis, Calcepodijs, vbi ſunt in vſu, cum ſuis corrigijs, fœmoralibus, alijſque minoribus lineis pannis.

Guardiani in Capitulis ſyndicẽtur, & ſuper quibus

22 Quòd vt exactè obſervetur, de totius Capituli Generalis voto ſtatuitur, vt in Capitulis Provincialibus Guardiani non admittantur ad ſuffragandum, niſi priùs coram Capituli Præſide, & Diffinitorio per iuratas ſuorum Religioſorum, & Syndici Apoſtolici atteſtationes, conſtare faciant, ſe cuilibet indigenti ad ſupradictam methodum neceſſaria miniſtraſſe. Illi verò, qui tales atteſtationes ad Capitula non detulerint, in eo Capitulo voce paſsiva careant, & cuiuſvis officij tunc diſtribuendi incapaces exiſtant, ſub pœna nullitatis, & poſt Capitulum activa, & paſsiva voce per duo ſubſequentia triennia ſolaria ſint privati.

Omnes Fratrum eleemoſynę ad Conventũ pertinent.

23 Nè tamen Conventus aliqua ad ſe iuſtè pertinente eleemoſyna defraudetur, & per hoc inhabilis ad prædicta implenda vel reddatur, vel prætendatur, iterum proclamamus, omnes, & ſingulas eleemoſynas, quæ à particularibus perſonis, & benefactoribus, ſponte, & gratis, aut aliàs quomodolibet Fratri alicui, vel pro eo Conventus Syndico, aut ſub-

ſti-

ſtituto dantur intuitu laborum particularium Fratrum, videlicèt Prædicationis Quadrageſimalis, Adventualis, annualis, aut occaſionalis, ſeù Lecturæ publicæ, aut privatæ, tàm in Vniverſitate, & Collegio, quàm in alio quovis loco intra, vel extra Ordinem exercitæ, moderationis organi, Capellaniæ, Theologatus, confeſsionis, aut alterius cuiuſvis quocumque nomine nuncupatæ, occupationis exercitij, officij incumbentiæ, & actionis, cui merces aliqua, vel donarium certum, aut incertum, cuiuslibet etiam modicæ, & exiguæ quantitatis, correſpondeat, ad Conventum pertinere, & eleemoſynarum illarum proprietatem, dummodò licitis titulis, & modis proveniant, ad S. Sedem Apoſtolicam ſpectare; ac proinde nullam ſuper his Fratri particulari, nequè etiam quoad vſum ineſſe iuriſdictionem, ſed in manu Syndici eſſe deponendas, & ab eodem independenter à particularis Fratris beneplacito, & reſpectu, tanquam Conventus eleemoſynas eſſe recipiendas, & cum cœteris huiuſmodi deſcribendas, & incorporandas, ac permiſcendas, & confundendas, prout ex natura rei, eò ipſo quòd à Benefactoribus erogantur, ſunt, & remanent confuſæ, permixtæ, & incorporatæ, atque in neceſſarios vſus, tàm Communitatis Conventus, quàm ſingularum eiuſdem perſonarum, ſivè in quorum intuitu, & labore datæ ſunt, aut acquiſitę, ſivè aliarum, de Prælatorum præſcripto per Syndicos expendendæ.

24 Fratres autem particulares, qui eleemoſynam, vel ſuo labore acquiſitam, vel pro ſe datam (dummodò non ſit pro aliqua ſpeciali, vera, præſente, vel imminente neceſsitate, à Guardiano probata, & de eius licentia, vt ſupradictum eſt) tanquam ſuam in Syndici Apoſtolici, vel alterius cuiuſque manu ſervare auſi fuerint, vel pro ſe expendi, & non tanquam Conventus, & de Guardiani mandato, fecerint, aut ſcandaloſè prætenderint, propietarij ſunt, & communium eleemoſynarum dilapidatores, ac proinde proprietariorum pœnis plectendi; & ex Conſti- *Pœna Fratrum ſibi eleemoſynas appropriantium.*

turionum præſcripto, ſi in tali ſtatu (quod Deus avertat) deceſſerint, incapaces Eccleſiaſticæ Sepulturæ. Vltra pœnas autem proprietariorum, pro contumaciæ modo actibus legitimis, voceque activa, & paſsiva per ſexeniũ priventur; & ſi fuerint Ordinis, aut Provinciarum Partes, per idem tempus ſubſtitutione, & ſubrogatione in Diffinitorio, tàm Provinciali, quàm Generali careant, neque in Diſcretorium Provinciæ, aut in Capitulum locale, ex quavis cauſa habendum, ſub nullitate actus, admittantur.

Guardianorum, & ſindicorũ conniventiũm.

25 Guardianus verò, qui id permiſerit, & Syndicus Apoſtolicus, qui ad Fratris particularis libitum eleemoſynam ſervaverit, vel expenderit, contra formam à Declarationibus Pontificijs taxatam, ſi de his legitimè convincti fuerint, per Provincialem cum Diffinitorio, aut etiam per Generales Prælatos, advocata ad ſe cauſa, ſuis officijs priventur, & ad ea inquolibet loco exercenda perpetuò in habiles declarentur, & tanquam ſacrilegi latrocinij cooperatores pronuntietur.

Provincialium diſsimulantiũ.

26 Provinciales etiam, qui de alicuius in præmiſſis tranſgreſsione admoniti, taxatas pœnas, tàm contra reos proprietatis, quàm contra Guardianos, & Syndicos cum reis colludentes, exigere culpabiliter neglexerint, à Prælato Generali, cauſa priùs per Commiſſarium ſpecialiter Delegatum, vel per Provinciæ Viſitatorem inſtructa, cognita, & diſcuſſa, ſuis officijs irremiſsibiliter privandi ſunt, & ad ea, ac ſimilia in poſterum obtinenda inhabiles declarandi.

Viſitatores ſuper eo expreſſe inquirant.

27 Quod vt Ordo faciliùs, & ſecuriùs conſequatur, Commiſſarius Viſitator de hoc præcisè articulo in vniuſcuiuſque Conventus viſitatione exquirat, & in Provincialis ſyndicatione rationem exigat.

Prohibitio calceamentorum, & camiſiarũ, &c renovatur.

28 Cùm autem non in ſolis pecunijs, Legatis, eleemoſyniſque ſive perpetuis, ſivè annualibus, ſive manualibus, poſsint inter Fatres abuſus ſerpere; veriùm etiam in his, quæ Habitus, & veſtitus noſtri Seraphici Inſtituti qualitatem reſpiciunt, non pauca ſuboriantur inconvenientia; vt his quoque pruden-

dentet ocurrat, Capitulum Generale communi totius Diſcretorij vtriuſque Familię voto, renovat decreta in Statutis Ordinis, & Bullis Apoſtolicis aliàs intimata ſuper prohibitione delationis calceamentorum, camiſiarum, & aliorum indecentium indumentorum, abſque manifeſta neceſsitate, & licentia ibi præſcripta, & iniungit omnimodam obſervantiam citatę Conſtitutionis Innocentij XI. circa hoc punctum, præciſè de non vtendo pluribus veſtimentis, quam illis, quę Regula pręſcribit, nempè vna tunica cum caputio, chorda, & femoralibus, & alia tunica ſine caputio, nec non mantello, ſandalijs, vel calepodijs vſu Ordinis iam probatis, exceptis caſibus in Regulę declarationibus, & cōnſtitutionibus aliàs legitimè permiſsis, & cum circumſtantijs, & conditionibus, quæ per eas ad conſcientię tutelam requiruntur.

29. Quod vt fideliùs obſervetur, Capitulum Generale renouat, & quatenùs opus eſſet, denuò intimat pœnas omnes, tam contra deferentes prohibita, quàm contra Superiores deferri tolerantes, extra caſus, qui à præcepto excuſent: pręcipitque tam Provincialibus, quàm Commiſſarijs Viſitatoribus per S. obedientiam, vt ſuper hoc puncto ſpecialiter, & exactè inquirant, & contra delinquentes, eoſque non punientes, reſpectibus quibuſcumque poſthabitis, procedant, & de inquiſitione, atque executione huiuſmodi Prælatum Generalem commonefaciant. Pœnæ trāſ greſſorum, & eos non punientium reintimantur.

30. Cui quidem intento optimè conſequendo, & honeſtati; ac religioſitati, immò & vniformitati veſtimentorum, quantum fieri poterit, in toto Ordine comparandæ, ſeriùs intendentes, communi voto eiuſdem vtriuſque Familiæ vocales renovant Statuta poſita in corpore ſuarum vltimarum compilationum reſpectiuè, & omnia alia pertinentia ad erectionem, & conſervationem lanificij in qualibet Provincia ad vilitatem, & ruditatem, ac paupertatem pannorum pro induendis Fratribus comparandorum, vel fabricandorum; & ad numerum, figuram, & menſuram veſtimentorum: mandatque Capitulum Generale, Non fabricentur pāni irreligioſi, nec deferantur.

ne-

ne permittatur in Provincijs, & Provinciarum laniſicijs, fabricari, vel vbi noſtræ non habentur ex alienis pannificinis prouideri pannos, qui non ſint verè cordellati, ac pauperes, & in tali groſsitie, vt indifferentes cuique anni tempori inſervire poſsint, & qui iudicio peritorum veri panni noſtrates non cenſeantur, ſub pœna priuationis officij Provincialibus aliter permittentibus, & earundem officinarum præfectis, aut ſupetintendentibus aliter permittentibus, aut tolerantibus, & non cogentibus Fratres in communi, vt ad præſcriptam normam intextis pannis veſtiantur.

Laniſicia viſitētur, & ſuper quibus.

31 Prælati verò Generales, & Commiſſarij ab eis ad viſitandas ſuo tempore Provincias miſsi, teneantur recognoſcere In decurſu viſitationis laniſicia, & pannos, qui in illis fabricantur, atque delatorum à Patribus, & fratribus indumentorum qualitatem attendere, vt vel ſic ipſis clarè conſtet, an præcisè Fratres communi panno cordellato, & paupere, & iuxtà Religionis morem noſtrate, & in convenienti groſsitie vtantur, & an alijs, quàm talibus pannis pro Habitibus, & mantellis fabricandis (permiſsis ad interiores tunicas ſubtilioribus, & minùs aſperis) laniſicij officiales inſiſtant.

Pœnæ fabricantium pãnos prohibitos, & permittentium.

32. Sicubi autem Ordinis mentem compererint defraudatam, ſtatutique huius tranſgreſsionem irrepere, aut invaleſcere cognoverint, contra Provinciæ Prælatos, ac laniſicij præfectos, ad ſupradictarum executionem pœnarum procedere teneantur, omni ſaltèm quoad ſuſpenſivum appellatione poſtpoſita; & de his omnibus, quæ circa præmiſſa occurrerint, Superiores Generales certiores reddant.

Prælati ſuper hoc præcisē ſyndicentur.

33 In Capitulis autem Generalibus, & Provincialibus, inter cætera ſyndicationis puncta, ſuperiores tam Generales, quàm Prouinciales reſpectiuè ſuper hoc articulo à ſe in viridi obſervantia conſervari procurato (vel quod abſit) negleto, ex profeſſo ſyndicentur, & expreſsè, non autem per clauſulas generales, rationem reddere teneantur.

Laniſicia omnino erigantur.

34 Illæ autem Provinciæ, quę laniſicia propria non

non habuerint, intra annum, iuxta Conſtitutiones aliàs editas, & à S. Sede confirmatas, eas erigere teneantur, ſub pœna priuationis officij Provinciali, & Diffinitorio, inappellabiliter, incurrenda.

35 In his verò panni fabricentur omninò in colore, qualitate, cordellatura, & groſsitie æquales intexti ex lana alba, & nigra in tali portione peritorum adhibito iudicio commiſcenda, vt pannus cinericius euadat, iuxta colorem, quem videmus ineſſe tunicis, & mantellis S.P.N. Franciſci, S.Bernardini Senenſis, ac S. Ioannis de Capiſtrano, quę licèt in diverſis Provincijs, & Regnis reperiantur, omnes tamen in colore cinericio plus minuſvè claro conveniant. Omninò verò præter lanam albam, & nigram, vel ad ſummum ſubrufam, vbi pro qualitate regionis terrei coloris lana vti neceſſarium fuerit, cuiuſvis alterius coloris, & præcipuè cærulei, aut aliàs quomodolibet artificialis lanam in Habituum, tunicarum, & mantellorum panno adhiberi, commiſceri, aut ſuperaddi vetatur, ſub pœna privationis actuum legitimorum Prælatis permittentibus, & ſubditis tales indecentes, nobiſque penitus improprios pannos deferentibus. Qualitas pannorum in ijs fabricandorum.

36 Quòd ſi externa aliqua cauſa prohibente (de qua tamen Prælatis Generalibus legitimè Provincialis, & Diffinitorij iuratum teſtimonium, cum verificatione cauſæ, & eius inſuperabilitatis probatione conſtare debebit) tales pannificinas Provinciæ erigere non valuerint, tunc è vicinioribus Ordinis Provincijs pannos fabricantibus, ſub præfatis pœnis, Prælatus, cui ſecundum Provinciarum conſuetudinem cura veſtiendorum Fratrum incumbat, decentes, atque vt ſuprà contextos pannos noſtrates exigere, & Fratribus ſuis diſtribuere teneantur. Vbi erigi nõ poſsint, quid faciendum?

37 Si autem etiam hoc pro impedimentis Generali Prælato probatis, obtentu ſit impoſsibile, Mercatorum, è quorum officinis panni pro veſtiendis Fratribus coemuntur, præſentis Decreti tenorem, ſub præfatis pœnis, Provinciales, & Guardiani intimare teneantur; & quibuslibet exquiſitis remedijs mercato- Quomodo ſuper eo cũMercatoribus.

 res

res ipſos ad pannōs omninò iuxta hanc normam fabricandos inducere ſatagant, monitis etiam Superioribus Generalibus de difficultate, ſi quæ à mercatoribus ad hoc non implendum prętendatur, vt eam ſua prudentia, & zelo, interpellata cuiuſvis poteſtatis opera, vincere poſſit.

Irreligiosè induentium pœnæ.

38 Quę omnia vt cum effectu in Provincijs pręſtentur, omnes, & ſinguli Religioſi cuiuſcunque qualitatis, & conditionis tam Superiores, quàm ſubditi pannis hic præſcriptis indui teneantur, Superiores officijs, quæ obtinent immediatè priventur; ſubditi verò voce activa, & paſſiva triennio careant; & quibus hęc pœna non competit, carceris pœnam luant, Superiorum arbitrio.

Galeri nigri prohibitio cum pœnis.

39 Audiens Diffinitorium Generale periculum imminere, vt in quadam Ciſmontana florentiſſimæ Nationis Provincia introducatur vſus galeri, ſeù pilei nigri coloris Ordini noſtro indecentiſſimi, omninò prohibet in toto Ordine talis coloris vſum in Fratrum galeris; mandatque Prælatis tam localibus, quàm Provincialibus, vt ſi quis in ſuis Conventibus, & Provincijs Religioſus, aut etiam Tertiarius, nigro galero vtatur, illum omninò his auferant, nec quemquam in poſterum nigrum galerum portare permittant: qui contra fecerit, & vel oblationi præmiſſæ reſtiterit, vel in idem correctus reinciderit, ſi fuerit ſuperior, officio ſuſpendatur per ſemeſtre; ſi ſubditus, ſuffragiorum iure triennio careat; & cui hæc pœna non competit, per annum probationis ſignum deferre cogatur; ſi Tertiarius, Habitu omninò privetur.

Complemētum novi Breviarij ſollicitetur, & novum imprimatur

40 Ex quo ſacrorum Rituum Congregatio ſub die 27. Martij 1694. begninè approbavit Decretum Capituli Generalis Romani 1688. tit. Pro Tertiarijs, & Chordigeris n. 48 quo Statuitur, vt deinceps in toto noſtro Ordine recitetur de Sanctis Tertij Ordinis ſub eodem ritu, quo apud Tertiarios celebrantur, conveniens iudicavit Diffinitorium Generale, vt per Procuratorem Ordinis in Curia Romana ſollicitetur apud Sac. Rituum Congregationem approbatio

Digitized by Google

tio Officij proprij S. Ioannis de Capiſtrano, & aliorum, quæ ibi ſint iam propoſita; & deindè fiat impreſsio novi Breviarij pro omnibus Religioſis vtriuſque ſexus Miniſtro Generali ſubiectis, in quo apponantur locis ſuis in corpore Officia SS. Trium Ordinum à S. Sede approbata, & nobis conceſſa, cum nova collecta de eiuſdem Sac. Congreg. Decreto ſub die 2. Auguſti anni 1692. recitanda pro commemoratione SS. trium Ordinum à S. P. N. Fundatorum, loco veteris Orationis, quando fient in laudibus, & veſperis SS. Suffragia; & addantur, & mutentur, quæ oportuerit ad Lectiones, vel alia officij loca iuſſu eiuſdem Sac. Congreg. addita, vel mutata

41 Ideò commendatur zelo Reverendiſsimi P. N. Miniſtri Generalis talis impreſsionis ſollicitudo, & mandato præcipitur omnibus Provincijs, Conventibus, Monaſterijs, Fratribus, & Monialibus ſingulis Reverendiſsimæ Paternitati ſuę quomodolibet ſubiectis, vt ad conformitatem in Divinis laudibus perſolvendis ſervandam, non alio, niſi tali, poſtquam fuerit impreſſum, vtantur Breviario.

Omnes eo vtantur, tã Fratres quã Moniales.

42 Non ſine iuſto animi angore perpendit Diffinitorium Generale, quanta in pluribus Provincijs evenerint ſcandala poſt novam aliquam canonizationem ſervi Dei, qua Altiſsimus Ordinem noſtrum dignatus eſt decorare, cuius occaſione elapſis annis, vel ratione ſolemnizandi canonizationis feſtum, vel vitam Sancti imprimendi, vel eius imaginem, ſiue ſculptam, ſiue pictam cum aliqua intitulatione, inſcriptione, narratiua, aut rhetorica compoſitione vulgandi, vel de eo prædicandi, vel canonizationis Proceſsionem faciendi, vel aliud quidpiam in ea ſolemnitate peragendi, lites, & diſſenſiones inter aliqua totius corporis Obſervãtiæ membra in varijs Provincijs exortæ Fratrum turbationes, publica iurgia, mendacia vtrinque fortè vulgata, libri & ſcripturæ à temerarijs authoribus, tam proprio, quàm alieno nomine, abſque legitima licentia impreſsi, plus damni, quam honoris noſtro Sacro Ordini, & plus admira-

Deteſtatio ſcandalorũ occaſione Canonizationum.

 tio-

tionis, quàm edificationis apud Chriſti fideles conciliavere.

Quomodò ſervi Dei intitulandi ſint.

43 Volens itaque Diffinitorium Generale talibus in poſterum diſſonantijs, ſecundum Deum providere; conſulto, & maturè decernit, quòd ſi ſervus Dei, de quo agatur cauſa Beatificationis, vel Canonizationis apud S.Sedem, aut qui à Summo Pontifice fuerit beatificatus, vel canonizatus, ſit ex Obſervantia, & mortuus ſit filius alicuius Provinciæ, vel Cuſtodiæ Obſervantis, tã in actis cauſæ, quàm in picturis, ſculpturis, laminis, libris, ſcripturis, elogijs, & folis, ac locis quibuſcumque, exprimatur, quòd eſt Ordinis Minorum de Obſervantia: ſi verò fuerit ex Reformatis Vltramontanæ Familiæ, explicetur, quòd eſt ſtrictioris Obſervantiæ, vel Minorum Obſervantium Reformatorum: ſi autem fuerit ex Diſcalceatis, vel Recollectis Provincijs huius Ciſmontanę Familiæ, dicatur Ordinis Minorum Obſervantium Diſcalceatorum, vel Recollectorum; quod etiam addatur, ſi dicatur ſtrictioris Obſervantiæ, itavt numquam particularis ſtatus, in quo mortuus eſt Sanctus, ſiuè ſit Obſervantiæ, ſiuè Reformatorum, ſiuè Diſcalceatorum, ſiuè Recolectorum taceatur, aut ſtatus cum ſtatu confundatur.

Solemnitas Canonizationum à quibus prius facienda.

44 Solemnitas feſti Beatificationis, aut Canonizationis, ſervi Dei ad totum corpus Obſervantiæ pertinentis, & proceſsio in ea fieri conſueta, priùs fiat à Conventu illius membri, cuius ſervus Dei dum viueret portio fuerat; videlicet Reformatorum, ſi mortuus eſt Reformatus; Obſervantium, ſi obſervans; Diſcalceatorum, aut Recolletorum, ſi Diſcalceatus vel Recollectus, in Cœlo migrauerit: Et ſi plures fuerint eiuſdem membri Conventus, priùs fiat à principaliori; deinde liberum ſit cœteris etiam alterius membri, etiam eodem tempore cum alijs Conventibus (non tamen cum principaliori prædicto membri, ad quod ſanctus immediatiùs pertinet) eam celebrare ſolemnitatem.

Ad Proceſsionem omnes conveniant.

45 Ad Proceſsionem autem, quę à principaliori prædicto Conventu fiet, aliorum Conventuum Commu-

munitates concurrere teneantur; & ſub privatione officij, vociſque activæ, & paſsivæ per triennium, Prelati cum ſuis Familijs omninò conveniant.

46 Si verò in loco non extiterit Conventus immediatioris Inſtituti illius, novi S. ſolemnitas, & Proceſsio (cui omnes alij in loco, vel civitate coexiſtentes Conventus intereſſe, ſub iiſdem pœnis, teneantur) fiat primo in Conventu Ordinis antiquiori, ex quocumque membro Obſervantiæ ſit, dum modò in omnibus Imaginibus, libris, & folijs exprimatur, cuius membri de corpore Obſervantiæ Sanctus ille, vel Beatus in ſua pretioſa morte filius fuerit. Advertentia ſuper prædictis.

47 Omnes, & ſinguli Procuratores cauſarum ſervorum Dei in Conventu Aracœlitano Romæ commorantes exquacumque Familia ſint, ad infraſcripta Diffinitorij Generalis Decreta exequenda teneantur. Decreta pro Procuratoribus Canonizationum.

48 1. Quòd non habeant Syndicum particularem, apud quem de ſuo privato mandato deponi faciant eleemoſynas ad cauſam ſpectantes, vel ſuis neceſsitatibus levandis, ſervata forma Conſtitutionum applicatas; ſed eas omninò integras, & ſingulas conſignari faciant in manibus ſolius Syndici Generalis Ordinis à Miniſtro Generali pro tempore inſtituti, vel inſtituendi. Syndicos particulares nõ habeant.

49 2. Quòd ſub pœna proprietatis non audeant eidem Syndico mandare, vt faciat expenſas vllas, niſi apochę, ſeù pollicæ ſubſcriptæ ſint à Miniſtro Generali, vel, eo abſente, ab Officiali Curiæ eius Familiæ, cui cauſa ſubeſt; exceptis caſibus expenſarum, quæ non excedant ſummam quinque ſcutorum monetæ Romanæ, pro quibus datur illis facultas apochas ſubſcribendi. Syndico autem Apoſtolico intimetur in Patentibus ſuæ Inſtitutionis, vel per huius decreti impreſſæ copiæ ſignificationem, quòd ſi contra hoc præſcriptum ſoluerit, ære & damno ſuo ſoluet, & citra Religionis, aut cauſę obligationem ad ſatisfaciendum pro aliter ſolutis. Apochas expenſarũ, qui debeãt ſubſcribere, & advertentia pro Syndico.

50 3. Sub pœna privationis officij Procuratoris cauſæ, teneatur quilibet Procurator ſingulis ſex menſi- Quolibet ſemeſtri rationem reddant, & quibus.

ſibus coram Superiori Generali,&Officiali Curię ſuæ Familiæ, alijſque Patribus eiuſdem Generalis iudicio in ratiocinatores adhibendis, rationem reddere, tam habitarum eleemoſynarum, quàm factarum expenſarum, & Decretum admiſsionis ſemeſtrium computorum in eodem expenſarum libro per ipſos, Generalem, Officialem, & Patres ſubſcribendum exigere. Si autem inventi fuerint non ſe fideliter geſsiſſe, aut in ſuperflua,& ad cauſam non ſpectantia,eleemoſynas ipſas conſumpſiſſe, pœnis contra Guardianos dilapidatores in conſtitutionibus Ordinis taxatis, puniti, ab adminiſtratione, & procuratione cauſæ removeantur.

Quot, & quales ſocios habere poſsint, & de eorum alimẽtis.

51 4. Non habeant niſi ſocium vnum Sacerdotem Ordinis, vel laicum profeſſum, non autem Clericum; & ad ſummum vnum Tertiarium, nullo verò modo ſervitorem ſęcularem.Provinciæ verò,ad quas cauſæ ſpectant, in ſingulos dies Miſſam pro Conventus Aracœlitani obligationibus,pro victuTertiarij celebrari faciant; quod item pro ſocio præſtabitur, ſi fuerit laicus: & de tali celebratione in ſingulos ſex menſes Procurator ipſe per atteſtationem iuratam ſua manu ſubſignandam, certiorem reddere teneatur Guardianum Aracœlitanum.

Conveniãt Communitatibus Cõventus.

52 5. Tam ipſi Procuratores, quàm eorum ſocij convenire teneantur Communitatibus Chori, Eccleſię, & Refectorij, alijſque,publicis Conventus functionibus, excepto tempore, quo in ſuorum officiorum actualibus negotijs legitimè fuerint impediti,ſuper quo eorum conſcientias oneramus. Negligentes autem à ſuis Prælatis moneantur, & corrigantur, & quatenùs in tantum excedat negligentię,vt Communitati ſcandalo ſit, exemplariter punientur.

Non vocẽtur Commiſſarij nec Procuratores, nec Agentes generales.

53 6. Huiuſmodi Procuratores licèt plures habeant cauſas ſollicitandas, etiam ſi integrę vnius Nationis, aut Familiæ, nullo modo, ſub pœna privationis actuum legitimorum per ſexennium, & amotionis ab officio, audeant vſurpare ſibi titulum Commiſſarij, ſeù Agentis, vel Procuratoris Generalis talis

Na-

Nationis, cauſę, vel cauſarum; cùm ordo alios non habeat Commiſſarios Generales, niſi Familiæ, Indiarum, Curiæ Romanę, & Terræ Sanctę in perſona Guardiani Hieroſolymitani, aut Commiſſarij vnius integræ Nations; nec alios Procuratores Generales, niſi Ordinis, & Reformatorum; nec alios Agentes Generales, quam Nationum Gallicæ, & Germano-Belgicæ, Romę reſidentes.

Deteſtatio impreſsionum factarum hactenus ſine licentia Prælatorum.

54 Quamvis per Conſtitutiones Ordinis, Sacri Concilij Tridentini diſpoſitionibus innixas, vetitum ſit omnibus, & ſingulis vtriuſque Familiæ Religioſis, nè libros imprimere audeant, niſi de Prælati Generalis licentia, prævia Theogolorum approbatione, qui opus maturè examinaverint; immò pro hac Ciſmontana Familla Statuto Generalis Congregationis Victorienſis cautum fuerit, etiam ſub pœna excomunicationis maioris, & privationis actuum legitimorum, ne quis audeat imprimere memorialia, informationes, & libellos, licèt ſub prętextu honoris vindicandi: cùm tamen experientia conſtet, quòd aliquorum temeritas nullis coerceatur præceptis, aut pœnis; ideò Diffinitorium Generale huiuſmodi delinquentes de præterito reos, benignè monet, vt conſulat quiſque conſcientię ſuę.

Extenſio Statuti Ciſm. ad Vltram.

55 In poſterum autèm extendit ad vtramque Familiam prędictum Victorienſe Statutum, & abſolutionem cenſuræ Pręlato Generali Familię tranſgreſſoris reſervat.

Dantur regulæ pro impreſſione ſcripturarũ pro negotijs.

56 Explicat tamen, quòd ſi memoralia informationes, & libeli totius Ordinis intereſſe reſpiciant, non ſine Miniſtri Generalis licentia, prævio examine, in ſcriptis concedenda, imprimatur; ſi verò Familiæ res pertractent, non ſine Familię Prælati ſcripto beneplacito typis dari poterunt. Quod ſi negotium Provinciæ ſit, & dilationem non patiatur, ac pro eo de Diffinitorij iudicio aliqua ſcriptura typis vulgãda ſit, poterit Prælatus Provincię in hoc tantum caſu imprimendi facultatem concedere: idemque præſtare poterit quilibet officialis Curię, tam Obſervãtium, quàm

Re-

Reformatorum, circa ſcripturas in cauſis gratioſis, vel contentioſis, apud ea Tribunalia vertentibus, & ad Provincias ſuæ Familiæ, & officij pertinentibus, dummodò ipſi eas priùs revideant, & ſcripto approbent, cum obligatione reddendæ rationis Prælato Generali, ſi quid impudenter ſcriptum imprimi permiſerint.

Pœnæ aliter imprimentium, & permittétium.

57 Religioſi, qui ſine tali facultate ſcripturam quamcumque imprimi fecerint, ſi in Pontificia, vel Cæſaris, aut Regum, ſeu Principum Curijs deliquerint, præter prædictas pœnas perpetuæ ab ea Curia amotionis pœnam ſubeant; ſi extra Curias, præter prędictas Victorienſis ſtatuti pœnas, alias etiam arbitrio Generalis Prælati infligendas incurrant. Quibus etiam ſubiaceant Provinciales, qui extra prædictum caſum, ac ſine Diffinitorij aſſenſu, aliquid imprimendi licentiam dederint, exceptis Theſibus Scholaſticorum, quorum impreſsionis facultas vſus obtinuit, vt ad Provinciales pertineat.

Non imprimantur ſcripturæ in Cap. Gen. abſq; debita facultate.

58 Cùm ex impreſsione aliquorum volantium foliorum, quæ temerè à quibuſdam in ipſa Capitulorum Generalium imminentia vulgantur impreſſa, anonyma, & ſine vlla facultate, atque omninò inſcijs Prælatis Generalibus, nullum bonum reſultet Ordini, immò magis turbationes, novitatum deſideria, ſimultates, & rixæ oriantur; decernitur, vt ſub pœnis ſuprà recenſitis, ac alijs in pacis turbatores taxatis, nemo talia folia, & opuſcula, ſeu libellos imprimere, vulgare, ac publicare audeat ſine præfatis licentijs.

Erigédarũ Provinciarum conditiones.

59 Quandoquidem ex nova Provinciarum erectione, præcipue ex motivo diviſionis alterius Provinciæ proveniente, non pauca Ordo experiatur incommoda, decernitur, vt præter obſervantiam omnium aliarum conditionum, ad novam alicuius Provinciæ erectionem, & in ſtatu Provinciæ conſervationem, ſanctione Apoſtolica, vel Religionis requiſitarum; Provincia, quæ de novo erigi prætendatur, habeat ad minus viginti Conventus, inter quos ſint aliqui ad primum, & ſecundum Novitiatum, aliqui ad Recolectionem, & ſaltèm tres ad Artium, & Theologiæ, ſtudia, deputati.

Quòd

60 Quòd ſi externæ Poteſtatis impulſu aliqua ſine tali Conventuum numero, & qualitate Provincia noviter erigeretur, ea in Capitulis Generalibus neque activam, neque paſsivam vocem habeat, niſi poſtquam ad eum numerum, & qualitatem Conventuum formalium pervenerit, ſuamque præcedentiam, etiam reſpectu Provinciarum poſt ſe cum prædicto Conventuum numero, & qualitate erectarum, à die impletæ conditionis hic præſcriptæ dimetiatur; non autem à die erectionis ſine prædictis conditionibus.

Pœnæ aliter in aliqua erigendarum.

61 Ad ſervandam in Ordine vniformitatem intitulationis, tàm Prælatorum, & ſubditorum in particulari, quàm Provinciarum, & Conventuum in communi; ex totius Capituli Generalis compromiſſo, ſtatuitur, quòd nullus Religioſus ſeu activè, ſeu paſsivè vocari, aut intitulari poſsit, niſi conformiter ad ſtatum in quo reperitur; videlicet, Obſervans, ſi ſit ex Obſervãtibus; Reformatus ſi ex Reformatis; Diſcalceatus, ſi ex Diſcalceatis; & ſi ex Recollectis, Recollectus: eo tamen obſervato, quòd à Capitulo Generali per Recollectum intelligitur filius Provinciæ Recollectę, non autem Religioſus Provinciæ Obſervantis degens in Conventu Recollectionis: cùm tam Fratres, quàm Conventus huiuſmodi in toto corpore Obſervantiæ pertineant ad membrum particulare Obſervantium, proùt hoc differt à membris particularibus diſtinctis Reformatorum, Diſcalceatorum, & Recollectorum. Idem etiam omninò ſervetur in Provinciarum, & Conventuum appellatione, ſeu intitulatione.

Prælatorum, ac ſubditorũ Provinciarum, & Cõventuum intitulatio.

62 Qui autem ſeipſos, aut ſuas Provincias, & Conventus, vel alias Provincias, & Conventus, aut alios Fratres ex toto corpore regularis, ſeu ſtrictioris Obſervantiæ, ſive vivos, ſive mortuos, aliter inſcripſerit, aut novo titulo à S. Sede Apoſtolica non admiſſo appellaverit; pœnam Superiori Generali, vel Provinciali arbitrariam incurrat: ſalva etiam diſpoſitione Leonis X. in Bulla vnionis, circa nominum, & titulorum impoſitionem,

Tranſgreſſorum Pœnæ.

Digitized by Google

Titulorum affectata copia vitāda.

63 Prælati quoque ad evitandam ridiculam titulorum copiam, duos tantùm titulos in ſuis Patentibus poni faciant ex Ordine prodeuntes, præter eos, qui ex occupationibus honorificis extra Ordinem ſibi proveniant; itaùt Generalis appelletur Lector Iubilatus, & Miniſter Generalis; & non diſsimiliter Commiſſarius Generalis Familiæ, vel nationis, ſuppoſito quòd tales fuerint. Provinciales pariter, & Viſitatores eodem titulorum numero vtantur, videlicèt litterario potiori, quem habeant, & officij, quod exercent, atque ad ſummum Paternitatis Ordinis actualis, vel habitualis, qua gaudeant; hanc verò normam eos, & reliquos Ordinis, & Provinciarum Patres, & Fratres intitulandi, atque ſcribendi, omnes ſervare debeant, ſub pœna, aliter ſcribentibus, in Statutis comminata. Permittitur, tamen, vt in Dedicatorijs, & alijs publicis folijs ſinguli tituli perſonam Religioſam intra, vel extra Ordinem qualificantes, exprimi poſsint, dummodò non ementiti ſint, aut exaggerati, & non ita ponantur, vt deriſum potiùs, quàm venerationem concilient.

Quomodò intitulandi ſint Miniſter, & Cōmiſſ. Generalis.

64 Inſuper vltra prædicta Miniſter Generalis totius Ordinis, & Commiſſarius Generalis Familiæ, ex quocumque Religionis membro fuerint ad tales dignitates aſſumpti, ſivè ex Obſervantibus, ſivè ex Reformatis, aut Diſcalceatis, vel Recollectis, in ſuis Patentibus hunc titulum ſimpliciter apponant; nimirum Frater N. Lector Iubilatus, vel emeritus, vt ſupra, &c. Miniſter Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum S. P. N. Franciſci. Frater N. Commiſſarius Generalis Ordinis Minorum S. P. N. Franciſci in tota Familia Ciſmontana, vel Vltramontana. Et Religioſis omnibus præcipitur, vt nec ore, nec ſcripto, nec publicè, nec privatè audeant alio ipſos titulo afficere, vel aliter nuncupare.

Secretarius linguarum aliquando neceſſarius: eius aſſumptio, & privilegia.

65 Docente experientia, quòd in maximum communis boni detrimentum aliquando cedit, Miniſtrum Generalem carere Secretario linguarum, poterit Reverendiſsimus P. Miniſter Generalis Santiſsimo ſupplicare pro moderatione Statuti, Secretarij linguarum offi-

officium abrogantis, à Sede Apoſtolica in forma ſpecifica confirmati, ad hoc, vt tàm ipſe, quàm ſucceſſores in vrgenti neceſsitate aliquorum Ordinis Patrum conſilio probata, talem generalem linguarum Secretarium ex qualibet Familia, non tamen ex Natione alterius Secretarij Generalis actualis, poſsit aſſumere: qui in actu, & habitu officij cæterorum Secretariorum Generalium privilegijs, iuribus, & præeminentijs in omnibus, & per omnia, abſque vlla penitus differentia, gaudeat.

66 Longiſsimam Prælatorum Generalium, ac officialium Curiæ vacantiam Ordini eſſe incomodam, docente experientia; Diffinitorium Generale iniungit Officialibus Curiæ, vt Sanctiſsim. D. Noſtro ſupplicent pro illius moderatione, & reductione ad duplum temporis, quo exercuerunt officium, vacantiæ odioſitatem importans; ſicut diſponitur pro Prælatis, & officialibus Provinciarum; curentque proinde Pianę, & Gregorianarum Conſtitutionum, quoad præmiſſa, moderationem

Supplicetur pro moderatione vacantiæ officiorum Generaliũ.

67 Si contingat, vt in Provincia aliqua, etiam Reformatorum, ante diſceſſum Pro-Miniſtri pro ſuffragio ad Capitulum Generale ferendo electi, ceſſet in Miniſtro, vel Viceario Provinciali impedimentum, quod Pro-Miniſtri electioni cauſam dederat, vel aliàs quomodolibet velit ipſe, etiam cum ſuo incomodo, ad Capitulum Generale perſonaliter ſe conferre, & Regulæ precepto per ſe ipſum ſatisfacere; declaratur, non poſſe à Pro-Miniſtro quidquam in contrarium prætendi, ſub pœna apoſtaſiæ, ſi iter arripiat, & privationis actuũ legitimorum, ſi Provinciam propter hoc per lites turbaverit: cùm ex terminis conſtet, Pro-Miniſtrum eſſe ſubſtitutum Miniſtri, nec habere locum, præſente principali. Si autem Pro-Miniſter ante Provincialis convaleſcentiam, vel novam deliberationem, è Provinciæ terminis exierit, remaneat Provincialis in Provincia, cùm iam ei ceſſaverit debitum, & iura Provinciæ ſint alteri legitimè commiſſa.

Caſus circa pro Miniſtri expe ditioné reſolvitur.

68 Succedente quocumque ex caſu vacantia

H 2 Guar-

Digitized by Google

Præſidentis Convẽtus deputatio, quando à Viſitatore facienda.

Guardianatus alicuius Conventus poſt captam à Viſitatore officij poſſeſsionem, deputatio Præſidentis ad ipſum Viſitatorem pertineat, vſque ad novam Guardiani electionem, non obſtante quacumque conſuetudine in contrarium; cùm non poſsit Provincialis diſponere de Fratribus iam ſubditis Viſitatori, niſi in caſibus Prædicationis, & Confeſsionis Monialium, expreſsis in noſtris legibus.

Nova officialium Curię electio, & duratio.

69 Iuxta diſpoſita in Brevi motu proprio expedito à feliciter regnante SS. D.N. Papa Innocentio XII. quod incipit, *Sacroſancti Apoſtolatus, &c.* ſub die 10. Aprilis 1694. Procurator Generalis Ordinis, & Commiſſarius Generalis Curiæ Romanæ, in poſterum eligantur in Capitulo Generali per vota ſecreta, & ballottationes, proponente Miniſtro Generali: in qua electione ſuffragium ferant omnes Vocales Provinciarum illius Familiæ tantùm, ad quas pertinet Officialis eligendus. Qui quidem ſic electus, vſque ad ſequens Capitulum Generale in officio durabit.

Negotia in Romana Curia à quibus peragenda.

70 Renovantur Statuta prohibentia Fratres, cuiuſcunque gradus, & conditionis exiſtant, agere in Romana Curia, ſeù procùrare negotium aliquod concerniens totum Ordinem, Familiam, vel Provinciam; ſub pœna privationis actuum legitimorum; ſed ea omnia Superiori Generali, aut Officiali Curiæ peragenda tradantur, & relinquantur expedienda, etiam inter Reformatos.

Nova cum Ordine Carmelitano correſpondentia

71 Cùm Reverendiſsimus P. N. Prior Generalis totius Ordinis Carmelitani per ſuas officioſiſsimas, & religioſiſsimas litteras petere dignatus fuerit correſpondentiam pauperrimę Religionis noſtrę cum Ordine ſuo Illuſtriſsimo, & magis particularem vtriuſque Sacroſanctæ Familiæ amicitiam, præcipuè ex eo quòd S. P. N. Franciſcus, dum adhuc viveret, B. Angelo Martyri Carmelitę in maxima fuerat charitate, & Divinorum ſecretorum mutua revelatione coniunctus; Diffinitorium Generale humiles gratias P.S. Reverendiſsimæ referens, per ſanctam obedientiam præcipit omnibus, & ſingulis Ordinis noſtri Fratribus, tàm

Præ-

Prælatis, quàm ſubditis, vt cum præfato Sacro Ordine Carmelitano mutuam religioſam particularem, & devotiſsimam, tùm in communi, tùm in particulari correſpondentiam habeant, colant, & oſtendant; eiuſque Ordinis Religioſos in noſtris Conventibus, ſi ad eos diuerterint, hoſpitio excipiant, & charitatiuè pertractent, ac ſummo vbilibet honore proſequantur. Quia verò idem Reverendiſs. P. Generalis deſiderat, vt in Ordine noſtro officia recitentur B. Virginis de Monte Carmelo, & B. Angeli Martyris antedicti; committitur Officialibus Curiæ, vt pro ea gratia obtinenda ad Sac. Rit. Congregationem, ſine cuius indulto ſpeciali officia recitare non poſſumus, opportunè recurrant.

72 Attenta ſumma neceſsitate vniformitatis in toto Ordine, & in omnibus Provincijs, reſpectiuè, circa expeditionem litterarum Patentium, ex quarum tenoris varietate non pauca oriuntur inconvenientia. Diffinitorium Generale committit Reverendiſsimo P. Fr. Michaeli Angelo de Candia, vt exactum componat Formulariùm ad negotiorum omnium, & prouiſionum, Ordini, Provincijs, & Conventibus Familiarum, exigentiam paratum, & iuxta ſibi bene notam Diffinitorij Generalis mentem; exprimendo in qualibet formula omnes, & ſingulas clauſulas neceſſarias, & opportunas. Poſtquàm autem illud fuerit perfectum, & à Reuiſoribus à Prælato Generali deputandis approbatum, ab Officialibus Curię de eiuſdem Prælati mandato typis dari curetur, & ad ſingulas totius Ordinis Provincias tranſmittatur; eoque Secretarij, tanquam publico Ordinis Promptuario, vti, ſiuè Latina, ſiuè vernacula, in quam fideliter traductum ſit, lingua, iuxta Nationum, aut Provinciarum morem, teneantur. Formularium commune toti Ordini proponitur.

73 Relata per graviſsimos Patres Vltramontanæ Familiæ doctrina, qualitate, atque vtilitate nouæ practicæ criminalis typis datæ à R. P. Fr. Ludovico de Ameno, Reformatæ Provinciæ S. Didaci Lectore emerito; decernit Diffinitorium Generale, vt Prælati Ordinis, & Provinciarum illa in vtraque Familia vtantur; ideòque Officiales Curiæ ſufficientia illius exempla- Noua practica criminalis commendatur.

riam

ria ad ſingulas Provincias, ab intereſſe habentibus in impreſsione, tranſmitti curabunt.

Duciſſæ vi duæ de Naxera gratiæ aguntur.

74 Maxima pietas, & eximia deuotio Excellentiſſimę Dominæ D. Mariæ Michaelæ de Texada, Borja, Velaſco, & Mendoza, Ducißę de Naxera, & Marchioniſſæ de Cañete, Viduæ relictæque Excelentiſsimi D. D. Antonij Emanuelis Manrrique de Lara, Seraphicæ noſtræ Religionis, dum viueret, Patroni, & Benefactoris amantiſsimi, teſtimonia noſtrę gratitudinis exigit; eo etiam attento, quòd Excelentiſsima Domina Duciſſa de Naxera actualis Marchioniſſa de Cañete, Religionis in præſenti Patrona beneficentiſsima, Excellentiæ ſuæ filia, pari pietate Ordinem noſtrum proſequitur, hæreditaria in Seraphicum Patrem beneuolentia.

Suffragia poſt eius mortẽ pro ea faciẽda.

75 Excellentiam igitur ſuam de toto Ordine, & pluribus Capitulis Generalibus, ſui Patronatus tempore, non ſine ingenti æris ſui profuſsione, celebratis, benemeritam, quo decet obſequio afficiens Diffinitorium Generale, decernit, ac mandat, vt poſtquàm Excellentia ſua fato cedens ad immortalem vitam emigrauerit, pro eius anima in qualibet Provincia, Conventu, & Monaſterio, à ſingulis Sacerdotibus, Clericis, Laicis, & Monialibus Ordinis ſubiectis, eadem prorſus ſacrificia offerantur, & officia celebrentur, ac preces perſolvantur, quæ ad Conſtitutionum Ordinis præſcriptum pro Patronis Capitulorum Generalium ab hac vita decedentibus offerri, celebrari, & perſolvi conſueuerunt; quatenùs piorum operum ſuorum, & eleemoſynarum in Ordinis leuamen erogatarum à nobis fructus colligere, & ſacroſanctis adiuta ſuffragijs tanquàm pietiſsima Ordinis Mater, à Seraphico Noſtro Patriarcha S. Franciſco Diuinæ Gloriæ ſolio valeat præſentari.

PRO TERRA SANCTA.

1 DVratio Commiſſariorum Terræ Sanctæ nullum habeat terminum præfinitum; ſed omninò maneat ſub arbitrio, & poteſtate Mini-

Digitized by Google

niſtri Generalis pro tempore, eos vel in officio continuare, vel etiam, nulla interveniente cauſa, tam tempore Capituli Generalis, quàm alio quocumque, licèt ante octennium, vel duodennium, amovere; ſicut de Lectoribus ſtatuta diſponunt: immò in litteris Patentibus eorum inſtitutionis, vel continuationis, apponatur clauſula durationis *ad beneplacitum*.

Patentes à S.Sede cō. firmatæ quid faciāt.

2 Quòd ſi aliquis eorum à S.Sede ſuarum Patentium litterarum confirmationes, etiam in forma ſpecifica, extorſerit, non exprimendo in expoſitiva, quòd durant ad beneplacitum Generalis pro tempore; litteræ Apoſtolicæ intelligantur tantùm corroborativæ facultatum, ex vi Conſtitutionum Ordinis officio ſuæ Commiſsionis competentium, non autem impeditivæ amotionis; cùm ex hoc capite eſſent ſubrreptitiæ.

Non vocētur Cōmiſ. Generales.

3 Nullus ex prædictis Commiſſarijs Terræ Sanctæ (exceptis dumtaxat Matritenſi, Romano, Viennenſi, ac Pariſienſi Commiſſarijs) vocetur aut ſe ſubſcribere, vel inſcribi facere audeat cum titulo Procuratoris, vel Commiſſarij Generalis Terræ Sanctæ: licèt enim in Capitulo Generali Salmantino talis tituli inſtitutio reperiatur; officium tamen Commiſſariatus in ſtatu præſenti, nec quoad extenſionem, nec quoad formam deputationis, eſt illud, quod ibi præſcribitur, & inſtituitur; ideòque errore irrepſit, ſi amanuenſium defectu huiuſmodi Commiſſarij in aliquo publico Ordinis, vel Prælatorum Generalium documento, Commiſſarij Generales Terræ Sanctæ appelletur: quod non aliter intelligendum eſt, quàm ſicut intelliguntur mandata procuratoria per Notarios fieri ſolita, videlicet, quòd generalitas cadat ſupra negotia, non autem ſupra officium, afficiendo illud qualitate generalitatis.

Sociorum numerus, & qualitas

4 Huiuſmodi Commiſſarij non habeant niſi ſocium vnum, & ad ſummum vnum Tertiarium, & ſocius non ſe inſcribat, aut ſubſcribat titulo Secretarij, nec Vice-Commiſſarij, quum ſit merus ſocius ad ſervitia deſtinatus.

Communitatibus cō-veniant.

5 Tam ipſi Cōmiſſarij, quàm ſocij, & alij quicunque Fratres, Terræ Sanctæ ſervitijs, etiam in Romana Cu-

Curia, deputati, quantum per legitimas occupationes licuerit, convenire teneantur Communitatibus Chori, Eccleſiæ, & Refectorij, cæteriſque omnibus actibus, functionibus, & Proceſsionibus, quæ à Communitate fiunt.

Licentiam ad exeundum petitam, non denegandam.

6 Nec prædictorum aliquis, ſub apoſtaſiæ nota, exire audeat è Conventu, niſi accepta toties quoties à Superiori locali benedictione, & licentia, iuxta ſtatuta Capituli Generalis Toletani 1658. renovata in Capitulo Generali Romano. 1664. Guardianus autem prædictam licentiam toties quoties petitam negare non poſsit, inconſulto Prælato Generali.

Commiſſariorum Perſonæ Generalibus ſubordinātur.

7 Commiſſariorum perſonæ ſunt immediatè Superiori Generali Ordinis, & Familiæ ſuarum Commiſſionum ſubditæ, extendendo ad Familiam Vltramontanam ea, quæ in Valliſoletana Generali Congregatione anno 1661. tit. *Pro Terra Sancta* decreta ſunt, & revocando quamlibet diſpoſitionem in contrarium, tanquam contra Summorum Pontificum diſpoſitiones circa ſubiectionem ad Commiſſarium Generalem Familię, tam pro iſtis, quàm pro cęteris alterius Familiæ Fratribus, emanatam. Venerabuntur tamen, & recognoſcent Guardianum loci, tanquam ſuum Superiorem, quoad vitam regularem, ex diſpoſitis in Capitulo Generali Tolet. 1658. tit. *Pro Terra Sancta*, num. 3.

Socij, & reliqui Provincialibus, & Guardianis ſubditi.

8 Socij autem Commiſſariorum, & reliqui Fratres pro Terra Sancta intra fines Commiſſariorum operantes, ſubditi ſunt Provincialis, & Superioris localis, quoad vitam Monaſticam, & Regularem diſciplinam, morumque correctionem, ſicut habetur in ſtatutis Capituli Generalis Romani 1639. ab Vrbano VIII. in forma ſpecifica confirmatis, tit. de Commiſſario Terræ Sanctæ in Curia Regis Catholici reſidente. Vndè ſicuti Commiſſarij, ſi deliquerint, puniendi ſunt à Superiore Generali Familiam regente; ita ſocij, & reliqui à Provinciali, & Prælato locali, tanquam cæteris Fratres, monendi, corrigendi, & puniendi erunt.

Vice-Commiſſarij à quo, & quo modo inſtituendi.

9 Vice-Commiſſarij Terrę Sanctę inſtitutio in qualibet Commiſsione, vel Provincia, non fiat à Commiſ-

miſſarijs, ſub nullitate actus, & in ſe ſecutorum, ac priuatione officij Commiſſario contra facienti, ad normam diſpoſitorum in Capitulo Generali Tolet. 1658. à S. Sede Apoſtolica in forma communi confirmatorum, tit. *Pro Terra Sancta*, n. 1. & 2. ſed eorum inſtitutio ad Miniſtrum Generalem priuativè pertineat, & per ſolas ipſius Patentes litteras valida ſit, ad memorati ſtatuti præſcriptum. Quòd ſi Superior Generalis alicui Commiſſario expreſsè concedat in ſcriptis, vt Vice-Commiſſarium benè viſum in aliqua Provincia inſtituat, id intelligatur iuxta diſpoſita in antè dictis Salmantinis anno 1618. videlicèt, vt non niſi is deputetur, quē Provinciæ Diffinitorium ad id muneris idoneum indicaverit.

Quomodo Fratres pro quæſtuationibus aſſumendi.

10 Tam Commiſſarij, quàm Vice-Commiſſarij advertant, quòd in præfata Conſtitutione Toletana illis inhibetur deſtinare Fratres ad quæſtuandum pro Terra Sancta, niſi accedat beneplacitum, & aprobatio Miniſtri Provincialis, cuius ipſi quæſtuarij fuerint ſubditi: eoſdemque expleta quæſtuatione, & ratione reddita Commiſſarijs, vel Vice-Commiſſarijs, à quibus dimiſsi fuerant, recto tramite ad ſuos Conventus redire debere. Quòd ſi quæſtuarij abſque beneplacito, & approbatione Provincialis ad quæſtuationem iverint, aut expleta ipſa ad ſuos Conventus ilico non redierint, à ſuis Provincialibus, vigore præſentis ſtatuti, gravium Apoſtatarum pœnis puniantur.

Quæſtuarij quomodo ſe gerere debeãt, & ſub qua pœna.

11 Tales autem quæſtuatores cum in diſtrictibus Conventuum fuerint, Guardianis locorum ſe præſentare, & ſuas quæſtuandi facultates, ſub pœna carceris, exhibere teneantur: nec in domibus ſæcularium; abſque vrgenti neceſsitate pernoctare permittantur, & nullo modo in locis, vbi Ordinis Conventus adſunt; vbique autem exemplariter, & prout decet, religioſè ſe gerant. Quòd ſi in prædictorum aliquo deliquerint, à Superiore Provinciali, vel locali, cui id legitimè, licèt ſummariè conſtiterit, in cuſtodia detineantur, & iuxta facultates ſibi competentes puniantur, deſtinatis tamenq alijs ad quæſtuationes in Terræ San-

ctæ ſubſidium complendas, & monitis tam Superiore Generali, quàm Commiſſario Terræ Sanctæ de ijs, quæ acciderint.

Quales quæſtuationes prohibentur, & in quibus caſibus liceant.

12 Conquerentibus pluribus Provincijs Vltramontanis, quòd in maximum Conventuum præiudicium fiant, & fieri mandentur pro Terra Sancta (præter conſuetas eleemoſynarum collectiones) quæſtuationes inſolitæ, vt erogata à fidelibus, cum eorum deindè ſcandalo vendantur, videlicet, tritici, olei, vini, caſei, olerum, carnium ſalitarum, & ſimilium; diſtrictè præcipitur, & ſub officij privatione mandatur Commiſſarijs, & Vice Commiſſarijs, vt omninò abſtineant à talibus quæſtuationibus rerum, quas in propria ſpecie in ſactorum locorum, & Fratrum ad ea pertinentium neceſsitatem impendere non poſſunt: cùm ad ſolum effectum vendendi, ſuperflua colligere ex Regulę noſtrę profeſsione Nobis nullo pacto liceat. Verùm in locis vbi ſunt Portus maritimi, ex quibus Fratres ad Terram Sanctam euntes ſolent navigio diſcedere, permitti poterunt aliquæ talium rerum quæſtuationes ad effectum duntaxat, vt Fratribus ipſis provideantur pro itinere neceſſaria in propria ſpecie; cum ea tamen moderatione, & diſcretione, quòd Conventibus præiudicium non inferatur. In cæteris autem commiſsionibus ſervetur conſuetudo, dummodò Conventus non damnificentur, ſuper quo Superior Generalis providere curabit pro ſuo zelo, ne ſcandala, & turbationes eveniant.

Computus quovis ſemeſtri reddendi.

13 Singulis ſex menſibus tam Commiſſarij, quàm Vice-Commiſſarij, iuxta præſcriptum veterum Statutorum, & precipuè Salmaticenſium in ſtatutis Capituli Generalis Romani 1639. in forma ſpecifica à S. Sede confirmatis renovatorum, rationes reddere teneantur eleemoſynarum, tam pecuniarum, quàm cuiuslibet alterius rei in propria ſpecie, quas pro Terra Sancta quomodolibet collegerunt, & expenderunt, aut colligi, & expendi fecerunt, aut ad eos vndecunque, & quomodocunque pervenerunt, ſub pœna privationis officij; extendendo etiam, quatenùs opus ſit, prædictum

ctum ſtatutum Salmantinum ad vtramque Familiam.

14 Hanc autem rationem reddere debebunt ex libris rationalibus, tam ſuo, quàm Syndici Apoſtolici Terræ Sanctæ, qui ad invicem confrontari omninò debebunt, iuxta diſpoſitionem prædictorum Salmaticenſium, præſentando libros originaliter coram Provinciali, & Diffinitorio Provinciæ, in qua reſidet Commiſſarius, vel Vice-Commiſſarius, cum interventu eiuſdem Syndici, vel eius ſubſtituti. Si autem Superior Generalis Ordinarius, vel Delegatus, ibi præſens fuerit, & redditioni rationis adeſſe voluerit, id coram ipſo, cum aliquibus gravioribus Patribus, privativè quoad Diffinitorium, in eo caſu, fieri poterit. Sin verò in Conventu reſidentiæ Provincialis non ſoleat reſidere Commiſſarius, vel Vice-Commiſſarius, reddatur ab ijs ratio coram Guardiano, & Diſcretis Conventus: ſicuti ſi Diffinitorium cum Provinciali non adſit, poterit pro ſuo arbitrio Provincialis aſſumere aliquos ex gravioribus, & principalioribus Provinciæ Patribus in ſuæ reſidentiæ Conventu commorantibus. Quòd ſi de infidelitate, vel mala adminiſtratione Commiſſarius, vel Vice-Commiſſarius in talibus rationum redditionibus argui poſsint, per litteras patrum illius congreſſus, in quo ratio reddita fuerit, Superior Generalis de reſultatis moneatur, vt dè iuſtitia providere poſsit. Et quibus.

15 Ab hac autem diſpoſitione reddendi computum Prælatis inferioribus excipitur Commiſſarius Matritenſis, pro quo eſt ſtatutum peculiare in Segovienſibus, à S. Sede Apoſtolica cum Romanis anno 1639. Illud renovantibus, confirmatum; cuius diſpoſitio omninò ſervatur. Exceptio Commiſſarij Matritēſis.

16 Syndicorum Terræ Sanctæ Inſtitutio ad ſolum Miniſtrum Generalem ſpectet; ſed in caſu repentino ad Provincialem Provinciæ, in qua eſt Commiſsio, vel Vice-Commiſsio, recurſus haberi poterit, qui Syndicum interim inſtituat, cum clauſula tamen *donec Reverendiſſ. P. N. Miniſter Generalis provideat*; idque, ne commiſsionis œconomia abſque Syndico maneat: aliter deputati Syndici, vel amoveantur, vel legitimè inſtituatur. Syndicorũ deputatio à quo facienda.

 Sub

Beneficia, & fabricæ quomodo fieri debebant.

17 Sub pœna privationis officiorum, indiſpenſabiler exequenda, præcipitur omnibus, & ſingulis Terræ Sanctę Commiſſarijs in vna, vel altera Familia reſidentibus, ne faciant, aut fieri procurent, vel permittant ex eleemoſynis pro Terra Sancta oblatis, vel procuratis, ornamenta, vaſa, lampades, candelabra, vel aliud quodcunque ſupellectilis genus; nec prædictis eleemoſynis emant rem aliquam, vel Hieroſolymam tranſmittant, niſi priùs à Guardiano, ſeu Cuſtode Terrę Sanctę, & eiuſdem Procuratore fuerint requiſiti, & à Superiore Generali licentiam in ſcriptis obtineant aliquid præmiſſorum expreſſum, & determinatum tranſmittendi. Et ſub eadem privationis officiorum pœna mandatur iiſdem, ne in Hoſpitijs Terræ Sanctæ conſtruantur de novo aliquæ fabricæ abſque expreſſa eiuſdem Superioris Generalis licentia.

Decreta pro Terra Sancta sũt cõmunia vtrique Familiæ, niſi aliter exprimatur.

18 Declarat Diffinitorium Generale, quòd ſtatuta, quę in quovis Capitulo Generali ponuntur ſub titulo *Terræ Sanctæ*, ęquè pertinent ad vtramque Familiam, niſi in eorum aliquo fiat reſtrictio ad Familiam, Nationem, vel Provinciam, aut ex textu verborum aliter, abſque tergiverſatione, intelligendum veniat.

Proviſio pro quæſtuatione Provinciarum Vltramarinarũ Ciſmõtan. Familiæ.

19 Lecto Memoriali nomine aliquarum Provinciarum vltramarinarum huius Ciſmontanæ Familiæ ſupplicantium Diffinitorio Generali, vt detur certa regula quęſtuationi, & eleemoſynarum collectioni, quæ fiunt pro Terra Sancta à Commiſſarijs particularibus, vel alijs deputatis in Indijs Orientalibus, & Braſilia, ac in Regno Portugallię; factaque relatione ſtatus illarum rerum à Reverendiſs. P. Ex-Miniſtro Generali; cenſuit Diffinitorium Generale, commitendum eſſe, prout præſenti Decreto committit, Provincialibus cuiuſque Provinciæ prędictarum Indiarum Orientalium, & Braſilię, vt cum ſuis Diffinitorijs ſuper huiuſmodi negotio omninò provideant, ſtabiliendo modum noſtro ſtatui conformem, quo & quæſtuationes pro Terra Sancta exactè fieri, & fratrum inutilis, ſuperfluus, & parum religioſus per ea loca, diſtrictuſq; Conventuum, diſcurſus evitari, & eleemoſynę Syndico Generali opportunè conſignari poſsint.

PRO-

PRO CISMONTANA FAMILIA.

1 QVoniam per Decreta Generalia S. Sedis de celebratione Miſſarum edita anno 1625. à Sac. Congreg. Concilij, & in Conſtitutionibus Capituli Generalis Romani eiuſdem anni à s. m. Vrbano VIII, ſub die 20. Novembris eodem anno confirmatis acceptata, & præſertim huic Familiæ intimata, adimitur omninò Ordinibus Regularibus facultas reducendi Miſſarum onera, quę aliàs à S. Trid. Concil. Generalibus Prȩlatis in Capitulis Generalibus fuerat conceſſa, & ea Sac. Congreg. prędictæ reſervatur: Exortum eſt dubium in Diffinitorio Generali vtriuſque Familiæ ſuper ſubſiſtentia delegationum Provincialis, & Diffinitorij cuiuſque Provinciæ factarum pro tali Miſſarum reductione in ſubſequentibus Capitulis Generalibus, & præcipuè in Toletano 1645. & Valliſoletano 1670. reque per varias opiniones, & per praxim Synodorum Diœceſanarum, in quibus idem aliquando agitur, necnon per doctrinas Authorum non vulgarium ex omni ſtatu, qui in iſtis partibus poſt antedicta Decreta ſcripſerunt, ac pervulgatam diſtinctionem reductionis auctoritativæ, & reductionis interpretativæ, ſeù aliàs quaslibet, accuratè, & maturè tractata; ad ſecuritatem tandem conſcientiarum, communi voto, reſolutum eſt, quòd Reverendiſs. P. Min. Generalis Officiali Curiæ huius Familię committat, vt ad Fratrum ſedandas conſcientias S. Sedi Apoſtolicę omninò ſupplicet pro generali ſanatione factarum reductionum, cum ſit moraliter impoſſibile, quòd à quinquaginta iam annis inveniri poſſint quales, & quantę in qualibet Provincia factę fuerint. Supplicetur pro ſanatione generali reductionis Miſſarum hactènus factæ.

2. In poſterum autem Diffinitorium Generale declarat, & ſolemniter intimat, recurrendum eſſe toties quoties pro huiuſmodi reductionibus ad Sacram Congreg. Concilij præfatam, iuxta textum prędictorum Decretorum Generalium de celebratione Miſſarum §. *Ac primo, &c.* & reſolutionis ad dubia §. *Ad pri-* Quomodo in futurum ſint facienda.

pri-

primum, etſi legatum, &c. cum expreſsione motivorum, ex quibus reductionis neceſsitas importetur, explicando ſemper, cuius culpa, vel cauſa, capitalia, ex quorum fructibus celebrandarũ Miſſarum eleemoſynæ erant percipiendæ, ſint diſtracta, vel deſtructa, aut minùs fructificantia.

Sine auctoritate Apoſtolica reducẽtium, conſentiẽtium, & acceptãtium pœnæ. 3 Si quis verò Provincialis ſe ſolo, ſiuè cum ſuo Diffinitorio, de cuiuſvis doctrina, aut licentia, reductiones huiuſmodi in futurum facere auſus fuerit, cùm de eo Generali conſtiterit (quod tamen tam ipſe, quàm eius Viſitatores ſpecialiter inveſtigare debebunt) tam Provincialem, quàm Diffinitorij Patres talem reductionem facientes, vel facienti Provinciali non obſiſtentes, nec non Guardianos talem reductionem à Provinciali, vel Diffinitorio petentes, vel ab ijs factæ conſentientes, officio privare, & ad illa, & alia quęcunque in futurum obtinenda perpetuò inhabilitare teneantur.

Reductionum nullitas. 4 Reductiones etiam aliter factæ nullæ omninò eſſe cenſeantur, prout ex natura facti nullæ ſunt; & cùm per eas impoſitis Miſſarum oneribus minimè ſatisfiat, tam reducentes, quàm reductionem ſic nulliter factam exequentes, reos eſſe furti animabus Purgatorij, & Benefactoribus, facti pronuncientur, & pro talibus ſemper habeantur.

Miſſæ Dominicales quando, & cum quibus cautelis applicari poſſint. 5 Cùm experiencia oſtenderit, non paucos abuſus oriri in applicatione Miſſarum Dominicalium à Generali Provincialibus conceſſa; decernitur, quòd Superior Generalis Provincialibus eas applicandi non tribuat facultatem, niſi per authentica documenta, cum iuramento Diffinitorii, ſibi conſtiterit de expreſſa, vera, præſente, vel imminente neceſsitate Provinciæ.

Trangreſſorum pœnæ. 6 Si autem Provincialis, vel Diffinitorium (quod tamen videtur incredibile) Prælatum Generalem fallerent in cauſæ expreſsione, vel iuſtificatione; ſuis officijs irremiſsibiliter priventur; ſicuti & Provinciales, qui abſque huiuſmodi cautelis, ac licentia, Miſſas applicaverint, & Guardiani, qui ſuper tali Miſſarum applicatione cum Provinciali quoquomodo colluſerint.

Cę-

Digitized by Google

7 Cæteræ Miſſæ Dominicales, quæ prædicto modo non fuerint applicatæ, à Guardianis pro Benefactoribus omninò applicentur, ſublata Provinciali eas aliter applicandi poteſtate, aut pro ijs ſub quovis prætextu à Prælatis localibus eleemoſynas repetendi, & Guardiano eas largiendi, ſub pœna furti: cùm ex nunc Diffinitorium Generale ad veterum Conſtitutionum formam eas pro Benefactoribus applicet, atque applicatas eſſe declaret.

Non applicatæ, pro Benefactoribus dicantur.

8 Si complentibus officium Provinciali, & Diffinitorio, exiſtant apud Syndicum eleemoſynæ non conſumptæ, ſiuè hæ proveniant à Miſsis, ſiuè ab alijs quibuſuis piorum largitionibus, eas Provincialis ipſe, & Diffinitorium, vnà cum ſuis ſchedis, & apochis, in eo ſtatu prorſus integras, in quo reperiuntur, ſucceſſoribus immediatis reſignent, abſque eo quòd ſibi poſt officium neque implementum oneris, quod forte adſit, neque iam probatæ neceſsitatis providentiam, neque aliàm quamcunque talium eleemoſynarum applicationem valeant reſervare, ſub pœnis contra proprietarios decretis, & contra eos à nouo Diffinitorio irremiſsibiliter ſententiandis, & exequendis.

Eleemoſynæ à Provinciali reſignentur ſucceſſori.

9 Sub officiorum, & actuum legitimorum privatione, caveant tam Provinciales, quàm integrum Diffinitorium; ne debita contrahant, aut ſub titulo publicæ neceſsitatis Provinciæ contrahi permittant, niſi pro vera, imminente, aut præſente neceſsitate Superiori Generali notificata, ac iuſtificata, & cum ipſius licentia; & tunc non niſi medio Syndico Apoſtolico, & per modos ſtatuit noſtro conformes, proportionatos, & convenientes.

Debita nõ contrahãtur à Provincialibus, niſi ſub certis regulis.

PRO NATIONE HISPANICA.

1 EXaminatis ſcripturis adductis per Religioſos laicos profeſſos Provinciæ de Aragonia, ex vna; & Patrem Guardianum Conventus S. Mariæ à Ieſu Cæſar-Auguſtæ, eiuſdem Provinciæ, ex altera, partibus; in cauſa præcedentiæ, ſeu appellatio-

Diremptio litis præcedentiæ in Prov. Aragoniæ.

nis

Digitized by Google

nis locorum antiquorum ſupra Clericos in ſacris non conſtitutos: re maturè per totum Diffinitorium Generale diſcuſſa, communi Patrum voto decretum eſt, vt in præfata Aragoniæ Provincia ſervetur circa præmiſſa inveterata conſuetudo, ita quòd in ijs locis, & actibus, in quibus iuniores Clerici antiquiores laicos anta motam litem precedere ſolebant, in ea præcedentia Clerici conſerventur; in Proceſsionibus autem, alijſque locis, & actibus, tam publicis, quàm priuatis, in quibus antiquiores laici iuniores Clericos in ſacris non conſtitutos, ante motam, vel intentatam pariter litem, præcedere conſueuerunt, in ea præcedentia laici manutoneantur; nihilque omninò circa talem præcedentiam de ſtatu, in quo ante litem reperiebatur, mutetur, vel innovetur, ſub turbatæ pacis pœna, alijſque Diffinitorij arbitrio; Fratri non obedienti, & ſe huic Decreto non conformanti, infligendis.

Privilegia vocalium Provinciæ S. Saturnini.

2 Cuſtodi, & Pro-Miniſtro Provinciæ S. Saturnini in Sardinia, qui ſuffragati ſunt in præſenti Capitulo Generali Victoriæ celebrato, & alijs, qui ex eadem Provincia ad futura Capitula Generalia in qualibet Familia celebranda ſuffragaturi accedent, eadem privilegia, & antelationes conceduntur, quę Pro-Miniſtris in altera Famſlia ſuffragantibus per Conſtitutiones adiudicantur, ob æqualia, & fortè maiora itineris incommoda, & pericula; dummodò habeant requiſita.

Vic. Monaſt. Medinæ Pumar eſt vocalis Capit. Provinc.

3 Licèt Vicarius Monialium Monaſterij Medinæ Pumar huius Provinciæ Cantabriæ non habeat ſub cura ſua ſex Religioſos, prout ſtatuta Capituli Generalis Romani de anno 1676. requirunt in talibus Vicarijs, vt poſsint ſuffragari in Capitulo Provinciali; verumtamen, quia à limine fundationis ex condicto cum Fundatore, & rigore ſcripturæ à Provincia acceptatæ, & à S. Sede confirmatæ, is Vicarius debeat habere votum in Capitulis Provincialibus, & cum effectu ſemper habuerit: Diffinitorium Generale, viſis documentis, & re ponderata, decrevit, ſtandum eſſe concordato, & caſum non comprehendi in prædicto ſtatuto Romano.

4 Vicarius Chori Conventus Sancti Franciſci Ma-

tri-

triti, qui per decem continuos annos, abſque vlla interpolatione laudabiliter exercuerit officium ſuum, iis expletis, locum, & præcedentiam poſt Lectores Iubilatos, nondum habentes votum, Prædicatores generales, Commiſſarium Curiæ, & Lectores Theologiæ actuales, immediatè habeat; gaudeatque privilegijs Ex-Diffinitoribus ſuæ Provinciæ conceſsis, ſine tamen iure ſubrogandi, & quoad præcedentiam tantùm. Vic. Chor. Matriti privilegia.

5 Inſtitutio Conventus de Bañe Civitatis Hiſpalenſis in domum Recolectionis à S. P. N. Innocentio XII. per ſuum Breve Apoſtolicum confirmata, eo humiliter recepto, approbatur, & ſub rebellionis, & inobedientiæ pœnis, iniungitur omnibus ad quos ſpectat, vt Brevis tenorem, quoad omnia executioni demandare ſatagant. Cõvent. de Bañe ſit Recollectus.

6 Superior Oratorij nuncupati S. Ludovici de Monte-Mor in Provincia Portugalliæ, in quo aluntur decem Religioſi, habeat in poſterum votum in Capitulo ſuæ Provinciæ, cùm in eodem ſuffragium ferant ſuperiores duorum Oratoriorum quinque tantùm Religioſos habentium, iuxta expoſita à P. Miniſtro illius Provinciæ, & illius inſtantiam. Conceſsio voti in Cap. Prov. Superiori Oratoris de Mót. Mor.

PRO NATIONE GALLICA.

1 DIffinitorium Generale ſtatuit, ac decrevit, quòd Doctores, ſiuè Regentes, ſiuè Conventuales nationis, gaudeant quidem in Vniverſitatibus quolibet honore, & privilegio Doctorum; intra Ordinem verò, niſi habeant omnia requiſita ad lauream Iubilationis, nullo modo Lectorum Iubilatorum honores, & privilegia, in laborum præmium Iubilatis conceſſa, ſibi vſurpare audeant: aliàs tanquam violatæ quietis rei puniantur. Privilegia Doctorum vbi valeat.

2 Cùm ſignificatum fuerit Diſſinitorio Generali, Patrem Miniſtrum Provinciæ Turoniæ Pictavienſis, poſt convocatum Diſſinitorium ad expedienda negotia pro Capitulo Generali incidiſſe in læthalem morbum, Electio Vicæ Provin. in Prov. Turoniæ Pictavien. annullatur.

K

bum,

bum, & cùm ſe agnoſceret morti proximum, ſe proponente, & ſuffragante, elegiſſe ſimul cum Patribus Diffinitorij in Commiſſarium Provincialem Patrem Fr. Nicolaum Ronland, ea conditione, vt Provinciam gubernaret pro tempore ſuæ infirmitatis, tanquam Commiſſarius; in caſu autem ſuæ mortis, eiuſdem electionis virtute, eam regeret tamquam Vicarius Provincialis in capite vſque ad futurum Capitulum Provinciale: ſupplicaverunt P. Pro-Miniſter., & Cuſtos eiuſdem Provinciç, vt pro bono pacis dicta electio modo, quo præfertur, facta, confirmaretur, & quatenùs opus eſſet, validaretur, & ſanaretur. Diffinitorium autem Generale non habens poteſtatem ſanandi electiones ſubſtantialiter vatiatas; declarat, electionem, de qua agitur, fuiſſe, & eſſe nullam, & invalidam; ac pręſenti Decreto eam anullat, caſſat, & invalidat, cum indè ſecutis: præcipitque, & diſtrictè mandat per S. Obedientiam eiuſdem Provinciæ Patribus Vicarij Provincialis electoribus, vt nulla interpoſita mora, ad novam Vicarij Provincialis electionem, legitimè, canonicè, & iuxta diſpoſita in Conſtitutionibus, faciendam conveniant, ſub pœna rebellionis, tam ipſi Patri Nicolao, ſi ſe in officio Vicarij Provincialis, ex vi præfatæ nullæ electionis, ſeu potiùs intruſionis, conſervare præſumpſerit, quàm cæteris, qui eius in hac parte pretenſioni faverint, & Vocalibus prædictis, qui ad electionem Vicarij Provincialis canonicè faciendam vocati convenire renuerint, necnon ſubditis quibuſcumque vtriuſque ſexus, qui prædictum Patrem Fratrem Nicolaum Rouland, tanquam Vicarium Provincialem ex ſupradicta electione recognoverint, eique vt Prælato Provinciæ obedierint.

Vocales S. Anton in Arthesia ad missi cũ cautelis.

3. Lecto Memoriali Procuratorum Provinciæ S. Antonij in Artheſia, recurrentium contra Vocales indè ad Capitulum Generale miſſos, & inſtantium, ne cum cæteris Vocalibus admitterentur ad ſuffragandum, ac proferentium Decretum Summi Pontificis reſervantis ſibi ſanationem illius Capituli Provincialis à Diffinitorio expetitam, remittentiſque aliàs eiuſdem Pro-

Provinciæ cauſas ad Capitulum Generale: Auditis ex alia parte Vocalibus Artheſianis prædictis; Diffinitorium Generale decernit, quòd firmò remanente rerum ſtatu, & relictis memoratæ Provinciæ pendentijs, ac negotijs in terminis,in quibus reperiuntur, ſine præiudicio electionum, & actionum Capituli Generalis, vel iurium vtriuſque partis, tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio, Vocales admittantur ad ſuffragandum; ita tamen, quòd huiuſmodi præſtatio ſuffragij nihil influat in prætenſam ſanationem Summo Pontifici reſeruatam. De cæteris autem illius Provinciæ negotijs non fuit tempus agendi in Capitulo Generali.

4 Facta per P. Guardianum Pariſiienſem, Auditorem deputatum, relatione recurſus, & ſtatus cauſæ P. Fr. Bonaventuræ Cavanac, Provinciæ Aquitaniæ antiquioris, communi voto Patrum Diffinitorij Generalis ſtatutum eſt, vt cum electus fuerit novus Miniſter Generalis, provideat de opportuno Commiſſario Delegato, qui ad formam Sacrorum Canonum, & Ordinis Conſtitutionum, accepto etiam placito, & ſenſu Regis Chriſtianiſsimi, auditis diligenter partibus, & intereſſe habentibus, totoque ſtatu cauſæ accuratè inſpecto, opportunam iuſtitiam, per difinitiuam ſententiam, auctoritate delegata, miniſtret: firmo interim remanente rerum ſtatu pro vtraque, & qualibet parte. Cauſa Fr. Bonav. Cavanac cõmitenda in partibus.

PRO NATIONE GERMANO-BELGICA.

1 Lecto memoriali P. Fr. Luciani Boſquel, Provinciæ S. Andræ in Flandria Diffinitoris, conquerentis, quòd in ea Provincia non ſervetur in electionibus Guardianorum forma præſcripta in Bulla fel. recordat, Alexandri VII. incip: *Creditæ nobis, &c.* ſub die 18. Februarij 1663. & Decreto Sac. Cong. Epiſcoporum, & Regularium ſub die 15. Martij 1663. cum ſtatuto Generali ibi approbato, & ad hanc totam Familiam circa hanc materiam extenſo, Quomodo eligendi Guardiani.

 in

Digitized by Google

in quibus diſponitur, vt Guardiani eligantur per vota ſecreta, & ballotationes, proponẽte Pręſide, ſub nullitate electionis: excuſantibuſque ſe Patribus illius Nationis per ſuos Diffinitores Generales, notitiam memoratæ Bullæ, & Decretorum ad ſuas Provincias non perveniſſe: Diffinitorium Generale (admiſſa quantum valeat, excuſatione de pręterito, vel ſaltem ea prudenter diſsimulata) intimat ex nunc præfatorum Apoſtolicorum mandatorum notitiam eidem Nationi Germano-Belgicæ in perſonis ſuorum compromiſſariorum Diffinitorium Generalium in eodem congreſſu ante novas electiones præſentium, & acceptantium, ac pro Natione ſe obligantium; nec non in perſonis novorum Diffinitorum Generalium illius Nationis præſentibus actis ſubſcribentium; mandatque integrę prefatæ Nationi, vt tam Breve, quàm Decretum, & ſtatutum antedicta, quorum copia prædictis Patribus Diffinit. Generalibus præteritis data eſt, cum omnibus in ijs contentis, non ſolùm quoad electionem Guardianorum, ſed & aliorum officialium ibi nominatorum, in ſingulis Nationis Provincijs obſerventur, electioneſque ipſæ in poſterum fiant proponente Præſide per vota ſecreta, & ballottationes, non autem per voces, ſub nullitate ipſo facto omnium electionũ, quæ per voces, ſeu aliter fierent, atque actorũ indè provenientium, necnon privationis officiorum ſuorum aliter eligentibus, ipſofacto incurrenda.

PRO PROVINCIJS INDIARVM Occidentalium.

Acceptantur Decreta Apoſt. & Reg. circa litem iuriſdictionis.

I. A Reverendiſsi. P. Fr. Ioanne Alvin, Ex-Miniſtro Generali fuit in Diffinitorio Generali exhibitum, & lectum quoddam Decretum Regis Catholici, quod incipit: *Por quanto, aviendoſe movido controverſia entre el Miniſtro General de S. Franciſco, y el Comiſſario General de Indias*, &c. & deſinit: *Fecha en Madrid à* 26. *de Septiembre, de* 1693. cum ſubſcriptionibus; necnon exhibitum, & lectum pariter Breve SS. D. P.N. Innocentij Papæ XII. quod incipit: *Sua*

Sua nobis dilectus filius, &c. ac deſinit: *Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1692. die 9. Maij, Pontificatus noſtri anno primo*, cum ſubſcriptionibus; quod fuit admiſſum à Rege Catholico, vt patet ex quadam epiſtola ab expeditionis vniverſalis Regio Secretario P. Alonſo Carnero eidem Patri Ex-Miniſtro Generali ſcripta, ſuper controverſia iuriſdictionis habita inter MiniſtrumGeneralē Ordinis ex vna, & Commiſſarium Generalem Indiarum in Curia Regis Catholici reſidentem, ex altera, partibus: Diffinitorium Generale, omnibus plenè intellectis, cognoſcens fuiſſe propoſito negotio, ac vtriuſque Prælati iuriſdictioni per præmiſſa ſufficienter proviſum, quæ decet humilitate Breve Pontificium, Regiumque Decretum venerans, Reverendiſs. P. Miniſtro Generali commiſit, vt Maieſtati ſuæ gratias pro pace hiſce officijs data, referret; Breveque ipſum, ac Decretum originaliter in Archivio Generali Matritenſi reponi faceret, ac fideliter cuſtodiri mandaret, datis authenticis vtriuſque copijs, tam Commiſſario Generali præfato, quàm Archivio Aracælitano, necnon Officialibus Generalibus vtriuſque Familiæ in Romana Curia reſidentibus.

2. Ad conſulendum bono, vtilitati, & fœlici conſervationi, atque incremento Provinciarum Indiarum Occidentalium, innovatur intimatio pœnarum, & cenſurarum in Apoſtolicis, & Ordinis Conſtitutionibus contentarum (quæ in præſentibus pro expreſsis habeantur) contra Provinciales, & alios, tam Prælatos, quàm ſubditos Nationis Hiſpanicę, qui Religioſos quoſcunque, præſertim probos, & doctos, cupientes pro zelo ſalutis animarum, & noſtræ Sanctę Fidei dilatatione ad Indos ex Hiſpanijs tranſire, quoquomodo audeant impedire, vel retardare præſumant. *Volentes ire ad Indos nō impediendi.*

3 Cuſtodes, & Pro-Miniſtri Provinciarum Indiarum Occidentalium, qui ad præſens Capitulū Generale acceſſerunt, vel in poſterum in alterutra Familia accedent, ſi ex quacumque cauſa ad ipſas Provincias, pro quibus ſuffragium tulerint, non redierint, cogantur *Vocales non redeūtes reſtituāt ſubſidia.*

tur reſtituere Syndico Generali Indiarum Matriti reſidenti dimidium ſubſidij, quod ratione itineris à Provincia, ex qua ipſis fuerat impenſum, notificata Reverendiſſ. Patri Commiſſario Generali Indiarum quantitate recepti, & reſtituti, vt de eorum fidelitate conſtare poſsit. Quòd ſi moniti non paruerint, tamqu m proprietarij puniantur; & nihilominùs adhibitis iuris, & facti remedijs ad reſtitutionem prędictam cum effectu faciendam compellantur.

Pro Miniſtrorum locus, & prędēčia Matriti, & alibi.

4 Prædictarum Provinciarum Pro-Miniſtris, tàm eundo ad Capitulum Generale, quàm ad Indias redeundo, aſsignetur in Refectorio Conventus S. Fraciſci Matriti eadem menſa, quæ earundem Cuſtodibus aſsignata eſt: in Choro autem, proceſsionibus, & cæteris alijs functionibus, & actis Communitatis, ac diſciplinæ Regularis, eadem omninò præcedentia prædicti Cuſtodes, & Pro-Miniſtri in illo, & alijs Hiſpaniarum, atque Ordinis, Conventibus gaudere debebunt, quæ per Ordinis ſtatuta, & conſuetudinem omnibus alijs cæterarum Provinciarum Cuſtodibus, & Pro-Miniſtris extra proprias competit.

ALIQVÆ EX VLTIMIS PROVISIONIBVS Apoſtolicis circa Legata perpetua noſtri Ordinis.

Conſtit. Clem. X. confirmãs Decretum S.Cógreg. in cauſa Turritana legatorum

Clemens Papa X. *Ad futuram, &c.* Nuper pro parte dilecti filij Syndici Apoſtolici Conventus S. Petri de Syrchis in Sardinia Ordinis S. Franciſci de Orſervantia, &c. Congregationi Vener. Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotijs, Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ, expoſito, quòd quondam Petrus Moròs de Molinos, in ſuo vltimo teſtamento, quod anno 1645. condiderat, diverſa annua legata pro Miſsis per Fratres dicti Ordinis celebrandis, fecerat modo ſequenti: *Primò mando*, quòd meus heres teneatur expendere pro confectione tumuli, & exequarum quolibet anno lib. 25. pro vna Miſſa cantata, & alijs ſexdecim Miſsis pro animabus meorum parentum *celebran. à Fratribus* Franciſcanis S. Petri

tri de Syrchis: & pro hoc legato volo, quòd ſint perpetuò obligata bona mea. *Item volo*, quòd dictus meus hæres ſolvat ex dictis bonis meis quolibet anno lib. 40. quæ inſerviant pro oleo lampadis meæ Capellæ maioris in dicta Eccleſia S. Petri. *Item relinquo* in perpetuum Miſſas ſeptem qualibet hebdomada pro animabus Purgatorij, &c. Et eleemoſyna ſit ſeptem ſolidorum pro qualibet Miſſa, &c. Et proprietas illarum eſt 1400. libr. quæ ſit ſuper domo mea, in qua habito. *Item relinquo* pro eleemoſyna dicto Conventui S. Petri de Syrchis lib. 300. vt illæ applicari debeant per meos Curatores in loco ſecuro ad rationem lib. 24. annuarum, & inſerviant pro emendis linteamentis pro pauperibus Fratribus Infirmis. *Item* quia D. Mater mea reliquit, vt dicantur duę Miſſę perpetuę qualibet hebdomada à dictis Fratribus, mando, quòd ſuper bonis meis ſolvantur quolibet anno lib. 28. *Item* quia D. Pater meus reliquit vnam Miſſam perpetuam qualibet hebdomada celebrand. à dictis Fratribus, & reliquit pro elemoſyna cenſum lib. 150. debitum à Gavino Paduano, &c. quatenùs perdiderint cenſum ſupradictum, mando, vt meus hæres ſolvat lib. 11. annuas, &c. Et, factis alijs pluribus legatis profanis, &c. inſtituit ſibi hæredem Deum, & animam ſuam, mandans ſuis executoribus, vt, adimpletis, & ſatisfactis Legatis, inſtituerent vnam tertiam dignitatem Archidiaconalem in Cathedrali Turritana, cum annuo redditu lib. 1000. & de reſiduo vnum, vel plures Canonicatus ſecundùm capacitatem bonorum ſuorum, & alias, prout in dicto teſtamento dicitur vberiùs contineri. Et ſubinde in executionē dicti Teſtamenti vnus Canonicatus, & vnus Archidiaconatus in Eccleſia Turritana erecti fuerant; dictuſque Archidiaconatus ex diſpoſitione eiuſdem Petri teſtatoris collatus fuerat quandam Didaco Moròs eius Fratri germano, & executori teſtamentario, qui bona fide dum in vivis erat, eadem legata pia adimpleri curaverat. Verùm poſt eius obitum de eodem Archidiaconatu proviſus fuerat dilectus filius Carolus de Capudoro, ad cuius favorem dile-

dilectus filius Pro-Vicarius Generalis Turritanus neſciebatur, quo iure, declaraverat, Fratres Minores prædictos Legatorum capaces tantum factorum pro oleo lampadis, & linteaminibus infirmorum; & incapaces pro reliquis, quæ Archidiacono prædicto adiudicaverat, prout in eius ſentencia dicitur contineri: vndè dictus Syndicus, tanquam vnus de populo pro ſuffragio animarum, pro quibus inſtituta fuerunt dicta legata pia, & pro ſua pietate erga dictos Fratres de Obſervantiá, qui in magna neceſsitate propter eleemoſynarum deficientiam in prædicta Inſula Sardiniæ reperiebantur, prout ex ateſtatione iuratorum, & officialium Civitatis Turritanæ conſtare dicebatur. Nobis humiliter ſupplicaverat, vt omnimodũ adimplementum Legatorum prædictorum Venerab. Fratri Archiepiſcopo Turritano, non obſtante prædicta Pro-Vicarij Generalis ſententia, committere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Inſtantia verò huiuſmodi ad prædictam Cardinalium Congregationem à Nobis remiſſa, & de mandato ipſius Congregationis citato dilecto etiam filio Alexandro Bullà, ſupradicti Caroli de Capudoro Archidiaconi Procuratore, Syndicus prædictus plurimùm cupiebat declarari, prædictos Fratres Minores de Obſervantia poſſe recipere præinſerta annua legata Miſſarum per modum puræ, & ſimplicis eleemoſinæ, iuxta doctrinam S. Bonaventuræ in quadam Conſtitutione fel. record. Vrbani Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, cuius initium: *Sacroſanctum Apoſtolatus miniſterium*, *&c.* Proindè debere dictum Archiepiſcopum Turritanum, tamquam executorem vltimarum voluntatum, & præcipuè piarum, curare omnimodum adimplementum eorundem legatorum, & voluntatis dicti Petri Teſtatoris, compellendo hæredes, & detentores bonorum ad ſatiſfactionem, ne animæ eius auctorum, & benefactorum ſuffragijs defraudatæ remanerent. Emanavit ab eadem Cardinalium Congregatione Decretum tenoris, qui ſequitur: *Sac. Congreg. EE. S. R. E. Cardinal. negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regula-*

Decretum S. Cõgreg. Epiſcop. & Regulariũ

gularium præpoſita, Procuratore Archidiaconi Turritani ſæpiùs citato, referente Eminentiſſ. D. Cardinali Portocarrero, decrevit, eſſe danlas declarationes ſæpè aliàs factas videlicèt, Fratres Minores de Obſervantia non poſſe poſsidere cenſus, & bona ſtabilia; poſſe tamen recipere per viam eleemoſynæ quidquid eis traditur ab executoribus vltimarum voluntatum pro celebratione Miſſarum, & Anniverſariorũ, & propterea cenſuit committendum, prout præſentis Decreti tenore committit Archiepiſcopo Turritano, vt ad limites prædictæ declarationis in cauſa, de qua ſuprà agitur, procedat, & ad illius obſervantiam quat. opus fuerit, iuris remedijs, & in ſubſidium etiam cenſuris Eccleſiaſticis compellat. Romæ 3. Auguſti 1674. Cardinal. Brancacius. Loco ✠ ſigilli, &c. Cùm autem, ſicùt dictus Syndicus Nobis ſubindè exponi fecit, vt Decretum huiuſmodi firmiùs ſubſiſtat, & obſervetur exactiùs, Apoſtolicæ noſtræ confirmationis patrocinio communiri ſummoperè deſidere. Nos ipſum Syndicum, &c. abſolventes, &c. Supplicationibus eius inclinati, &c. *Decretum præinſertum authoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, &c.* Sicque in præmiſsis per quoſcumque iudices, &c. Irritum, &c. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem die 22. Auguſti 1674. Pontificatus noſtri anno quarto, &c.

Decretum eiuſdem S. Congr. in vna Lucen.

Obſervanti di Lucca. Sacra Con. Eminentiſsimorum, & Reverendiſsimorum S. R. E. Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regul. præpoſita: *Sæpiùs declaravit, Fratres Minores de Obſervantia S. Franciſci, quamvis attenta diſpoſitione. Exivi de Paradyſo; & Conſtitutione Nicolai III. & Clementis VIII. ſint incapaces obtinendi cenſus perpetuos, & bona ſtabilia, poſſe tamen per viam puræ, & ſimplicis eleemoſynæ recipere quidquid ab executoribus vltimarum voluntatum eis traditur pro celebratione Miſſarum, pro ornamento Eccleſiæ, alijſque neceſſarijs procurandis*, iuxta doctrinam D. Bonaventuræ, relatam in Conſtitutione s. m. Vrbani VIII. incipien. Sacroſanctum Apoſtolatus miniſterium, &c. *Atque in præfatis caſibus dictos exequutores vltimarum*

rum voluntatum curare debere, vt huiuſmodi piæ diſpoſitiones adimpleantur, nè teſtatorum animæ debitis ſuffragijs defraudatæ remaneant. Quam quidem declarationem illiuſque tenorem, *in caſu, de quo agitur, eadem S. Congreg. ſervari præcipit*, committendo Ordinario pro tempore exiſtenti, vt, quatenùs alius executor non exiſtat, prænarratam pij teſtatoris diſpoſitionem executioni demandet. Romæ 26. Martij 1677.

Decret. S. Cong. Fabricæ S. Petri. Epiſcopus Vrbaniæ volens Canonicatum erigere ex quodam legato relicto Conventui S. Angeli in Vado, ſub prætextu, quòd Fratres illius legati incapaces eſſent, Sacr. Congreg. Fabricæ 28. Maij 1639. & die 30. Auguſti eiuſdem anni ad eundem Epiſcopum ſcripſit, legati ſummam Fratribus reſtituendam fore; & quia Fratres erant capaces illius, non obſtante perpetuo onere Miſſarum, & quaſdam Feſtivitates celebrandi.

Aliud eiuſdem. Et die 30. Iulij eiuſdem anni 1639. ſub eadem forma ſcripſit ad Epiſcopum Civitatis Caſtelli. Et quia Epiſcopus difficultatem movit, ne Fratres legati fructus reciperent, eadem S. Congreg. die 28. Auguſti 1640. ſcripſit ei, vt omnia removeret impedimenta, & teſtatoris voluntas impleretur, &c.

Aliud eiuſdem. Eadem S. Congreg. in vna Anconitana, die 31. Decembris 1639. declaravit, quòd Fratres illius Civitatis per modum eleemoſynæ capaces erant legati quinque annuorum ſcutorum, cum onere celebrandi officium, &c.

Mandatū executivū trium ſententiarum conformium circa legata perpetua pro miſsis, à Tribunali ſignaturæ iuſtitiæ SS. D. N. Papæ Potentiſsimo, & Catholico Princi D. D. Carolo ab Auſtria, &c. felicis proſperitatis augumentum, &c. eiuſque Regnorum, & Provinciarum, &c. Officialibus, &c. Ad quos præſentes noſtræ pervenerint, ſeu quomodolibet præſentabuntur: *Franciſcus Columna in vtraque ſignatura SS. D. N. Papæ Referendarius, cauſæque, & cauſarum huiuſmodi, &c.* Salutem, &c. Noveritis, quòd introducta aliàs in partibus coram Vicario Generali Catacen. lite, & cauſa, inter Syndicum, & RR. PP. S. Franciſci Minor Obſervant. Civitatis Tabernarum Catacen, ex vna, & RR. DD. Theo-

do-

dorum, & Dominicum de Gracia ex adverſo principalis, Partibus, ex altera; de, & ſuper ſolutione eleemoſynæ debitæ pro Miſsis, pro quibus agitur, rebuſque alijs, &c. Dictus D. Vicarius Catacen. in cauſa huiuſmodi procedendo, ſuam protulit ſententiam, ſivè Decretum tenoris ſequentis, videlicèt: *Per Curiam Epiſcopalem Catacen. Viſa particula vltimi teſtamenti quondam Feliciana Riva Civitatis Tabernarum, conditi ſub die 20. Maij 1634. &c. Ac inſuper inſpecto tenore Bullæ SS. D. N. fel. record. Clementis Papæ X. ſub datum Romę die 31. Auguſti 1674. pro confirmatione Decreti Sac. Congregationis negotijs Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ lati ſub die 3. Auguſti 1674. declarantis, Fratres Minores de Obſervantia poſſe recipere legata annua Miſſarum per modum puræ, & ſimplicis eleemoſynæ, etiam pro executione vltimarum voluntatum teſtatorum: viſis actis omnibus, &c. ac partibus pluriès auditis, fuit proviſum, & decretum, ſuſpenſionem duarum Miſſarum in hebdomada per eandem Curiam latam omninò tollendam eſſe, ac proindè PP. Minores de Obſervantia Conventus ſupradictæ Civitatis Tabernarum reintegrentur ad legatum celebrandi eaſdem duas Miſſas in hebdomada, & ab hodie in antea RR. DD. Theodorus, & Clericus Dominicus Gracia correſpondeant eiſdem Fratribus ſcutos decem ſingulis annis pro celebratione prædicta, &c. Et ita &c. Datum, &c. Die 24. Ianuarij 1691. &c. Antonius Pavoni Vice-Generalis, &c.* A quà inſerta ſententia, ſivè decreto, &c. appellantibus D. D. DD. Theodoro, & Dominico de Gracia, fuit hæc cauſa ad curiam devoluta, *& coram Illuſtriſsimo, & Reverendiſsimo Domino Thomato, in vtraque ſignatura Referendario, &c. Illuſtriſſimi, & Reverendiſsimi Domini A. C. locum tenente introducta, qui ſervatis ſervandis procedendo, ſua diffinitiva ſententia, præinſertam ſententiam, ſeu Decretum Domini Vicarij Generalis Catacenſis confirmavit, & approbavit*, ad effectum tamen exequendi ſuper bonis per D. Victoriam Rivam donantem, &c. A quà ſententia Illuſtriſsimi, & Reverendiſsimi Thomati iterum appellantibus DD. Theodoro, & Dominico de Gracia, *fuit cauſa huiuſmodi Nobis commiſſa vigore ſpecialis commiſsionis eiuſdem Sanctiſſimi*, de qua in dictis actis, &c

 Nos.

Digitized by Google

Nos in cauſa, & cauſis prędictis, rite, & rectè, & legitimè procedentes, &c. Tandem D. Hieronymo Leto ex adverſo Procuratore dd. DD. Theodori, & Dominici Garcia ex adverſo principaliũ, &c. Per vnum ex eiuſdem Santiſsimi Curſoribus more ſolito citato, *noſtram protulimus, & promulgavimus Diffinitivam ſententiam præinſerti Decreti, ſeu ſententiæ D.Vitarij Generalis Catacen. & aliam Illuſtriſsimi, & Reverendiſsimi Thomati confirmatoriam*, prout in dictis Actis infraſcripti Archivij Romanæ Curiæ Scriptoris. Sed quia à tribus ſententiis conformibus, non liceat ampliùs appellare; ideò ex parte eiuſdem Sanctiſsimi, & ad inſtantiam dicti D. Syndici dicti Vener. Conventus, & RR PP. Minorum de Obſervantia fuit nobis directa, & præſentata commiſsio executorialis tenoris ſequentis: (*ſequitur tenor Commiſsionis.*) Nos denique, &c. dicto D. Hieronymo Leto ex adverſo Procuratore dict. Theodori, & Dominici Garcia ex adverſo principalium, iterum, vt ſuprà citato, *præinſertam ſententiam, ſive Decretum Vic. Gen. Catacen. aliamque dicti Reverendiſsimi Thomati, & dictam noſtram reſpectivè diffinitivam ſententiam exequi, mandavimus, & in illarum executionem; & rei iudicatæ præſens mandatum executivum ad favorem dicti Syndici RR. PP. S. Franciſci Minor. Obſervant. Civitatis Tabernarum, Diœceſis Catacen. contrà, & adverſus di bona per dictam Victoriam donata dictis DD. de Garcia, producatis vigintiquinque monetæ Regni, debitis pro ſupradicta eleemoſyna Miſſarum ab anno* 1691. *per totum menſem Iunij proximè præteriti, ad rationem ducatorum decem pro quolibet anno, ſinè præiudicio aliorum per annua decurſorum decrevimus, & relaxavimus, exequi volumus, & mandamus per præſentes.* Quo circa vos Potentiſsimum Regem, veſtroſque Regios Miniſtros, ſtudiosè requerimus, & perbenignè in Dño hortamur, attentèque rogamus. Vobis verò, aliis omnibus, & ſingulis ſupradictis, &c. tenore præſentium committimus, & in virtute s. obedientiæ, ac ſub excommunicationis, &c. pœna, &c. Mandamus, quatenùs ſtatim viſis præſentibus, & quoties præſentium vigore fueritis requiſiti, ſeu alter ve-

ſtrum

ſtrum fuerit requiſitus, &c. Ex parte noſtra, ſeu verius Apoſtolica authoritate, cogatis, & compellatis, cogique, & compelli faciatis, &c. dd. Theodorum, & Dominicum Garcia, ad dandum, ſolvendum, tradendum, &c. & effectualiter exburſandum dicto Reverendo Syndico dd. PP. S. Franciſci Minor. Obſervant. &c. Scuta viginti quinque monetæ Regni, vt præfertur debita, vnà cum alijs ſcutis quatuor, & Iulijs ſeptem monetæ Romanæ, pro expenſis præſentis mandati, &c. In quorum, & ſingulorum fidem, &c. Datum Romæ anno 1693. Indictione prima, die verò 7. Menſis Auguſti, Pontificatus SS. D. N. Innocentij Divina providentia Papæ XII. anno eius tertio.

CONSTITVTIONES

PERCELEBRIS CAPITVLI GENERALIS

totius Ordinis Fratrum Minorum, celebrati in Vigilia Sacri Feſti Pentecoſtès, anno Iubilæi Vniverſalis 1700. die 29. Maij, Romæ in Conventu S. Mariæ de Ara-cœli: Præſidente Eminentiſs. ac Reverendiſs. D. D. Fabritio de Spada, S. R. E. Cardinali ex ſpeciali delegatione SS. P. D. N. Innocencij Papæ XII.

PRO VTRAQVE FAMILIA.

1 PRoteſtatur in primis, & declarat Generale Capitulum, ſe non admittere, vel admittere velle vllum privilegium relaxativum, vel diſpenſativum puritatis Regulæ; renuncians omninò, atque ex animo omnibus, & ſingulis diſpenſationibus circa prædictam puritatem Regulæ; hactenùs quomodolibet conceſsis. *Proteſtatio de pura obſervantia Regulæ.*

2 Et ne rumor, pro parte tam quatuor Provinciarum (quas Natio Gallica confœderatas appellat) quàm magni Conventus Pariſienſis, dum in Diſcretorio Vltramontanæ Familiæ præſens renovata eſt proteſtatio, *Reverendiſs. P. Generali providendum circa confœderatas Prov. Galliæ.*

tio, indebitè excitatus, cauſa vel occaſio ſit alicuius abuſus, vel viam paret ad praxim alicuius Privilegij obreptitiè, ac ſubreptitiè obtenti, ſeu cui ſatis derogatum ſit per motum proprium *Sollicitudo paſtoralis* à ſanctæ recordationis Innocencio XI. anno 1679. emanatum: Capitulum Generale Reverendiſsimo P. Miniſtro Generali omnem ſuam authoritatem committit, eius conſcientiam onerando, ad hoc vt circà prætenſa privilegia præfatarum Provinciarum, & magni Conventus præmemorati, id declaret, & opportunis providentijs ſtabiliat, quod tutius, & conducentius fuerit ad immunem reddendam præmiſſam Proteſtationem ab omni ſubterfugio, & exceptione.

Reintimantur omnes diſpoſitiones pro pura obſervātia.

3 Ad ſupradictæ proteſtationis, & declarationis meliorem effectum denuò intimantur omnes Apoſtolicæ, & Ordinis Conſtitutiones, necnon vniverſa Decreta, mandata, & ordinationes Generalium Prælatorum, concernentia puram obſervantiam noſtræ Regulæ, & paupertatis; quæ omnia exactè ſervari, & in compilationibus vtriuſque reſpectivè Familiæ inſeri ordinantur.

Et vt omnes eleemoſynę reducantur in communi.

4 Similiter, vt omnes omninò eleemoſynę, quomodocumque acquiſitę, oblatæ, conceſſæ, vel donatæ particularibus fratribus, manifeſtentur prælato, & (ſi pecuniariæ fuerint) ſoli Apoſtolico Conventus Syndico conſignentur, ac cum cæteris Conventus eleemoſynis incorporentur, & confundantur, ac hoc vt iuxta diſpoſitionem Prælati expendantur in neceſsitatibus fratrum, vel Conventuum. Aliter autem facientes indiſpenſabiliter proprietariorum pœnis plectantur.

Oratio mētalis exactè ſervanda.

Nullus exemptus ab ea.

5 Cùm oratio mentalis Religioſo ſit animę ſpeculum, itinerarium mentis in Deum, & directio in ſuum vltimum finem; omni vigilantia exercitium orationis mentalis mandatur ſervari, temporibus per ſtatuta reſpectivè præſcriptis; ita quòd huic ſpeciali obligationi ſatisfieri non poſsit per proceſsiones intra Eccleſiam aut clauſtra, vel per recitationem Stationis Sanctiſsimi Sacramenti brachijs extenſis, aut non, vel aliam ſimilem

lem devotionem, ſub pœna priuationis officij ipſo facto incurrenda à Superiore locali aliter faciente. Ab oratione autem mentali, nec Lectores, nec cuiuſcumque conditionis Religioſi cenſeantur exempti: contra negligentes verò procedant Superiores locales, puniendo eos in publico refectorio pro qualitate omiſsionis, & de notabiliter defectuoſis ſtatim dent rationem Superioribus maioribus, vt ab eiſdem graviùs plectantur, etiam vſque ad privationem officij, vel gradus quem habent.

6 Conſtitutio Romana 1676. (qua decernitur, vt ſtatim ac Miniſter, ac Vicarius Generalis electus ſit, & antequàm officium ſuum vllo modo exerceat, teneantur emittere in manibus Præſidis coram toto Capitulo Generali votum de non ambienda, procuranda, nec acceptanda dignitate Epiſcopali, Archiepiſcopali, & Patriarchali toto tempore officij ſui, nec ante emiſſum prædictum votum cenſeantur in officio confirmati) extenditur cum omnibus clauſulis ſuis, & annexis, & connexis, prout iacet ad litteram, ad Comiſſarium, & Vice-Commiſſarium Generalem Familiæ. Votum de non ambiẽdo extenditur ad Cõmiſſar. & Vice-Cõmiſſ. Gen.

7 Prædicti Miniſter, & Vic. Generalis Ordinis, ſicut & Cõmiſſar. & Vice-Cõmiſſar. Familiæ, nullatenùs diſpenſationem à tali voto petere poſsint. Si autem contingeret, eos petere ſibi os aperiri ad huiuſmodi diſpenſationem rogandam, eo ipſo pariter ab officio cenſeantur abſoluti. Si verò Sedes Apoſtolica motu proprio eis talem diſpenſationem concederet: teneantur eandem ſtatim notificare ſub pœna periurij; & ſi illi immediatè non renunciaverint, ita vt intra tres menſes conſtet de renuntiatione poſitiva præſentationis, vel nominationis in ipſos factæ, ſimiliter cenſeantur ab officio abſoluti, cum reliquis in prædicta Innocentiana conſtitutione diſpoſitis. Non poſſunt diſpenſationem petere. Conceſſa mot. prop. manifeſtãda.

8 Ad inconvenientias autem vitandas, quæ ex artificioſis renunciationibus Prælaturę Generalis poſſunt oriri, ſtatuitur, quòd quando renuntiationem cuiuſvis Prælaturæ Generalis fieri contigat poſt nomi- Renunciãs poſt nominationem præſidere non poteſt electioni ſucceſſ.

na.

nationem, vel præſentationem ad quamcunque ex prædictis dignitatibus, etiamſi ante ſupraſcriptum tempus trium menſium fiat, Prælatus Generalis renuncians electioni ſucceſſoris præſidere non poſsit, ſed dignior ille Pater cui in caſu mortis iure ſtatutario competit: & hoc indiſpenſabiliter.

Iuramentũ faciendum à Secretarijs.

9 Conformiter ad iura omnia ſtatuitur, quòd Secretarij tam Generalium, quàm Provincialium Prælatorum, ac etiam Viſitatorum, antequàm ſuũ munus exercere incipiant, iuramentum in forma facere teneantur coram Superiore, cuius Secretarij ſunt, & duobus ad minùs teſtibus; de quo conſtare debet per inſtrumentum ſubſcriptum à Superiori, Secretario, & teſtibus apponendum in principio Regeſti officij reſpectivè.

Romæ nõ agenda negotia ſæcularia, nec adhibendi ſæculares pro noſtris.

10 Renovantur ſtatuta vtriuſque Familiæ, quibus cavetur Officialibus Curiæ, ne ſe ingerãt in ſæcularium agendis negotijs, & ne quiſquam Prælatus, vel ſubditus inſtituat, vel adhibeat Procuratores Sæculares, tam pro negotijs Provinciarum, quàm particularibus in Curia Romana, quę omnia debẽt tractari, & agi per Officialem reſpectiuè Familiæ, vel de eorum conſenſu, data ipſis de negotijs agendis noticia. Si quis contrarium fecerit, pœnam privationis vocis activę, & paſsivæ per triennium incurrat, & inſtitutiones talium Procuratorum ipſo facto ſint nullæ.

Viſitatores non eligendi in Provinciales.

11 Renovando, & confirmando diverſa vtriuſque Familię ſtatuta, decernitur, Commiſſarium Viſitatorem non poſſet eligi Miniſtrum Provincię quàm viſitat, ſiue illa ſit propria, ſiue aliena ſiue ipſemet Capitulo præſideat, ſiue non. Electio aliter facta ſit nulla, & electores priuationem perpetuam vocis activę, & paſsivę incurrant.

Electio Cõmiſſarij Provin. facienda per ballotationes.

12 Ad eliminandas omnes varietates, & ne deinceps oriatur confuſio in aliquo; intimatur omnibus, & ſingulis Provincijs Obſervantium Ordinis, Commiſſariorum Provincialium electiones faciendas eſſe per ſecreta ſuffragia, & ballotationes, Pręſide proponente, & non aliter.

Li-

13 Licèt plures Cuſtodes (qui in præſenti Capitulo comparuerant ſine ſcripturis SyndicatusPrælatorum Generalium, & Provincialium, aut teſtimonialibus, quòd tales ſcripturæ, ſeu Syndicationes non exiſtant contra prædictos, iuxta diſpoſita in vtriuſque Familiæ Statutis) poſt brevem aliquorum dierum reſolutionis ſuſpenſionem ex mera gratia, & cum clauſula, *Quòd non tranſeat in exemplum*, ad ſuffragandum admiſſi fuerint: Ne de cætero tamen ſimilis caſus occurrat, renovantur, & iterùm intimantur ſtatuta de deferendis talibus Syndicationis ſcripturis, vel teſtimonialibus iuxta Conſtitutionum præſcripta; declarando, quòd in illis non ſufficiat dicere, nullas contra quempiam adeſſe ſcripturas; ſed expreſsè nominari debere Prælatos Generales, & Officiales Curiæ, ſub pœna non ſuffragandi indiſpenſabiliter ſubeunda. **Renovãtur pœnæ contra Cuſtodes non ferentes ſyndicationes.**

14 Denuò intimatur Papale Statutum Roman. 1639. Theologiæ Lectoribus nullum vnquam ius quęſitum aut actionem fuiſſe, vel eſſe ad continuandum legendi officium, quouſque tempus iubilationis præſcriptum compleverint, & ideo poſſe à Diffinitorio amoveri, & alijs muneribus prout neceſſum videbitur deſtinari: eodem namque iure Lectores primò inſtituere, &, cùm libeat amovere, ad Diffinitorium pertinet, tertio Sacræ Theologiæ Lectore (vbi fuerit) excepto, cuius inſtitutio ad ſolum Superiorem Generalem, ſub pœna nullitatis ſuæ inſtitutionis, pertinet. Cùm autem nonnullæ inconvenientiæ exortę fuerint ratione Statuti Toletani 1633. tit. pro Vltram. vbi de Lectoribus Artium dicitur: *Fratres, qui ſemel ad Philoſophiæ Lectoratum admiſſi fuerint, nuſquam niſi ex gravi vitæ, vel doctrinæ defectu à Lectoratus exercitio dimoveantur, &c.* Item ratione Statuti Rom. 1651. c. 4. §. 2. n. 5. vbi dicitur, quòd *Non facilè amoveri debent ſine gravi cauſa*: declaramus, prædictum Statutum Tolet. 1633. (quod aliàs, vt conſtat, pro Vltramontana, id eſt Italica emanarat Familia) caſſatum, & revocatum fuiſſe in ſequenti Generali Capitulo; particulam autem in dictis Romanis de 1651. appoſitam, exhortationem, **Lectores ius contiuã di non habent.**

Ex declarat Rm.P. Samaniego, & ex eiusCompilatione.

vel monitionem eſſe, vt ſimiliter ſat conſtat ex dictis Statutis: vnde & Lectores, tam iuxta dicta Statuta Rom. 1651. quàm præfata Rom. 1639. nullum vnquam habuiſſe, vel habere ius aut actionem ad continuandum legendi officium (ſicut nec habent Guardiani in Capitulis,& Congregationibus) ſed poſſe abſque eorum iniuria omni tempore ad arbitrium Diffinitorij amoveri à lectura. Si quis autem deinceps Lectorum, ob amotionem à ſua lectura,quaſi de facta ſibi iniuria conqueſtus fuerit, vel intentaverit litem, indiſpenſabiliter vltrà inobedientium pœnas iam in prędicto Statuto Rom. 1651. ſancitas, inhabilis perpetuò ad munus Lectoratus remaneat.

Non poſſunt eſſe quatuor Theol.Lectores.

15 Cùm experientia doceat,fratres ſtudentes, qui ſunt obligati ad Chori, & Conventus ſervitia, non poſſe proficere audiendo quatuor quotidie lectiones Theologiæ; & introductus abuſus habendi quatuor huiuſmodi Lectores ſit magis ad commodum perſonale Lectorum, quàm diſcipulorum profectum: renovatur, & ad vtramque Familiam extenditur Statutum Romanum 1688. tit. *pro Ciſmontanis*, n. 42. quo caſſantur, & annullantur omnes quarti Lectores; decernendo iuxta Papalem Conſtitutionem Romanam 1676. tres non poſſe eſſe Sac. Theologiæ Lectores, niſi in Studijs Generalibus Ciſmontanæ Familiæ ordinatis ad iubilationem, & gravioribus Vltramontanæ. In Statuto autem de non habendo quartum Lectorem, Prælati Generales diſpenſare non poſſint.

Officia per Inſtitutionem,&c. à Gener. vel Prov. ſunt vſque ad revocationé.

16 Duratio officiorum,quæ fiunt perLitteras Patentes,&Inſtitutiones Generalium,autProvincialiumPrælatorum(licèt aliàs aliquod determinatum habeant tẽpus ad gaudendum prærogarivis, & præeminentijs, exercentibus talia officia conceſsis) ſicut, & obedientiarum,& facultatum conceſſarum ab eis, omninò ſub arbitrio, poteſtate, & diſpoſitione Prælatorum prædictorum pro tẽpore maneat: vnde in expeditionalibus huiuſmodi litteris apponatur deinceps clauſula durationis, *ad beneplacitum*, vel alia ſimilis, & vbi appoſita non eſt, cenſeatur appoſita. Circa quod approbatur,

&

& confirmatur Statutum Victorienſe 1694. pro Terra Sancta n. 1. & ad omnia, & ſingula præmiſſa extenditur.

17 Si quis autem, obtentis Patentibus, in inſtitutione, obedientia, vel facultate huiuſmodi, illarum à Sede Apoſtolica confirmationem, etiam in forma ſpecifica, extorſerit, non exprimendo in expoſitiva, quòd durant ad beneplacitum Superioris Generalis, vel Provincialis pro tempore; Litterę Apoſtolicæ intelligantur tantùm corroborativæ inſtitutionis, vel conceſsionis iam factæ, non autem impeditivæ amotionis, cùm ex hoc capite ſubreptitiæ forent. Circa quæ iterùm intimamus Conſtitutiones Apoſt. Leonis X. ſub dat. 8. Octob. 1515. & 8. Iannuar. 1518. ac Clementis VIII. ſub dat. 11. & 12. Martij 1525. Quomodo intelligenda confirmatio Papæ circa illa.

18 Agentes, & Procuratores cauſarum, qui Romæ, vel in alijs Principum Curijs ex inevitabili cauſa Tertiarium habuerint, pro Tertiarij victu quotidiè vnam Miſſam celebrari curabunt ad intentionem Conventus, iuxta præſcriptum Conſtitutionis Victorienſis 1694. tit. pro vtraque Familia n. 15. & morem antiquum Religionis. Illi autem quibus licentia data eſt habendi Tertiarium, cum eo extra Conventum exire non poſsint, ſub pœna contra egredientes ſine ſocio Religioſo ſancita. Circa Tertiarij victũ &c.

19 Non permittantur ſtudentes (extra caſus notarum functionũ ſcholaſticarum) exire de domo, niſi ad Statutorum præſcriptum; idque pro tempore in ipſis (*) præfixo de licentia Prælati (*) Generalis. Studentibus ratò permittendum exire.

20 Cùm facilitas recipiendi ad habitum illegitimè natos in grave dedecus, & ignominiam vergat Religionis; Provincialibus ſub privatione officij ipſo facto incurrenda diſtrictè præcipitur, vt ab illegitimorum receptione abſtineant: in caſu verò, quo recipiendus eſſet illegitimus aliquis, in eius receptione accuratè Apoſtolicas, Ordiniſque Conſtitutiones obſervent, nullum eorum admittendo ad habitum, niſi prævia inquiſitione exacta de vita, & moribus, tam bonam indolem, ſpecimenque virtutum cognoſcantur præ- Non recipiendi illegitimè nati.

 ſe-

Digitized by Google

ferre, ac ſuffragari eis tot merita, vt natalium ſuppleant defectum, & eorum receptio non immeritò iudicetur Religionis profutura vtilitati, & commodo.

Laicis non tranſeundum ad Clericatum ſine licentia Capit. Generalis.

21 Quoniam intolerabiles in dies oriuntur abſus, & incōvenientiæ ex traſitu fratrum laicorum ad ſtatum Clericalem: inſiſtendo diverſis Conſtitutionibus Ordinis, decernit Capitulum Generale, nullum deinceps laicorum poſſe promoveri ad Clericatum, niſi de Capituli Generalis ſcripto conſenſu, prævio teſtimonio Difinitorij ſuę Provinciæ, & exacta inquiſitione de vita, & moribus, ac ſufficienti doctrina. Aliter ad Clericatum, etiam Ordinem Presbyteratus quacumque authoritate promoti, vigore Indulti Leonis X. Ordini noſtro conceſſi, & primò in Capitulo Lugdunenſi 1518. publicati, omni honore Clericali priventur, nec permittantur Canonicum perſolvere officium, ſed laicorum perſolventes officium ad merum ſuum ſtatuum laicalem reducantur, ſub pœna privationis officij ipſo facto Paovincialibus, & localibus Superioribus aliter facientibus, vel permittentibus. Si quis autem Provincialis, vel localis Superior aliquem alterius Provinciæ fratrem ad Ordines admiſerit contra formam prædictam; tanquam cooperator Ordinationis furtivæ eamdē privationem, & inhabilitatem ad omnia Ordinis officia incurrat; teneturq́ Provincia eius huiuſmodi Ordinatū in prædicto ſtatu laicali tenere.

Cōtra apoſtatas renovantur omnia ſtatuta.

22 Cùm apoſtatarum protervia in animarum perniciem ingraveſcat quotidie, renovantur omnes ordinationes, & ſtatuta generalia adverſus Ordinis noſtri quoſcunque apoſtatas, vel fratres, qui ſine legitima obedientia vagantur; mandaturque omnibus Prælatis, ſub privatione officij eas ad vnguem, inviolabiliterque ſervari curare, præcipuè circa oſtenſionem Patentium, & examinationem earundem.

Apoſtata denunciandus excommunicatus.

23 Communicatis vtriuſque Familię ſtatutis, quę præſentibus renovantur, decernitur, vt poſtquam conſtiterit Guardiano, aliquem fratrem apoſtataſſe de Conventu aut loco, debeat loci ſuperior ipſum ſtatim ad aliorum terrorem, & præſervationem, denuncia-

ciare, ſeu denunciari facere publicè coram fratribus inCapitulo excommunicatum, & ſimiliter qualibet Feria ſexta primi menſis ſuæ apoſtaſiæ, ſi hęc tantum duraverit.

24 Si quis frater apoſtataverit à Provincia propria, teneatur Miniſter Provincialis, ſub pœnis in ſtatutis expreſsis, de apoſtaſia eius certiorem reddere Generalem Prælatum, & Curiæ Romanæ Officialem reſpectivè, eis declarando naturam apoſtaſię, delictorumque quantitatem, & qualitatem ab illo commiſſorum, quatenùs iuxta exigentiam eorum debitè, & exemplariter puniatur in Curia, ſi eò advenerit. De apoſtatantibus extra Provinciam monendi Generales.

25 Apoſtatæ omnes, cuiuſcunque conditionis exiſtant, nullibi abſolvantur niſi ſolemniter coram tota Communitate, capitulariter congregata, in forma canonica, ac genuflexi ſine caputio, & chorda, pręvia reprehenſione condigna, obſervatiſque reliquisquę ſtatuta præſcribunt. Apoſtatæ ſolemniter abſolvendi.

26 Vt apoſtatę, Romam, vel Matritum confluentes peœna condigna ibidem plectantur, renovatur Statutum Tolet. 1673. & ad vtramque Familiam extenditur, quo pręcipitur vt apoſtatę Romam, vel Matritum confluentes ſtatim capti carceribus mancipentur, quouſque eorum cautę & proceſſus à Provincijs proprijs, ad quos de iure ſpectaverit, tranſmittantur, & examinentur, applicando ex nunc pro tunc dictis Conventibus, pro apoſtatæ victu, tot Miſſas, quot dies in carceribus effluxerint. Quas Miſſas Provincialis cuiuſque apoſtatæ illicò indiſpenſabiliter, & ſub gravi onere conſcientiæ ſuæ, perſolvi curabit, deſuper Superiores dictorum Conventuum certiores reddendo. Ad hunc autem effectum Officiales Curiæ Romanæ, & Commiſſarius Curiæ Regis Catholici, nec non Superiores locales memoratorum Conventuum teneantur ſub iuramento (in ſcripto ad Provincialem dicti apoſtatæ tranſmittendo) teſtari dies incarcerationis. Et idem obſervari præcipitur cum alijs Conventibus, in quibus de Generalium Pręlatorum, vel Curiæ Rom. Officialium mandato, Qualiter apoſtatę recipiédi Romæ, & Matriti, &c.

car-

carceribus fuerint detenti tales apoſtatæ.

Cõtra portantes habitum noſtrũ ſine licentia, &c.

27 Cùm ſacro habitui noſtro dedecus graviſsimum inferatur quotidie per eremitas, & nebulones, qui illud ad liberiùs, ſcandaloſèque vagandum aſſumunt; omnibus & ſingulis Superioribus Provincialibus iniungitur, vt Illuſtriſsimis ac Reverendiſsimis Apoſtolicis Nuncijs & Diœceſanis Epiſcopis cum omni reſpectu exponant Sac. Congregationis Epiſc. & Regular. Decretum ſub dat. 21. Martij 1686. Ordinarijs locorum iniungens, vt executioni omninò demandent, inter plures alias Conſtitutiones Apoſtolicas, illam Vrbani VIII. *Cum ſicut dilectus*, die 5. Octobris 1638. in qua habentur ſequentia verba: *Omnibus, & ſingulis locorum Ordinarijs, ac noſtris & Sedis Apoſtolicæ Nuncijs, vbivis terrarum conſtitutis, & degentibus, tenore præſentium diſtrictè præcipiendo mandamus, ne de cætero quemquam prædictam tunicam oblongam, cum vel ſine mantello, abſque Superiorum prædictæ Religionis Minorum de Obſervantia, & cuiuſvis inſtituti, ſeu Congregationis Ordinis eiuſdem Sancti Franciſci, licentia in ſcriptis obtenta, quoquo modo deferre permittant, vtque ſi aliquem præmiſſorum tranſgreſſorem repererint, illum carceri mancipandum, tali habitu exeundum, & arbitrarijs pœnis mulctandum irremiſsibiliter curent. Et præterea nemini licitum faciant, etiamſi prædictæ Religionis Minorum de Obſervantia, & cuiuſvis Inſtituti, ſeu Congregationis vniverſi Ordinis huiuſmodi Superiorum ſcripta, ſeu quovis alio modo roborata licentia deſuper acceſſerit, vt habitum huiuſmodi cum prædicto caputio, vel tunica ſeu mantello, vt præfertur, conſuto deferant: ſublata eiuſdem Ordinis Superioribus, ipſiſque locorum Ordinarijs, & Nuncijs Apoſtolicis, & eorum cuilibet, quavis authoritate licentias huiuſmodi cuiquam concedendi, ac demum earundem tenore præſentium volumus & ordinamus, vt ſi quiſpiam tale deferens caputium, vel cum licentia, vel ſine ea inventus fuerit, carceris detentione, habitus privatione, & alijs arbitrarijs pœnis ab eiſdem Ordinarijs, & Nuncijs Apoſtolicis omninò puniantur. Non obſtantibus, &c.*

28 Et quoniã quod vna via noſcitur eſſe prohibitum

tum, alia non non debet admitti; omnibus Ordinis noſtri prohibetur Prælatis diſtrictè, ne ſub quocunque prætextu (quod iuxta præmiſſa eis nullatenus licet) cuiquam extra Ordinem noſtrum concedant licentiam ferendi capucium. Si quis autem frater, authoritate privata habitum noſtræ Religionis cum, vel ſine capucio vendiderit, vel commutaverit, proprietariorum pœnas incurrat. Nulli Superiori noſtro licet daro capucium Eremitis, &c.

29 Iuxta præſcriptum fel.rec.Gregorij XIII. *Quoniam noſtro*, nec non Decreti Sac.Congregationis Regularium, de Sixti V. ordini editi, nullus Ordinis frater ſub pœna privationis omnium ſuffragiorum, carceriſque bimeſtris, per Ordinis ſtatuta ſancita, deinceps appellet, vel recurrat à gravamine Superioris localis, niſi ad Provicialem, nec à gravamine Provincialis niſi ad Commiſſarium Generalem, dum in Familia eſt, nec à gravamine Commiſſarij Generalis, niſi ad Miniſtrum Generalem. Nulli verò recurrenti concedatur expeditio aliqua, ſub nullitate facti, niſi priùs Superiore, à quo recurrit, audito. Ordo ſervãdus in appellatione, & recurſu. Recurrenti non danda expeditio inaudito ſuperiore.

30 Similiter nullus ſub pœnis in Ordinis ſtatutis præſcriptis recurrere, vel appellare præſumat de correctionibus, in foro paterno abſque ſententia iudiciali inflictis, aut de mutationibus de vno Conventu in alium, vel de obedientijs, & ſimilibus, quæ ad correctionem paternam, vel bonum gubernium Provinciæ, aut Conventuum, fieri, aut imponi ſolent. Non recurrendum à correctione paterna.

31 Nulli Religioſo particulari commendentur Miſſæ pro libris, niſi de Superioris Provincialis, vel Localis in ſcriptis licentia, qui in ſe onus aſſumat, Miſſas commendatas infallibiliter fore dicendas. Si quis verò secùs fecerit, proprietariorum pœnas incurrat. Miſſæ non commendandę particulari pro libris.

32 Cùm in Capitulo Lugdunenſi 1518. inter cætera confirmata à Leone X. emanarit ſtatutum ſequentis tenoris: *Ordinatur, quòd de cætero ſuffragiorum Confraternitates nulli dentur, niſi his quos Miniſter Provincialis, aut Cuſtos, aut Guardianus in ſuis adminiſtrationibus nominaverint; nec nominare debent, niſi perſonas dignas, & benemeritas, aliàs ipſæ litterę ipſo facto ſint* Qua maturitate dandæ litteræ filiationis.

ſint nullius valoris; item in Lavallenſi 1505. *quòd nullus Commiſſarius poſſit dare huiuſmodi litteras in albo, ſed ſolùm vbi ſint nomina expreſſa*; nimia autem facilitas dandi huiuſmodi litteras abſque delectu quibuſcumque perſonis æſtimationem diminuat theſauri meritorum noſtræ Religionis: Capitulum Generale inſtanter commendat Prælatis Generalibus, præcipueque Provincialibus, quatenùs, ſe conformando prædictis ſtatutis, nulli deinceps litteras Confraternitatis, ſeu Filiationis concedant, niſi illis ſolummodò, qui iudicio Prelatorum fuerint benefactores inſignes; nec eas vnquam pro libitu fratribus diſtribuendas committant, ſed illis duntaxat, quorum iudicaverint nomina exprimenda in eis, atque expreſſerint.

Sigilla Provinciarum nō impreſſa in Chrō. Gonzagæ mittēda ad Min. Generalem.

33 Cùm recognitio Vocalium in Capitulis Generalibus, & legitimatio perſonarum eorum fiat per exhibitionem ſigilli maioris vniuſcuiuſque Provinciæ, confrontando illud cum imagine deſcripta in Chronicis Patris Gonzagæ, Provinciæ autem erectæ poſt impreſſionem illius voluminis habeant particularia ſua ſigilla, quæ in eo non potuerunt eſſe deſcripta: mandatur omnibus, & ſingulis Provincialibus Ordinis, vt intra ſemeſtre poſt publicationem præſentis Decreti quilibet mittat impreſſionem ſui ſigilli maioris, iuxta veram menſuram, & figuram illius, in folio albo expreſſam ad Miniſtrum Generalem, qui collectas omnes ſigillorum impreſſiones in lamina curabit incidi ad formam cæterorum à Gonzaga collectorum, & impreſſis in competentibus folijs ad ſingulas tranſmitti Provincias, atque ad Capitulum Generale deferri.

Sigilla alterata reformanda.

34 Cùm autem apparuerint aliquæ ſigillorum Provinciarum impreſſiones in figura à conſuetis menſuris alteratæ, & diminutæ, & in publicis ſigillis aptatæ, authoritate privata, novæ litteræ, aut additiones ſtellarum, ramorum, aut etiam aliquæ litteræ, aut figuræ demptæ, & his ſimiles novitates: declaratur, nemini licuiſſe, vel licere circa publica Ordinis, vel Provinciarum ſigilla introducere novitates huiuſ-

mo-

modi, abſque ſcitu, & approbatione Generalis Capituli; atque adeò illico eſſe in Provincijs reſtituenda ſigilla prout in Chronicis Gonzagæ apparent, ita vt à menſe poſt publicationem huius declarationis nullus actus, documentum, inſtrumentum, aut cuiuſvis generis ſcriptura, obſignata ſigillo huiuſmodi, vim aliquam habeat. Si autem fuerint alterata ſigilla in Provincijs, quarum ſigilla in prædicto Gonzagæ Chronico non apparent, reſtituantur iuxta formam in erectione Provinciarum illis conceſſam: Vocales autem qui de cætero in Capitulis Generalibus cum alterato, vel non reſtituto ſigillo, vt ſuprà, comparuerint, non admittantur ad ſuffragandum.

35 Ad dubia evitanda, & ea quę poſſunt oriri ex eis; declaratur quòd Secretarij Miniſtri Generalis ſe pręcedere ad invicem debeant in ſua quiſque Familia, ita vt Vltramontanus in Vltram. Familia Ciſmontanum præcedat; & Ciſmontanus in Ciſmontana Vltramontanum, niſi aliquis eorum Diffinitor Generalis actualis, vel habitualis exiſteret. *Præcedentia inter Secretarios Generales.*

36 Declaratur, quòd Cuſtodes, qui ſufragati fuerũ in Vltramõtana Familia, cæteros Ex-Diffinitores loco, & ſede præcedere debeant, non tamẽ in iureſubrogandi. *Cuſtodum, ſuffragatorum in altera fam. præcedentia non eſt quoad ſubrogationẽ.*

37 Inhęrendo Familię vtriuſque ſtatutis, declaramus, non poſſe Diffinitores Generales eligi in Guardianos Conventus, ſub nullitate electionis. *Diffinitor Gen. eligi nequit in Guard.*

38 Declaratur, eſſe incompatibile Officium Guardianatus cum officio Commiſſarij Provincialis, eligendi pro tempore abſentiæ Miniſtri, vel Vicarij Provincialis à Provincia: Vnde caſu quo eligatur, debet renunciare Guardianatui, vt poſsit confirmari in Commiſſarij officio. *Guardian. nequit eligi Commiſſar. Prov.*

39 Declarat Generale Capitulum, quòd Superior, ad quem electio devolvitur, non poſsit excluſum à primis electoribus per vota ſecreta, & calculos nigros, eligere; niſi in cauſa, quo excluſus per huiuſmodi vota fuerit priùs in diſcuſsione meritorum, & qualificatione ſubiectorum à maiori parte Diffinitorij admiſſus, & approbatus, & aliàs Superiori devolutio- *Superior devolutionis nequit eligere excluſum, niſi, &c.*

nis de dignitate excluſi conſtiterit.

In electione per ballotationes quot ſeſsiones fieri poſsint antequam devoluatur.

40 Ad maiorem declarationem renovatur ſtatutum Romanum 1688. in quo Diffinitorium vigore compromiſsi determinat, quòd in electionibus per ballotationes, intra ſpatium viginti quatuor horarum tres tantùm ſeſsiones habeantur ad eligendum: Prima videlicèt manè, ſecunda veſpere, & tertia manè diei ſequentis: in qualibet autem ſeſsione tres propoſitiones diverſorum fratrum à Præſide fiant, & ſi electio non ſequatur, ad Superiorem Generalem electio devoluatur: quæ omnia in electione Guardianorum obſervari teneantur.

In elect. ballotationum quandò licet præſide vti deciſivo.

41 Cùm autem hoc intelligi debeat in caſu, quo in tribus prædictis ſeſsionibus pars maior excluſerit, & ſæpè contingat, paritatem haberi votorum: Declaratur, quòd Præſes voto deciſivo, ſibi ex Apoſtolicis, & Ordinis Conſtitutionibus competente in electionibus, quæ fiunt modo prædicto, vti non poſsit, niſi poſtquàm vota per tres vices æqualia fuerint, prout olim à Capitulo Toletano 1682. tit. *pro Vltram. Fam.* num. 36. extitit declaratum.

Declaration circa id, quòd tépore Capituli Gen. nil innovetur in Provincijs.

42 Statutum vtriuſque Familiæ, quo cavetur, vt nihil in Provincijs innovetur omninò, donec ad propria redierint Miniſter, & Cuſtos, patiens difficultates diverſas explicatur modò ſequenti: 1. Generaliter, quòd poſt diſceſſum Miniſtri, licèt nondum Cuſtos diſceſsiſſet, nihil omninò innovetur. Vndè ſi Cuſtos renunciaret Cuſtodiatui, vel ægrotaret, & non poſſet accedere ad Generale Capitulum, abſente Miniſtro, aut Vicario Provinciali, alius Cuſtos eligi non poſsit, nec talis renunciatio acceptari: 2. Si poſt diſceſſum Cuſtodis contingat, Miniſtrum non poſſe accedere ad Capitulum Generale, poſsint etiam abſente Cuſtode Miniſter, forma Conſtitutionum ſervata, eligere, & mittere Pro-Miniſtrum: 3. Si poſt diſceſſum Cuſtodis Provincialis Miniſter, aut Vicarius moriatur, eligi debeat Vicarius Provincialis iuxta diſpoſita per Conſtitutiones Religionis; qui Vicarius, ſi ſuppetat tempus, cum litteris ſuæ electionis accedat ad

Ge-

Generale Capitulum: Si verò per tempus non liceat, nullam pro abſentia pœnam incurrat, fungendo intereà in Provincia officio ſuo: 4. Si Provincialis Miniſter, aut Vicarius remaneant in Provincia, miſſo, vel non miſſo Pro-Miniſtro ad Generale Capitulum; eo caſu abſente Custode non poſsit celebrare Congregationem intermediam ſub nullitate electionum, & pœnis contra innovantes tempore Generalis Capituli, ipſo facto incurrendis; ſed omninò expectari debeat reditus Cuſtodis, & Pro-Miniſtri, caſu quo Pro-Miniſter de Diffinitorij corpore ſit: 5. Quòd ſi Pro-Miniſter, & Cuſtos, aut aliquis illorum ex malitia diſtulerit reditum, & de maturo aliorum Diffinitorij Patrũm iudicio Capitulum, aut Congregatio, vſque ad vltimum eorum redditus terminum differri non poſſet, vel ægrotarent in via, & eos expectare vlteriùs publico Provinciæ bono cognoſceretur obeſſe; Capitulum, vel Congregatio celebretur, ſervatis ſervandis: 6. Quòd, ſi Miniſter, vel Vicarius Provincialis remaneant in Provincia, durante abſentia Pro-Miniſtri, & Cuſtodis, poſsit viſsitari Provincia, ſi ipſi videatur expediens: Commiſſarius autem Provincialis non viſitet, ſi Provincialis Miniſter, vel Vicarius eam viſitaverit, vel ſi non habeat ſpecialem viſitandi commiſsionem; quam ſi non habuerit pro Monialibus, nullo modo ipſe Commiſſarius earumdem Monaſteria viſitabit: 7. Quòd ſi contingat aliquo caſu electionem Abbatiſſæ eſſe faciendam in Monaſterio aliquo, durante Vocalium abſentia, illam per ſe, vel per alium facere poſsit etiam Commiſſarius Provincialis, cùm voto: 8. Quòd ſi abſentia tali durante Guardianus aliquis moriatur, non eligatu novus Guardianus, ſub nullitate electionis, etiamſi Miniſter, vel Vicarius non exierint à Provincia; ſed expectetur Vocalium reditus, ſaluis moderaminibus hic ſuprà num. 5. expreſsis.

43 Renovatur Decretum Victorienſe 1694. de ſupplicando Sanctiſsimo, vt moderari dignetur tempus vacantiarum pro Officijs Generalibus ad duplum tem-

Supplicãdũ Sanctiſsimo pro moderatione vacantiarũ Officialium

temporis, quo exercere debent talia munia, vt gaudeant prærogativis per ſtatuta decretis.

Et pro renovatione Conſtit. de abrogatiõ. privile. perſonalium.

44 Officiales Curiæ, tam Obſervantiæ, quàm Reformatorum, nomine Capituli Generalis, humiliter Santiſsimo ſupplicent pro renovatione Conſtitutionis Vrbani VIII. & Clem. X. ſuper abrogatione privilegiorum perſonalium, contra aut prçter formam Conſtitutionum Apoſtolicarum, & Ordinis.

Et moderatione abrogationis Secretarij linguarum.

45 Renovatur Decretum Cap. Victorienſis 1694. tit. pro vtraque Fam. num. 65. quoad illud quòd poterit Reverendiſsimus Pater Miniſter Generalis ſupplicare Sanctiſsimo pro moderatione ſtatuti, Officium Secretarij linguarum abrogantis. Verùm cùm neceſsitas habendi Secretarium talem præcipuè ſit pro Ciſmontana Familia: ſtatuitur, vt Secretarius prædictus linguarum ſemper aſsiſtat Prælato Generali Ciſmontanæ Familiæ.

Quo tempore ſolicitanda à Sãctiſsimo.

46 Declarat Diffinitorium Generale, quòd quando imponitur Officialibus Curiæ, vt ſupplicent Sanctiſsimo pro aliqua gratia, vel providentia, id omninò intra annum debeant compleviſſe, quantùm ad illos attinet. Aliàs de omiſsione in Capitulo generali, ſub pœna amiſsionis ſuffragij, teneantur ſatisfacere, & per documenta legitima ſuam indemnitatem oſtendere.

Circa impreſsionem corporis iuris Orbis Seraphici.

47 Viſo Opere R. P. Mariani Stalpaert Provinciæ S. Ioſeph Recolectorum in Flandria P. ac Secretarijs Generales hab. Ord. intitulati *Corpus Iuris Orbis Seraphici*: Diffinitorium Generale arbitrio Reverendiſsimi Pat. Miniſt. Generalis committit, vt, dum opus prædictum ad debitum complementum redactum fuerit, illud iuxta Apoſtolicas, & Ordinis Conſtitutiones faciat revideri, habitaque approbatione reviſorum in ſcriptis, ſervatiſque reliquis de iure ſervandis typis mandari. Attenta autem neceſsitate eiuſmodi operis, prædicto Patri iniungitur, vt quantocyus faciat Compendium præfati Corporis, in quo ſolum iura ponantur, quæ modò ſunt, & debet eſſe in vſu.

Et

Digitized by Google

48 Et quoniam in Statutis Victorienſibus 1694. fit mentio de Practica criminali R. Patris Ameni, omnes monentur eamdem cautè adhibere, & legere, præſertim in materia quæ obedientiam concernit.

Practica criminalis P. Ameni cautè legenda.

49 Decreta, & Brevia, materiam Divinorum Officiorum concernentia (illa præſertim quæ incipiunt: *Exponi Nobis* de die 3. Decemb. 1697. ac *Ex debito paſtorali* de die 10. Novemb. 1698.) debita cum reverentia, ac ſubmiſſione ſuſcipimus; omnibus, ac ſingulis noſtri Ordinis Fratribus, ac Monialibus, cuiuſvis ſint Regulæ, vel inſtituti, ſtrictè mandantes, vt ad eorum, præſcriptum Divinas laudes, tam in communi, quàm in particulari perſolvere non prætermittant. Nec cuiquam ſuffragari volumus privilegia, quę diverſitatem inferant quoad rem adeò ſacram, in qua, ſi prædicta obſervaverimus, Divinum faciemus offiicium ſecundùm ordinem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſicut S. P. N. Franciſcus in Regula præſcripſit.

Brevia circa recitationem Divin. Officij admittuntur.

50 Hinc denuò Beatiſsimam Virginem Mariam ſub myſterio ſuæ Immaculatæ Conceptionis, in ſingularem, & vnicam Patronam vniverſi Cœtus, noſtræ obedientiæ, vel directioni ſuppoſiti, venerabundi recipimus: reſervata S. P. N. Franciſco, vt par eſt, præeminentia Patriarchæ, Titularis, ac Fundatoris eiuſdem Cœtus Franciſcani. In tanti autem Patronatus obſequium, & gratitudinem, omnes, ac ſingulæ perſonæ prædictæ obedientiæ, vel directionis, ſummopere invigilent vbique promovere cultum, ac venerationem præfati myſterij. Quod etiam piè præſtabunt, ſi Confraternitatem Ieiunij perpetui, in honorem eiuſdem Immaculatæ Conceptionis Deiparæ à S. Sede approbatam, & in libro de imitatione Mariæ expoſitam, quam, vti propriam noſtri Ordinis, amplectimur, ſancta æmulatione propagaverint.

B. Virgo ſub Immaculatæ Conceptionis myſterio recipitur pro principali Patrona.

51 Suſcipimus prætereà Breve, *Cœleſtium* incipiens, die 4. Octobris 1696. à Sanctiſsimo Domino noſtro Innocentio XII. pro erectione Confraternitatum decem Beneplacitorum, ſeu decem Virtutum B. Mariæ Virginis, ſub titulo Sanctiſsimi Sacramenti,

Recipitur Breve pro erectione Confraternitatis X. Virtutum B. Mariæ

ſeu Sanctiſsimi Sepulchri, vel Immaculatæ Conceptionis, aut alia quavis invocatione, in Eccleſijs noſtris, & alijs quibuſvis extra Ordinem ad noſtratum favorem benignè conceſſum: & omnibus illis Religioſis, qui ad id ſpecialem facultatem obtinuerint à Superioribus Generalibus, ſive Ordinis, ſive Familiæ, enixè commendamus, vt ſodalitium præfatum prout in memorato libro de Imitatione Mariæ reperitur deſcriptum, dilatare ſolicitent, ſperantes remunerationem ab ipſa, in cuius nomine ſcriptum eſt: *Qui elucidant me vitam æternam habebunt.*

Imprimendum Bullarium Ordinis vltimi ſæculi.

52 Et quia ad notitiam noſtram pervenit, quòd R. adm. P. Franciſcus Diaz à S. Bonaventura, iam ferè paratum habet ad prælum Bullarium labetis ſæculi decimi ſeptimi legis gratiæ, pro toto Ordine: ideò eiuſdem zelum, & applicationem commendantes, ipſi ad meritum obedientiæ iniungimus, vt adeò laudabile, perutile, ac neceſſarium opus quàm citiùs, iuxta normam à Reverendiſsimo P. N. Miniſtro Generali præſcribendam, perficere curet; Eidem Reverendiſsimo P. Miniſtro, ac Reverendiſsimo P. Commiſſario Generali Familię Ciſmontanæ committentes, vt ei opportunam ad id aſsiſtentiam præſtent, vſque ad complementum impreſsionis, & expeditionis librorum.

Non movendæ lites ſuper privilegia noſtra.

53 Prætereà, perpenſis malis, & inconvenientibus, quæ quotidiè oriuntur, non ſine manifeſta iactura, & frequenti abrogatione privilegiorum Ordinis noſtri, ex nimia facilitate excitandi, & movendi lites, ac controverſias, ſuper eorumdem obſervantia, aut manutentione: omnibus, ac ſingulis, tam ſubditis, quàm Superioribus (Generalibus, & Provincialibus, ſeu Cuſtodialibus cum iuriſdictione exceptis) ſub pœna privationis ſactuũ legitimorum per ſexennium ſeriò præcipimus, vt nullam litẽ, ſeu controverſiam, ſive intra, ſive extra Ordinẽ, excitare, movere, patrocinari, aut proſequi audeant, in qua agi debeat directè, vel indirectè de ſubſiſtentia, vigore, aut conſervatione alicuius privilegij, indulgentiæ, gratiæ, aut conceſsionis, perſonis, locis, Eccleſijs, Cõfraternitatibus, Conventi-

tibus, Monaſterijs, Provincijs, Congregationibus, Inſtitutis, vel Ordinibus noſtræ obedientiæ, ſeu directioni ſubiectis, quomodolibet, ac reſpectivè competentis, abſque licentia in ſcriptis Superiorum, vel Cuſtodialium cum iuriſdictione, vel Provincialium, vel Generalium, reſpectivè. Eidemque pœnæ eo ipſo ſubiectos eſſe, ac fore declaramus omnes, & ſingulos ſupradictos, qui ſine ſimili licentia in ſcriptis, Decreta, aut Indulta, vel cuiuſvis generis conceſsiones, ſeu litteras etiam declaratorias, per ſe, vel per interpoſitam perſonam à S. Sede, & illius Tribunalibus quoquo modo petierint, aut procuraverint, vel petitas, aut procuratas expediri permiſerint, & acceptare non recuſaverint, quando nihil favorabile de novo, & vltra, vel præter iam obtentas litteras, & conceſsiones, reipſa contineant (in quo caſu obſervare tenentur ſimiliter alia Ordinis ſtatuta, hanc materiam ſpecialiter concernentia) vel quoties ex illis reſultare poſsit, ac valeat præiudicium aliquod in detrimentum boni publici noſtri Cœtus Seraphici, vel privilegiorum, gratiarum, indulgentiarum, & conceſsionum præmiſſarum, vſque nunc rite, ac legitimè emanatarum, contentarumque in libris, pro directione noſtri Ordinis à Sede Apoſtolica approbatis, quibus de iure, aut conſuetudine frui queant præmemoratæ vtriuſque ſexus perſonæ, noſtræ obedientiæ, aut directioni Apoſtolica authoritate ſubiectæ. Qui autem huic noſtro mandato, ſub quovis prætextu, aut honeſto ſibi viſo fine non paruerint, ſciant, ſe notam incurſuros, iuxta qualitatem defectus, vel expendentium benefactorum eleemoſynas in ſuperfluis, vel eaſdem convertentium in damnum ſplendoris, & vtilitatis ſui Inſtituti, & vti tales, ac veluti adverſantes menti S. Fundatoris, qui præſertim in illud reſpexit, dum dixit: *Non audeant petere aliquam litteram in Curia Romana, &c.* omninò puniendos eſſe; idque indiſpenſabiliter.

54 Vt verò Superiores, quibus hic reſervata eſt facultas concedendi præmemoratas licentias promptiorem habeant notitiam de caſibus, & contingentijs, in *Faciendum promptuarium privilegiorum.*

in quibus expedit eam concedere, vel negare, eidem Authori Bullarij committimus, quòd eodem tempore prælo mandet Promptuarium breve ſuper hac re, diſtribuendum ſingulis Superioribus ſupradictis, per præmemoratos Superiores generales, reſpectivè: & ab illis vnà cum ſigillis, ſuis ſucceſſoribus in officis, in poſterum ſucceſsivè conſignandum, nullique ſub pœnis ſuperiùs præſcriptis, extra Ordinem vnquam oſtendendum, aut manifeſtandum; intra Ordinem verò maxima cum moderatione, prudentia, & cautela vtendum, ne inimici, & æmuli noſtri decoris, eo inſtruantur ad aliquid attentandum contra noſtra privilegia, & in præiudicium pacis, ac paupertatis Seraphici noſtri Inſtituti.

PRO HAC CISMONTANA FAMILIA.

Revidenda Compilatio Rmi. P. Samaniego pro nova.

1 DIffinitorium Generale (inſtante Diſcretorio Familiæ) enixè rogat Reverendiſsimum P. Miniſtrum Generalem, vt revideantur Compilatio facta ab Illuſtriſsimo Samaniego, & etiam alia inſtrumenta, annotationes, &c. elaborata à diverſis Patribus pro regimine noſtræ Religionis: & quòd ſua Reverendiſsima Paternitas aſsignet reviſores ex omnibus Nationibus, ex quibus componitur noſtra Familia, ac provideat de omnibus neceſſarijs ad hunc finem; quia id multotiès poſtulavit tota noſtra Familia: ad illum autem effectum renovantur omnia compromiſſa à præcedentibus Comitijs generalibus emanata.

Diſcretorium Capituli Gener. componendum ex 12.

2 Ad evitandam confuſionem, & contentiones inutiles, quæ in Diſcretorio Capituli generalis compertæ fuerunt nonnunquam oriri; approbando propoſitionem Capituli Rom. 1688. ſtatuitur, vt ex omnibus totius Familiæ Vocalibus (aſſumptis ex ſingulis Nationibus, reſpectivè, ex Obſervantibus, Diſcalceatis, Recollectis, Tertiarijs) nominentur duodecim magis experti, per quos tantummodò Diſcretorium fiat, vt cum modeſtia, & religioſa quiete cuncta propo-

nant

nant, quæ ſecundùm Deum magis viderint expedire. Cæteri autem Vocales poterunt præfatis Patribus tradere in ſcriptis quidquid ad bonum Religionis regimen, & maiorem obſervantiam eis viſum extiterit, vt in Diſcretorio ſeriò, & maturè conſideretur, & conferatur, quæ deinde conſiderata, collata, & collecta coram omnibus Familiæ Vocalibus prælegantur, & poſtmodùm Diffinitorio generali (pro vt moris eſt) præſententur.

3 Nulli Commiſſario Nationali, vel Viſitatori, aut Provinciali Miniſtro liceat (ſub pœna privationis officij ſui) aliquem religioſum voce activa, & paſſiva privare, vel alia graviori pœna afficere, niſi confecto Proceſſu, & reo in ſui defenſionem per ſe, vel ſuum procuratorem, audito. Circa quod renovatur ſtatutum Romanum 1625. tit. *pro Indis*, ad totamque extenditur Vltramontanam Familiam. Nullus graviter puniendus ſine proceſſu.

4 Non liceat quoque prædictis (ſub eadem pœna) quemquam in electionibus à voce paſſiva excludere, niſi ſervata forma, quoad excluſionem, quæ in motu proprio fel. rec. Innoc. XI. *Solicitudo paſtoralis* pro confirmanda, vel infirmanda electione, præſcripta eſt. Nec privandus voce, non ſervatis de iure.

5 Inſiſtendo Statuto Valliſ. 1661. decernitur, quòd in Conventibus, in quibus permittitur tertius Lector, huiuſmodi Lector nullatenus inſtituti poſſit niſi per Generalem Prælatum. Si quis autem aliter deinceps inſtitutus extiterit, nulla ſit inſtitutio eius; & anni, quos in legendo conſumpſerit, ad Iubilationem computari non poſſint. Tertius Lector à ſolo Generali inſtituendus.

6 Prædicatores, qui per duodecim annos prædicationi actuali Conventus vacaverint (dummodò per tres continuos, prædicando Quadrageſimam in vno ex duobus, vel tribus Conventibus principalioribus, aſſignandis ab vnaquaque Provincia in primo Diffinitorio celebrando poſt horum publicationem) Prædicatores generales denominentur, & ſint; præcedentiaque gaudeant in quolibet Conventu propriæ ſuæ Provinciæ, tanquàm ſi Prædicatores actuales, ſive Conventuales exiſterent; obtentis tamen priùs decla- Privilegia Prędicat. Generaliũ.

ratorijs litteris Superioris Generalis Familiæ: qui eas, ſub nullitate actus, expedire non poterit, niſi priùs ipſi conſtiterit de ſupramemoratis conditionibus per atteſtationes iuratas Guardiani, & Diſcretorum Conventuum, & Diffinitorij Provinciæ; ſervata in omnibus forma ſervari conſueta in atteſtationibus pro iubilatione Lectorum.

Privilegia Scriptorũ Generalium.

7 Relinquitur Reverendiſsimi P. Miniſtri Generalis arbitrio, Scriptoribus Prælatorum Generalum, qui in futurum per ſexennium in huiuſmodi exercitio laudabiliter fuerint, convenientia eorum laboribus, & diligentijs, concedere præmia. Arbitrio verò Provinciarum, in quibus circa remunerationem Provinciæ proviſum non eſt, relinquitur, vt ſtatuant præmia Secretariis qui cum approbatione per triennium integrum capitulare munere prædicto functi fuerunt, dummodò non concedatur eis præcedentia ſupra Lectorem S. Theologiæ de prima. & ante aſſumptionem per biennium completum Guardianatus officio laudabiliter functi fuerint.

Et Secretariorum Provinc.

Nullus in exiliũ, vel ad benevolos mittendus.

8 Ad occurrendum temeritati Superiorum quorundam, qui (vt Provincias, vel ſuos Conventus à difficilibus fratribus expediant) eoſdem cum vel, ſine licentia in exilium mittunt, vel eos dimittunt ad receptores benevolos; inhærendo Apoſtolicis Decretis, ſignanter fel. rec. Clementis VIII. *De apoſtatis, & eiectis*, necnon Conſtitutionibus Ordinis, diſtrictè cavetur, ne quis Prælatus deinceps aliquem fratrem ad aliam Provinciam, ad effectum incorporationis, vel permanſionis, tranſmittat, niſi de Prælati Generalis licentia, vel habito cenſenſu Provinciæ, *ad quam.* Si quis verò Superior aliter fratrem in exilium miſerit, vel alicui fratri licentiam ad receptores benevolos dederit; eo ipſo ab Officio ſuo ſuſpenſus remaneat, donec cauſa eius cognita à Prælato Generali, pro ſua prudentia procedatur vſque ad privationem officij.

Approbatur ſtudiũ linguarum Salmanticenſe.

9 Approbatur erectio Collegij, ſeu ſtudij linguarum, & controverſiarum, in Regio Conventu S. P. N. Franciſci Vniverſitatis Salmanticæ, almæ atque Apoſto-

ſtolicæ Provinciæ S. Iacobi in Hiſpanis; & acceptantur Litteræ Apoſtolicæ SS. D. N. Innocentij Papæ XII. incip. *Sua nobis* 12. *Kal.* Septemb. 1699. pro obſervantia eorum, quæ in executionem prædictæ erectionis ſancita erant, begninè expeditæ. Zelo autem atque prudentiæ Reverendiſsimi P. N. Miniſtri Generalis committitur, vt de conſilio Patris digníoris præmemoratę Provinciæ, ea omnia pro proſperiori gubernio præfati Collegij, ſeu ſtudij ſtatuat, quæ ad eliminandas difficultates exortas vſque nunc, & quæ in futurum poſſunt oriri, neceſſaria videantur, & opportuniora.

10 Renovantur Statuta, quę ordinant, quotidiè recitari poſt Laudes in Choro Commemorationem de S.P.N. Franciſco, & S. Dominico, & poſt Veſperas de Immaculata Conceptione cum antiph. *Tota pulchra es, &c.* & de eiſdem SS.PP. Dominico, & Franciſco; Item poſt Completorium de SS. Trinitate, de Ven. Sacramento, de Immaculata Concept. cum antiph. *Conceptio tua, &c.* de S. Michaele Archangelo, & de SS. Stigmatibus S. Franciſci, & S.P. Dominico: ſublato tamen obedientiæ præcepto, quod in Statuto Tolet. 1633. circa prędictas Commemorationes de SS. Trinitate, & Ven. Sacramento, ac S. Michaele Archangelo reperitur appoſitum. Declaratur autem, fieri non debere Commemorationes præfatas à Veſp. diei 17. Decemb. in quibus incipitur prima antiphona *O Sapientia*, vſque ad octavam Epiphanię incluſivè, & à Veſperis Sabathi ante Dominicam Palmarum vſque ad Dominicam in Albis incluſivè, ſicut nec in feſtis primę claſsis à primis Veſperis vſque ad Completorium diei incluſivè. Cõmemorationes quotidie dicendæ.

11 Renovatur Statutum Valliſoletanum 1661. num 9 & 10. circa Electores Vicarij, & Vice-Commiſſarij Generalium. Cum autem aliàs, occaſione mortis Reverendiſsimi, & Venerabilis Patris Fr. Marci Zarzoſa, tempore electionis Vicarij Generalis, lis & controverſia exorta extiterit inter Provincias Aragonię, Sancti Iacobi, Angelorum, & S. Gabrielis, eò Quæ viciniores Provin. ad electionem Vice-Cõm. Gen.

quòd Dignior Pater, cui competebant ſigilla, eſſet ex aliena Provincia, & diuturnum domicilium Matriti haberet, quæ tamen tunc abſoluta, & diffinita non fuit; poſteà verò anno 1699. de mandato, & commiſſione Reverendiſsimi P. Fr. Antonij de Cardona, tunc Commiſſarij Generalis (modò Archiepiſcopi Valentini) adhibitis authenticis diligentijs, viſiſque, & examinatis in generali Congreſſu (convocato ad finem renunciationis officij Commiſſarij Generalis, quam fecit prædictus Reverendiſsimus P. Cardona, & electionem Vice-Commiſſarij Generalis) conſtiterit, Provinciam S. Iacobi viciniorem eſſe alijs tribus collitigantibus; & ita declaratum, ac pronuntiatum fuerit per diffinitivam ſententiam, prævia conſultatione Patrum à præfato Reverendiſsimo P. Commiſſario Generali latam, vt apparet, & conſtat ex actis originalibus, quæ in Archivio generali Matritenſi aſſervantur: ſtabilitum modò manet, quòd quando Pater Dignior, ad quem iuxta Statuta ſpectat habere ſigilla, ex aliena Provincia intra, vel extra Nationem fuerit, & domicilium Matriti habuerit, prædicta Provincia S. Iacobi cum alijs quinque, videlicet Caſtellæ, Immaculatæ Conceptionionis, Carthaginenſis, S. Ioſeph, & S. Pauli, ad electionem Vicarij, & Vice-Commiſſarij Generalium concurrere debeat, alijs excluſis.

PP. Ordinis, & Familiæ votū in Prov. eſt ſine præiudicio P. Dignioris.

12 Declaratur, quòd Reverendiſsimi Patres Ex-Commiſſarij, & Vice-Commiſſarij Familiæ, completo tempore per ſtatuta præſcripto, ac multò magis Ex-Miniſtri, & Ex-Vicarij Generales, ſuffragio gaudeant in Diffinitorijs, & Capitulis Provinciæ ſuæ, abſque præiudicio voti Patris Dignioris, conceſsi per litteras Vrbani VIII.

Ex Diffinitores Gen. præceduut omnes Ex-Miniſtr.

13 Inſiſtendo declarationi authenticæ, quam circa præcedentiam Ex-Diffinitorium Generalium, & Ex-Miniſtrorum Provincialium (perpenſis, & examinatis Statutis antiquis, & illo de anno 1639. conſilioque habito aliquorum gravium Ordinis Patrum) fecit Reverendiſsimus P. Fr. Bonaventura Poèrius, tunc temporis Miniſter Generalis, pro Ex-Diffinitoribus

Ge-

Digitized by Google

Generalibus,& ad cuius ſententię executionem Apoſtolicas ſuas litteras expedivit SS. D. N. Innocentius PP. XII. incip. *Ex parte dilecti*, ſub dat. 14. Kal. Iunij 1696. Statuitur, Ex-Diffinitores Generales, qui antè non fuerunt Miniſtri Provinciales, præcedere debere non ſolùm Ex-Miniſtros Provinciales, qui poſt Diffinitoriatus munus expletum ad Miniſteriatum ſunt promoti, ſeu Miniſtros futuros; ſed etiam illos, qui ante electionem, vel promotionem Difinitorum Generalium ad Miniſteriatum Provincialem electi, vel aſſumpti fuerunt.

PRO NATIONE HISPANICA.

14 PRopoſitis inconvenientijs quibuſdam circa Miſsionariorum regimen, Diffinitoriū Generale cenſuit, quòd omnia quæ ad Miſsionarios pertinent relinquantur ad diſpoſitionem Reverendiſsimi P. Miniſtri Generalis cum aſsiſtencia R. Adm. P. Fr. Franciſci Diaz à S. Bonaventura, authoritate Apoſtolica Procuratoris Seminariorum Miſsionis, in quos compromittit Diffinitorium Generale. Difficultates circa Miſsionar. quomodo componendæ.

15 Magiſtri Novitiorum in Conventibus, vbi eſt Novitiatus formatus, & clauſus, & Chrij Vicarij in duobus principalioribus Provinciæ Conventibus, qui ibidem quindecim annis functi fuerunt prædictis muneribus, gaudeant privilegijs Prædicatorum generalium, excepto Matritenſi Chori Vicario, pro quo proviſum fuit in Victorienſi Capitulo. Privilegia Magiſtri Novitior. & Vicar. Chor.

16 Viſitatoribus Tertij Ordinis, qui tale munus per duodecim annos laudabiliter exercuerunt in Conventibus vbi Tertius Ordo formatus reperitur, & conſueta habentur exercitia Viæ Curis, Orationis mentalis, diſciplinæ, &c. conceditur præcedentia ſupra aſignata Prædicatoribus Generalibus: revocato, ſi opus eſt, Statuto Toletano 1633. Et Viſitator. Tertij Ordinis.

17 Viſo Memoriali P. F. Ioſephi à Sancta Catharina, Miniſtri Proviæ Sancti Antonij in Braſilia, in quo exponuntur arduiſsimi labores Miſsionariorum, qui Miſ- Et Miſsion. in Braſilia.

Digitized by Google

Miſsionibus ſerviunt, conceſsit Diffinitorium Generale Miſsionarijs illis qui in Miſsionibus per ſex annos vacarunt, privilegijs frui eorum, qui per tres annos Guardiani fuerunt iuxta morem Provinciæ.

Et vocaliũ ad Gen. Capitul.

18 Declarat Diffinitorium Generale, quòd Vocales venientes ad Generale Capitulum ex Provincijs Braſiliæ (ſi habeant conditiones in eadem Conſtitutione expreſſas) gaudeant privilegijs aſsignatis per Statuta Toletana 1658. pro Vocalibus Indiarum Orientalium, & Occidentalium. Quoad votum verò eorum, ſervetur Conſtitutio Segovienſis, quæ Cuſtodibus venientibus ad noſtra Comitia generalia conceſsit, vt in proximo Provinciali Capitulo, poſt illorum acceſſum, quocunque temporis intervallo celebrando, voce activa, & paſsiva gaudeant.

Vocalium S. Saturnini privilegium revocatur.

19 Revocatur Decretum Capituli Victorienſis 1694. tit. pro Natione Hiſpanica num. 1. concedens Vocalibus Provinciæ S. Saturnini in Sardinia privilegia, & antelationes, quæ Pro-Miniſtris in altera Familia ſuffragantibus per Coſtitutiones adiudicantur.

Commiſſarij in Indijs non vocandi *Reverendiſsimi*.

20 Renovatur Statum Tolet. 1645. præcipiens ſub pœna privationis officiorum Commiſſarijs Generalibus novæ Hiſpaniæ, & Regni Peruani, ne ſe nominari permittant à Fratribus titulo *Reverendiſsimorum*; & ſi tali pœna mulctari non fuerint ante regreſſum ad Provinciam propriam, in illa indiſpenſabiliter careant privilegijs huiuſmodi Commiſſarijs per ſtatuta conceſsis. Pœnam autem excommunicationis ſancitam per dictum ſtatutum ijs, qui per dictos Commiſſarios tali titulo ſalutare, aut nominare deinceps præſumant, commutat in privationem actuum legitimorum per triennium indiſpenſabiliter incurrendam; & ijs, quibus hæc pœna non competit, in pœnam portationis caparonis novitiorum per idem tempus.

Commiſſarij in Indijs nequeunt mutare cæremonias.

21 Ad obviandum incommodis, & inconvenientijs gravibus, quæ oriuntur ex inſtabilitate cæremoniarum, & rituum, quos Commiſſarij novæ Hiſpaniæ, & Regni Peruani conformare nituntur ritibus pro-

propriæ, alteriuſve Provinciæ, Capitulum Generale dictis Commiſſarijs, ſub privatione officij, præcipit, vt permittant Provincias vivere iuxta laudabiles ſuas cæremonias, & ritus, in his quæ non ſunt contra S. Sedis præſcriptum; nec eas quoquomodo innovare, aut alterare attentent, decernendo irritum, & inane quidquid contrarium fecerint. Committitur autem Reverendiſsimis PP. Miniſtro Generali, & Commiſſario Indiarum in Curia Regis Catholici, vt hoc, & præcedens Statutum inviolabiliter faciant obſervari.

22 Commiſſarij Generales in Indijs reſidentes, non poſsint annullare Capitulum, niſi prout de iure. Si quis autem contrarium fecerit, irremiſsibiliter pœnam privationis officij, & vocis activæ, & paſsivę incurrat: ſuper quo Reverendiſsimi PP. Miniſter Generalis,& Commiſſarius, in Curia reſidens Regis Catholici, accuratè invigilent. Nec annullare Capitulum, niſi prout de iure.

23 Ad tollendos abuſus nonnullos promovendi ad gradus,officia, & dignitatis in Provincijs Miſsionarios expulſos, vel licentiatos à Collegijs, ſeu Seminarijs Miſsionum, eiſdem Provincijs denuò imponitur, ex inſtantia Reverendiſsimi P. Commiſſarij Generalis Indiarum, obſervantia Litterarum Apoſtolicarum ſan. memor.Innoc.XI.de die 16.Octob.1686. incip. *Eccleſiæ Catholicæ*, in quibus ita reperitur ſancitum: Primo anno ſui in Seminarium ingreſſus, ſi aliàs in alio Seminario per idem tempus non permanſiſſet, ad Miſsiones non deputetur, nec votum in electione Prælati habeat, ſed quaſi ſub probatione maneat, vt de eius ſufficientia meliùs conſtare valeat. Et ſi intra annum, vel poſteà de illius inſufficiẽtia conſtiterit, aut per aliquod vitium, ſeu crimen, vel aliquod ſcandalum in exercitio miſsionum datum, ſeu per excuſationem, qua (ſine legitima cauſa à Diſcretis approbanda) ſe à Miſsionibus, iuxta præſcriptum Guardiani, vel Commiſſarij Miſsionum faciendis, excuſaverit; aut per defectum in obſervatione præſentium ſtatutorum, & pacis Seminarij, ac decoris exer- Circa Miſsionarios expulſos, &c.Servanda Apoſt. Decreta.

citij

citij conſervatione, commiſſum; ſeu per aliquam mutabilitatem vocationis (qua tribus diſtinctis vicibus, in tribus diſtinctis menſibus, aſpiciat retrò, & aratrum velle dimittere non erubeſcat, ac exitum à Seminario amplecti non abhorreat) conſortio Operariorum Vineæ Domini indignus efficiatur: de conſenſu maioris partis Diſcretorij, ad propriam Provinciam remittetur, ibique à Superioribus ſub eiſdem pœnis in ſtaturis contra incorporatos in aliena Provincia, & iterum redeuntes ad propriam, conrentis ſubiaceat. Et ſi Religioſus Hiſpanus fuerit, & à Seminario in Indiarum patribus exiſtente ex pellatur; ei à Superiore Generali illarum partium aliqua Provincia aſsignetur, in qua dictas pœnas ſubeat, & vſque ad tempus, in quo iuxta Statuta generalia in Hiſpaniam venire poſsit, conſervetur. Si autem habitum in Seminario receperit, ibi omnibus prudentiæ conformibus medijs corrigatur, & ſi per quatuor annos incorrigibilis perſeveraverit, Superior Generalis admonitus à maiore parte Diſcretorij illum in aliqua ex ſuis Provincijs conſtituar, vt à peſtifera contagione Evangelici Miniſtri (qui ſal terræ, & lux mundi, ac civitates ſupra montem poſitæ eſſe debent) providè liberenrur. Commiſſarij Generales, Provinciales, & Diffinitores contrarium attentantes, vel permittentes, ſubiecti ipſo facto remaneant pœnis, in Statutis Ordinis præſcriptis, contra eligentes, aut promoventes indignos.

Privilegia Pro Miniſtrorum ad Cap. Gen.

24 Pro-Miniſtri ex Indijs, qui in hoc Capitulo Generali, & futuris, ſuffragati fuerunt, privilegijs gaudeant per Statuta Tolet. 1658. præſcriptis, idque non ſolùm, ſi conſtiterit eos habere conditiones ibidem expreſſas, ſed & ſi fuerint per ſexenium Sac. Theologiæ Lectores, vel Concionarores Regij (admiſsi ad privilegia ad formam Statutorum Rom. 1688.) vel Prædicatores Generales, aut iubilati, vel Procuratores, aut Agentes ſuarum Provinciarum, qui ex obedientia ſuorum Superiorum, pro obſequio, & decore Religionis, in Apoſtolica, vel Regia Curia, man-

manſerunt ad minùs per triennium ſolare completum.

25 Renovantur omnes Conſtitutiones pertinentes ad incorporationem Religioſorum noſtrorum, ad Indias tranſeuntium, quas mandamus iuxta earumdem tenorem, & ſub pœna nullitatis ex aliter facto, aliiſque in Conſtitutionibus prædictis contentis, exactè, inviolabiliterque ſervari.

26 Rigorosè quoque ſerventur in Indijs Conſtitutiones de non recipiendis illegitimè natis, renovatę in hoc Capitulo. Sub pœna autem privationis officij, & inhabilitatis perpetuę ad illud, & alia omnia, prohibetur Miniſtris Provincialibus Indiarum, nequenquam, ab alia Religione eiectum, ad habitum noſtræ Religionis recipiant. Non recipiendi illegitimè nati.

27 In Provincia S. Evangelij de Mexico Diffinitor Recollectionis nulla vnquam ex cauſa, vel motivo (ſub nullitate agendorum) deficiat, ſed indiſpenſabiliter perpetuis futuris temporibus in omnibus, & ſingulis Provinciæ Capitulis eligatur ad pręſcriptum Conſtitutionis Generalis. In Mexico Diffinitor Recollect. nunquam poteſt deeſſe.

PRO NATIONE GALLICA.

28 QVoniam intolerabilia cauſantur quotidiè gravamina Conventibus, & Provincijs ex fratrum huius Nationis multiplicatis diſcurſibus; renovantur Statuta Valliſ. 1661. & Rom. 1664. quibus decernitur, quòd Provinciales omnes, tam Obſervantium, & Recollectorum, quàm Chordigerorum, & Guardianus magni Conventus Pariſienſis, nequeant ſuos Religioſos extra Galliarum limites mittere, niſi pro cauſa gravi Provincię, approbata à Diffinitorio. Aliter miſsi, tanquàm apoſtatæ puniantur. Arcendi diſcurſus fratrum.

29 In controverſia inter Patres Recollectos Provinciæ S. Marię Magdalenę, & Patres Recollectos Provincię Britanniæ, quoad Conventum, & Hoſpitium San-Maclovienſe, pręcipit Diffinitorium Generale, quòd ſervetur mandatum Reverendiſsimi Miniſtri Ge- Silentium perpetuum ſuper controverſia de Conventu San-Maclovienſe, &c.

Generalis P. Poërij, quantum ad ſilentium, & omnia contenta ſub ipſo.

Servanda in Miniſtri Provincia. in vacãtia.

30 In dicta S. Marię Magdalenę Provincia, ſicut & in alijs, tam Recollectorum, & Obſervantium, quàm Chordigerorum, vacante per mortem, aut ex alia cauſa, Miniſtri Provincialis officio, ſervetur generale Statutum Rom. 1639. & 1651. videlicet quòd Guardianus, vel Pręſes vbi vacantiam illam fieri contigerit, vnà cum Secretario Provincię, Regeſtum, & Scripturas, ad Provinciam ſpectantes claudet, & ſigillabit, eaſque cum ſigillo Provincię ſtatim deferet ad Digniorem Provincię Patrem, eum videlicèt, qui primum obtinet locum; qui abſque dillatione vlla debet convocare omnes Patres, qui ſunt de corpore Diffinitorij ad Conventum qui ſit in corde Provinciæ, vel in quo citiùs poſsit fieri electio: caſſatis Provinciarum Statutis, quæ aliter circa prædicta diſponunt.

PRO NATIONE GERMANO-BELGICA.

Vocales poſſunt accedere Gener. Cap. cum ſocio Religioſo.

31 VIſo Memoriali quorumdam eiuſdem Nationis Vocalium, exponentium, ſe ad non gravandas exactione Provincias, iuxta antiquiſsimum, & laudabilem morem, cum vno Socio Religioſo, pedeſtres, & abſque comite, faciente expenſas pro eis in via, ſolere accedere ad Generale Capitulum, baculo ſolius providentiæ Divinæ innixos; Statutum autem Rom. 1676. (præcipiens ſub pœna privationis ſuffragij, quòd Miniſter, ſeu Pro-Miniſter, & Cuſtos vniuſcuiuſque Provinciæ ſimul ad Capitulum Generale iter faciant, cum vnico tantùm ſocio Religioſo pro vtroque, & ſi expenſæ aliquæ in itinere ex neceſsitate faciendæ ſint, adducant ſecum Tertiarium, qui Syndici Apoſtolici ſubſtitutus ſit, &c.) illis itinerantibus in nomine Domini de regionibus tam diſsitis, penè importabilitatem imponat, niſi benignè intelligatur: Diffinitorium Generale declarat, Patres Vocales Germano-Belgicos nón comprehendi ſub prædicto ſtatuto, niſi in caſu quo ſecum conducere velint Donatum, vel

vel Tertiarium, qui in neceſsitate pro eis faciat expenſas; & ob hoc deinceps liberè poſſe ſingulos eorum Vocales cum vno ſocio Religioſo accedere ad Generale Capitulum, dummodò ſecum nullum alium Tertiarium ducant.

32 Circa prætenſionem Provinciæ Flandriæ erga duos Conventus Montenſem, & Brichienſem, nihil innovetur, & permaneant pro nunc in eodem ſtatu quo permanſerunt à ſpatio viginti annorum, ſub immediato gubernio Reverendiſs. P. Miniſtri General.

Circa Convent. Montenſ. & Birchienſem nil innouādo.

33 Viſa controverſia inter Provincias Argentinenſem, & Colonienſem; circa quatuor Conventus, videlicet, Haidelbergenſem, Oppenheimenſem, Crucenacenſem, & Lutrenſem; determinat Diffinitorium Generale, quòd Provincia Colonienſis reſtituat ſuprà relatos Conventus Provinciæ Argentinæ.

Conventus Argentinæ Prov. reſtituendi.

34 Petitio Provinciæ S. Ioſeph Recollectorum in Flandria viſa fuit, & admiſſa proteſtatio facta de illata ſibi iniuria in avulſione à ſua iuriſdictione contra formam Apoſtolicarum, & Ordinis conſtitutionum ſex ſuorum fratrum Conventuum (videlicet Dunkerkenſis, Gravelingani, Caſletenſis, Iprenſis, Hondicotani, & Poperingani) necnon aliorum plurium Monaſteriorum Monialium; quæ modo occupantur à Provincijs S. Andreæ, & S. Antonij in Artheſia. Ne autem temporis diuturnitate, quo dicti Conventus, & Monaſteria manent avulſa, titulus iuſtæ poſſeſsionis valeat allegari; ordinat Diffinitorium Generale, vt hæc proteſtatio redigatur in Actis, vt ſemper de illa conſtet.

Admittitur proteſtatio Provinc. S. Ioſeph circà ſuos Cóvent. occupatos à Provinc. S. Andreæ, & S. Antonij.

35 Viſa petitione Provinciæ Angliæ; vt provideatur fratribus ſuis ex Anglia exulibus, hæreticorum perſecutione durante: Committit Diffinitorium Generale Reverendiſsimo P. Miniſtro Generali, vt pro ſuo arbitrio de illis provideat, prout de Hibernis proviſum eſt.

FF. Angli providendum ſicut Hibernis.

36 Cùm ex confluentia externorum ad Provinciam Angliæ multa oriantur incommoda; renovatur Statutum Romanum 1664. quòd nullus Hibernus, vel

Nulli niſi Prov. Angliæ ſuſtinendi in Anglia.

alius, moretur in Anglia ſine licentia Miniſtri Angliæ, vel ſpeciali facultate Patris Commiſſarij Germano-Belgicæ Nationis; qui non niſi ex cauſa vrgente fratres aliarum Provinciarum ibidem morari permittat.

Servanda à Lectoribus Hibernis pro iubilatione.

37 Cùm in Provincia Hiberniæ multi ſæpè Lectores indebitè iubilationem prætendant; declaramus, nullum Lectorem Hibernum, iubilatum de iure poſſe cenſeri, niſi qui per tres integros annos, ſive in ſæculo, ſive in Religione legerit Philoſophiam, & per duodecim annos continuos Theologiam Scholaſticam, ſine intermiſſione, publicè docuerit in Religione; vel qui quindecim annis continuis vacaverit Theologię Scholaſticæ lectionibus cum conſuetis exercitijs Scholaſticis præſcriptis per Statuta Rom. 1651. tit. *pro Vltram. Fam.* c. 4. §. 2. n. 8.

PRO TERRA SANCTA.

Cōpilatio ſtatutorum Terrę Sanctæ cōmittitur Reverend'ſsimo P. Min. Generali.

38 Attenta multitudine Statutorum Ordinis, & Decretorum à S. Sede pro proſperiori gubernio Terræ Sanctæ, ac deciſione controverſiarum, quibus iura, & privilegia eiuſdem Cuſtodiæ paſsim lædi prætenduntur, temporum decurſu emanatorum; Reverendiſsimo P. Miniſtro Generali committimus, vt omnium Compilationem fieri curet, in qua, ſi quę ſupplenda ſint (etiam ſuper his, quæ de novo ſupervenerunt) ad tenendam, atque exactiùs exequendam mentem Apoſtolicæ Sedis, ea inſimul propria ac totius Capituli Gener. authoritate ſuppleat, interpretur, ac declaret authenticè; ne deinceps iurgijs, & contentionibus ea pax turbetur, quam Ordo noſter conſervatam exoptat inter Religioſos, quorum ſtudio, & ſancta converſatione adimplendum eſt in Dominica Domo Chriſti mandatum è Cruce in illis verbis dilapſum: *Vade, Franciſce, repara Domum meam, quæ labitur.*

CA-

CAPITULORUM GENERALIUM,

QUÆ POST PRAEINSERTAM COMPILATIONEM habita ſunt (ab anno ſcilicèt 1682. vſque ad 1700.) Conſtitutionum; rerumque, & verborum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LOCVPLETISSIMVS INDEX.

Quoniam poſterioribus hiſce Generalium Comitiorum Ordinationibus interiectæ quædam aliæ (proprijs quantumcumque titulis diſcretæ) reperiuntur quæ noſtram in communi Familiam non concernunt, ſed vel eiuſdem potiùs Nationes, vel Provinciam ſæpiùs aliquam, imò & privatam quandoque merè perſonam attingunt: commiſcendas cum præſentis Indicis Familiæ legibus fore propterea non placuit. Conquiri tamen, & inveniri perfacilè ſub cuiuſque proprijs Nationis dictionibus valebunt, veluti ſi Nationis (exempli cauſa) Germano-Belgicæ, Gallicæ, Hiſpanicæ, aut Indicæ, peculiares quærendæ Sanctiones erunt, per alphabeticum Indicis huius ordinem eiuſmodi conſulere dictiones oportebit.

Prior numerus paginam; ſecundus (& ſi qui vlteriùs adijciantur) eiuſdem, aut ſubſequentis alterius paginæ §. vel §§. deſignat.

LITTERA A.

ABBATISSÆ electionem per ſe, vel delegatum, facere poteſt Commiſſarius Provincialis, etiamſi Provinciæ Miniſter, & Cuſtos abſint ad Generale Capitulum. Pagin. 98. numer. 42.

ABSENTIÆ Vocalium tempore, ad Generale Capitulum, nihil in Provincia innovandum, niſi in certis caſibus. 98. num. 42.

ADVENTUALE Pulpitum, aut Quadrageſimale per ſe prætendere Religioſo cuicumque inhibetur, & Guardiano committitur, 18. n. 32.

AEDIFICIA in Hoſpitijs Terræ Sanctæ vlla conſtruere ſine Generalium Prælatorum licentia, Commiſſarijs eiuſ-

Q

eiuſdem Terræ Sanctæ vtriuſque Familiæ, ſub Officiorum privatione interdicitur. 68. n. 17.
AMENI Practicæ Criminalis vſus pro vtraque Familia commendatur. 61. n. 73. Cautè tamen adhibendus, in rebus præſertim concernentibus obedientiam. 101. n. 48.
ANNUI redditus, vel cenſus. Vide infr. *Legata*.
APOSTATÆ omnes nullibi & aliter, quàm in Communitate Fratrum, ac ſolemniter abſolvendi; & quomodo. 93. n. 24.
Apoſtata propriæ Provinciæ limites egreſſo, Provincialis Miniſter Generalem Prælatum, & Officiales Curiæ Rom. commonere debet, & de quibus. 93. n. 24.
Apoſtata, vbi primùm eius apoſtaſia Guardiano conſtiterit, ab eo coram Communitate denunciari debet excommunicatus, & in qualibet etiam ſexta feria primi menſis apoſtaſiæ. 92. n. 23.
Apoſtatas contra Fratres, Conſtitutiones omnes hactenus editæ renovantur, & à Prælatis exequi, ſub Officiorum privatione, præcipitur. 92. n. 20.
Apoſtatæ qualiter in Romano, & Matritenſi Conventibus excipiendi, & cum iiſdem agendum. 93. n. 26.
Apoſtatis in Romani, aut Matritenſis Conventus carcere conſtitutis (vel alibi, de Generalium, aut Officialium Curiæ iuſſu) qualiter ab eorum cuiuſque Provincia quotidianū vnius Miſſæ ſtipendium ſolvi, & exigi debeat. 93. n. 26.
APPELLATIONIS, & recurſus ordo gradatim ſervandus reintimatur, ſub pœnis. 95. n. 26.
Appellationem, vel recurſum interponenti nulla expeditio concedenda; niſi Superiore, à quo recurrit, audito. 95. n. 29.
Appellationem, vel recurſum interponentibus à correctionibus paternis, aut ab alijs Provinciæ aut Conventus gubernium concernentibus, pœnæ ſtatutariæ remtimatur 95. n. 30.
ARMORUM à Sæcularibus (etiam venationis cauſa apud Conventuum hortos aut ſylvas) depoſitum admittentes, tam Fratres, quam Superiores, puniuntur, & officio privantur. 33. §. *Sacra*.

B.

BEATIFICATIONIS, aut Canonizationis cauſarum Procuratoribus Apoſtolica illa Conſtitutio inhibens, ne quidquam agant, inconſultis Officialibus Rom. Curiæ; qualiter eſt intelligenda. 19. n. 23.
Beatificationum, aut Canonizationum occaſione quid Ordinis noſtri Fratribus & Conventibus iniungatur, ad occurrendum ſcandalis exinde anteà ſubortis. 51. n. 42. & 43. (Vide infr. verb. *Canonizatio*.)
BENEVOLOS ad receptores aliquem ſubditum extra Provinciam exiliantes Prælati, officio ſuſpendendi, vel etiam privandi. 106. n. 8.
BIBLIOTHECARUM augmēto conſulentes Apoſtolicæ Conſtitutiones, obſervandæ, ſub pœna. 13. n. 8.
BREVIARIJ Romani Franciſcani cōplementum, & impreſsio commendatur: vtque Fratres omnes ac Moniales Ordinis, poſt eiuſmodi impreſſionem, eodem conformiter vtantur, præcipitur. 50. n. 40. 41.
BULLARIUM Ordinis, vltimi ſæculi, completè perficiendum, & typis excudendum. 102. n. 52.

C.

CALCEAMENTA abſque neceſſitate, & licentia portantibus, & Guardianis id permittentibus, pœnæ

Digitized by Google

pœnæ ſtatutariæ reintimantur. 46. n. 28. 29.

CAMISIAS abſque neceſsitate & licentia ſimiliter induentibus, & Prælatis permittentibus, pœnæ reintimantur. 46. n. 28. & 29.

CANONIZATIONIS, aut Beatificationis Ordine ex noſtro Servorum Dei occaſione ſubortis litibus ac iurgijs, qualiter occurratur: quid in poſterum agendum: & quomodo eiuſmodi Servi Dei, ante vel poſt Canonizationem, vel Beatificationem intitulandi, tàm in actis, quàm picturis, elogijs, &c. 51. n. 42. & 43.

Canonizationis, aut Beatificationis huiuſmodi ſolemnitas à quibus Ordinis noſtri Conventibus (in aliorum concurſu) priùs celebranda; & qualiter. 52. (*à num. 44. vſque ad* 46.)

Canonizationum, Beatificationumve, cauſarum Procuratoribus Romæ exiſtentibus nonnulla Diffinitorij Generalis obſervanda Decreta proponuntur ſub pœnis. 53. (*à num.* 48. *vſque ad* 53. Vide ſupr. *Beatificatio.*

CAPITULI Generalis, & Vocalium abſentiæ tempore, nihil in Provincijs innovandum, niſi certis in caſibus. 98. n. 41.

Capituli Generalis Diſcretoria. Vide infr. in verb. *Diſcretor.*

Capitulum Provinciale, vel Intermedium, quo in caſu celebrari valeat, Vocalibus ad Generale Capitulum abſentibus. 98 n 42.

CARMELITANUS Ordo ad mutuam cum noſtro correſpondentiæ fraternitatem admittitur. 60. n. 71.

CATHEDRAS, & Gradus in Vniverſitatibus obtinendi, Fratres de Obſervantia capaces declarantur; dummodo &c. 6. n. 13.

CENSUS annui, vel redditus. Vide infr. *Legata.*

COLLEGIA Seminaria Miſsionum. Vide infr. *Miſsionarij.*

COMMEMORATIONES quotidiè poſt Laudes, Veſperas, & Completorium dicendæ, renovantur; & quando omitti debeant, declaratur. 107. n. 10.

COMMISSARIUS, & Vice-Commiſſarius Generalis, recenter electi, votum emittere debent de non ambiendo Epiſcopalem, vel eiuſmodi Dignitates. 87. n. 6. Et quid, ſi vel à ſe, vel à Pontificis motu proprio, eiuſmodi voti diſpenſationem habeat? *Ibid.* n. 7.

COMMISSARIJ Provincialis electio per ballotationum ſecreta ſuffragia eſt facienda, proponente Præſide. 88. n. 12.

Commiſſarius Provincialis, Vocalibus ad Generale Capitulum abſentibus, quid facere poteſt, vel non poteſt, in Provincia. 98. n. 41.

Commiſſariatus Provincialis munus, cum Guardianatus incompatibile. 97. n. 38.

COMMISSARIUS Viſitator Provinciæ. Vide infr. *Viſitator.*

COMMISSARIUS Curiæ Romanæ. Vide *Officiales Curiæ.*

COMMISSARIUS Terræ Sanctæ. Infr. *Terræ Sanctæ.*

COMPILATIONI Statutorum perficiendæ varia Generalium Capitulorum compromiſſa, & eorumdem renovationes. Pag. 1. num. 2. pag. 10. n. 1. pag. 104. n. 1.

Compilationis eiuſmodi perfectæ Apoſtolica confirmatio à tota Familia deſideratur, & obtineri commendatur. 10. n. 2.

Compilationis complemento aliqua, in ea providenda, ac decidenda, decernuntur, ac providentur. 11. n. 3. & ſeqq.

CONCEPTIONIS Immaculatæ titulo ac myſterio B. Virgo Maria in Ordinis noſtri vnicam & ſingularem Patronam recipitur; illiuſque promovere cultum Ordo cohortatur. 101. n. 50.

CONCIONUM eleemoſynæ qualiter incorporandæ, & applicandæ. 13. n. 8.

Conciones Adventuales, aut Quadrageſimales prætendentium per ſe Fratrum pœnæ;& Guardianorum, ſuper hoc, debitum. 18, n. 19.

CONFIRMATIO Apoſtolica ſuper Officiorum Inſtitututionibus, à Generali, vel Provinciali Prælato cum clauſula *vſque ad beneplacitum*, elargitis, qualiter intelligendæ, niſi &c. 91. n. 17.

CONFRATERNITATIS Ordinis (*aut Filiationis*) Litteræ. Vide infr. in verb. *Litteræ*.

Confraternitas *Decem Beneplacitorum, aut Virtutum B. Mariæ Virginis* accipitur; ac ſub diverſis titulis ab Ordinis noſtri Fratribus, ex Prælatorum Generalium facultate, dilatari commendatur. 101. n. 51.

Confraternitatem *Ieiunij perpetui*, in Immaculatæ Conceptionis honorem, Ordo noſter amplectitur; & ab eo coli, & propagari, deſideratur. 101. n. 50.

Confraternitas *Chordæ S. P N. Franciſci* vt in quolibet Ordinis Conventu ex Obſervantibus erigatur, ſtatuitur: & qualiter. 27. n. 44.

CONGREGATIONE in Generali vt Vocalium numerus augeatur, à Summo Pontifice impetrandum. 13. n. 7.

Congregatio Provincialis intermedia celebrari nequit à Miniſtro vel Vicario Provinciæ in ea remanentibus, abſente in vel ad Generale Capitulum Cuſtode (vel Prominiſtro, ſi de corpore Diffinitorij ſit.) 98. n. 42.

Congregatio Provincialis intermedia quando celebrari valeat, etiamſi Miniſter, & Cuſtos abſint in Generalibus Comitijs, vel indidem regreſſi nondum fuerint. 98. n. 42.

CONVENTUS non gravandi numero Fratrum vltra vires, & eos, qui commodè ſuſtentari valeant. 43. n. 18.

CHORDARUM curioſitas interdicitur, & earum materia præſcribitur, ſub pœna. 19. n. 21.

Chordæ S. P. N. Franciſci Confraternitas. Vide hic paulo ante in verb. *Confraternitas*.

CULTUI Divino deſervientia, alijs commodare, Prælatis interdicitur, ſub Officij privatione. 34. §. *Sacra*. (*Vide & pag.* 13. *num.* 8.

CUSTODES in alterius Familiæ Generali Capitulo ſuffragati, cæteros Exdiffinitores loco & conſeſſu præcedunt, non tamen in iure ſubrogandi. 97. n. 36.

Cuſtode, Provinciali Miniſtro ad Generale Capitulum abſentibus, nihil innovari poteſt in Provincia, niſi certis in caſibus hic expreſsis. 98. n. 34.

Cuſtodes ad Generale Capitulum ſyndicationes vel non ſyndicationes Prælatorum Generalium, & Officialium Curiæ, eorum non expreſsis nominibus, afferentes, indiſpenſabiliter ſuffragio privandi. 89. n. 13.

Cuſtodis nondum è Provincia ad Generale Capitulum egreſsi vel ægrotantis renunciatio admitti, vel nova Cuſtodis electio fieri non poteſt, ſi Provincialis Miniſter, aut Vicarius è Provincia iam fuerint egreſsi. 98. n. 42.

Cuſtodibus, & Prominiſtris Indiarum quænam in Matritenſi Conventu, vel alibi, præcedentia competat. 78. n. 4.

D.

DECISIVO ſuffragio Præſes electionis vti non poteſt, quouſque per tres vices eligentium vota fuerint æqualia. 98. n. 41.

DECLARATIONES Regulæ Pontificias bis in anno (menſibus ſcilicèt Ianuarij & Iulij) Guardiani legere Com-

Communitati faciant, ſub Officij priuatione. 38. n. 4.
Declarationes Regulæ Pontificias compendioſè Nouitij diſcant; & coram Communitate, poſt Regulam, memoriter ante Profeſsionem recitent, ſub Officii priuatione Guardianis. 37. n. 3.
DEFUNCTORUM Habitus. Vide infr. *Habitus*.
DEVOLUTIO electionis Guardianorum ad Generalem Prælatum quando contingat. 17. n. 14.
Deuolutio vt detur, in electione per ballotationes (*vti Guardianorum*) tres præcedere ſeſsiones debent: qualiter hæ diſtribuendæ; & quot eligendorum propoſitiones diuerſorum vnaquaque in ſeſsione fiendæ. 98. n. 40.
Devolutionis Superior excluſum à primis electoribus eligere non poteſt, niſi is in prævia meritorum diſcuſſione à maiori fuerit Diſfinitorum parte approbatus, & ſibi aliàs conſtet de meritis excluſi. 97. n. 39.
DIFFINITOR Generalis eligi in Guardianum nequit, ſub electionis huiuſmodi nullitate. 97. n. 37.
Diffinitor Generalis aſſumi non poteſt ex eadem Provincia in duobus Generalibus Capitulis continuò ſucceſſivis. 3. n. 1.
Diffinitor Generalis Officio functus, etiamſi Miniſter Provincialis anteà non extiterit, Ex-Miniſtros omnes (tàm poſt eius Generalem Diffinitoriatum expletum, quàm ante ipſius ad illum promotionem electos) præcedere omninò debet. 108. n. 13.
DIGNIOR Provinciæ Pater. Quære infr. *Pater*.
DISCIPLINA (*flagellationis*) Communitatis in quibus feſtis diebus, iuxta ſtatutorum mentem, diſpenſari, ſive omitti valeat, declaratur. 5. n. 9.
DISCRETORIA Generalium Capitulorum ad 12. Compromiſſarios limitantur; & inibi agendorum forma datur. 17. n. 15. & 104. n. 1.
S. DOMINICUS à noſtratibus cum titulo & adiectione *Patris noſtri* ſemper nominandus, & in Menſa Lectione pronunciandus; ſub pœna. 28. n. 46.
S. P. N. Dominici Scapularium interiùs induere Fratres omnes Minores adhortantur. 29 n. 47.
Dominicanus Ordo, & eiuſdem Profeſſores qualiter a noſtris venerandus, & hoſpitio recipiendi; eiuſque Generali Magiſtro, & Prælatis obedientia præſtanda. 28. n. 45.
Dominicanam erga Familiam cuiuſque Conventus vbi fraternalis nobiſcum vnio defecerit, ab Ordinis noſtri Prçlatis reſtabilienda. 28. n. 46.
DONATIS, ac Tertiarijs, galeri nigri coloris vſus interdicitur, ſub pœna aliter deferentibus, vel deferri permittentibus. 50. n. 39.
Donatum, aut Tertiarium Romæ, vel in alijs Curijs, ſecum habentes cauſarum Procuratores, pro illius victu vnam quotidie Miſſam ad Conventus intentionem applicari curent. 91. n. 18.
Donatum habentes Fratres, & cum eo, veluti Socio, extra Conventum exeuntes, qualiter puniendi. 91. n. 18.

E.

ELECTIO vt ad Superiorem devolvatur, quot Seſsiones, intra quod tempus, & quorum in vnaquaque propoſitiones præcedere debeant. 98. n. 40.
Electionum Præſes deciſivo, ſeu qualitatis voto vti non poteſt, niſi poſtquàm eligentium ſuffragia per tres vices fuerint æqualia. 98. n. 41.
Electio Commiſſarij Provincialis &c. Vide *Commiſſar.* &c.
ELEEMOSYNARUM pecuniarium omnium quomodocumque vel ipſi Con-

Digitized by Google

Conventui, vel eiuſdem Fratribus aut Fratri particulariter oblatarum incorporatio facienda ſtatuitur; ſub pœna Guardianis aliter permittentibus aut conniventibus, & etiam Syndicis. 44. n. 23. 24. 25, Pag. 86. n. 4.

Eleemoſynæ pro concionibus oblatæ qualiter à Fratribus ſimiliter applicandæ, ſub pœna. 13. n. 8.

Eleemoſynas quaſcumque, & vndecumque pro Provinciæ impenſis acquiſitas vel oblatas Miniſter Provincialis conſignare ſuo Succeſſori tenetur, ſub pœna. 71. n. 8.

Eleemoſynarum quæſtuationes pro Terra Sancta. Vide infr. in verb. *Quæſtuar.*

EX-DIFFINITORUM Generalium præcedentia. Vide ſupr. verb. *Diffinitor.*

EXPEDITIONUM Patentalium Formularium Ordini noſtro commune, & vtile, conficiendum. 61. n. 72.

F.

FABRICAM in Hoſpitijs Terræ Sanctæ vllam abſque Generalium Prælatorum licentia conſtruere, Commiſſarijs eiuſdem Terræ Sanctæ ſub Officij privatione interdicitur. 68. n. 17. circa fin.

Fabricæ pannorum pro Fratrum veſtimento. Vide *Lanificia.*

FORMULARIUM Patentalium expeditionum, pro totius Ordinis vſu commune, conficiendum, & Generali Capitulo præſentandum. 61. n. 72.

G.

GALERORUM nigri coloris vſus (etiam Donatis, ac Tertiarijs) interdicitur, ſub pœnis tàm deferentibus, quàm deferri permittentibus. 50. n. 39.

GALLICÆ Nationis Conſtitutiones aliquot. Pag. 7. num. 14. & ſeqq. Pag. 23. n. 34. Pag. 73. (*à num. 1. vſque ad* 4) Pag. 103. num. 28. 29. 30. Pag. 85. n. 2.

GENERALI Prælaturæ Ordinis aut Familiæ renunciantes poſt præſentationem aut nominationem ad Epiſcopatum, aliasve eiuſmodi Dignitates, de ſe factam, non poteſt electioni Succeſſoris præſidere. 87. n. 7.

Generalium titulus & appellatio, quibus Commiſſarijs, Procuratoribus, aut Agentibus, in Ordine debeatur, alijs excluſis, 54. n. 53.

GERMANO-BELGICÆ Nationis Conſtitutiones aliquot. Pag. 8. n. 20. Pag. 24. n. 35. & ſeqq. Pag. 75. n. 1. Pag. 114. à num. 31. vſque ad 37.

GRADUS Scholaſticos vſque ad Doctoratum obtinendi, & Cathedras in Vniverſitatibus moderandi, Fratres de Obſervantia capaces declarantur; dummodo &c. 6. n. 13. n. 1. (*Vide pag. 73. n. 1. pro Gallis.*)

GUARDIANUS in demortui locum eligi nequit, Miniſtro & Cuſtode ad Generale Capitulum abſentibus. 98. n. 42.

Guardianus fieri non poteſt is qui actu Diffinitoriatum Generalem obit. 97. n. 37.

Guardiani munus cum Provinciæ Cõmiſſariatu incompatibile declaratur. 97. n. 38.

Guardianorum electionis Præſes excluſum (idoneum tamen) in vna Diffinitoriali ſeſſione, in alia iterùm pro eodem ipſo Guardianatu proponere valet. 16. n. 13.

Guardianorum, poſt Provinciale Capitulum electorum, durationis declaratio iuxta Vltramontanæ Familiæ Statuta, ad noſtram Ciſmontanam, & ad electos ante Capitulum, extenditur. 16. num. 13. ** (Huiuſmodi verò Declarationis Vltramontanæ tenor ita ſe habet ad litteram: *Diffinitorium* *Ge-*

Generale declarat, quòd quemadmodum Guardiani in Capitulis electi continuari poſſunt in Officio ad triennium & ſemeſtre abſque vlla diſpenſatione Superioris Generalis; ita etiam alij electi extra Capitulum, ex ſpeciali tamen (*) eiuſdem Generalis diſpenſatione.)

Guardianorum in electione quot ſeſſiones habendæ; ac electionis huiuſmodi forma, & devolutio. 17. n. 14.

Guardiani Fratribus infirmis, ac etiam ſanis, omnia neceſſaria ſubminiſtrent. Et quid, vbi Conventus eleemoſynæ non ſuffecerint? 43. n. 20. (*Vide pag.* 44. *n.* 21.)

Guardiani de neceſſariorum omnium huiuſmodi ſubminiſtratione per iuratas atque ſubſcriptas Fratrum ac Syndicorum atteſtationes coram Capituli Præſide & Diffinitorio conſtare faciant, ſub pœnis. 44. n. 22.

H.

HABITUM pro defunctorum funerali amictu, vel alias quomodolibet pro pecunia commutantibus pœna proprietariorum infligitur. 19. n. 22. & pag. 94. n. 28.

Habitum Tertiariorum deferentes eremitæ, Hoſpitalarij &c. eo deſpoliandi, niſi &c. 26. n. 43.

Habitum ſimiliter, aut tunicam, vel caputium Sæculares (vel alij extra Ordinem) deferentes, iiſdem expoliandi; carceriſque, & alijs arbitrarijs pœnis à Nuncijs & locorum Ordinarijs afficiendi, ex Apoſtolica Vrbani VIII. Conſtitutione. 94. n. 27.

Habitum, vel caputium, aut tunicam eiuſmodi deferendi licentiam concedere, ex Apoſtolica, & Ordinis Conſtitutione, eiuſdem Ordinis Prælatis inhibitum. 94. n. 27. 28.

HISPANICÆ Nationis Conſtitutiones aliquot. 21. (*à num.* 28. *vſque ad* 33.) Pag. 71. *à num.* 1. *vſque ad* 6. Pag. 109. (*à num.* 14. *vſque ad* 19.)

HOSPITIUM perſonarum ſæcularium, apud nos vltra triduum permittentes Guardiani, Officio privandi. 33. §. *Sacra Congr.*

I.

ILLEGITIME natos ad Habitum recipere Miniſtri Provinciales, ſub Officij privatione, abſtinere debent, niſi &c. 91. n. 20.

IMPRESSIO Librorum. Vide infr. verb. *Libri.*

Impreſsiones Memorialium, Informationum &c. (ſub honoris vindicandi prætextu) per anteriora Statuta ſub cenſura & pœnis inhibitæ, ad vtramque Familiam extenduntur; & Generali Prælato cenſuræ abſolutio reſervatur. 55. num. 54. 55.

Impreſsiones huiuſmodi Informationum &c. ſi vel totius Ordinis, aut Familiæ, vel Provinciæ negotium pertingant, qualiter, & qua præmiſſa licentia fieri permittantur. 55. n. 56.

INCORPORATIONIS cauſa ſubditos ad aliam Provinciam (abſque illius, vel Prælati Generalis licentia) Prælati tranſmittentes, Officio ſuſpendendi, vel etiã privandi. 106. n. 8.

Incorporatio eleemoſynarum, quomodocumque & qualitercumque, tam Conventui, quàm particulari, aut particularibus eiuſdem Fratribus elargitarum, ſtatuitur: eiſdemque Fratribus eas aliter ſibi applicantibus, vel apud Syndices deponentibus, Guardianiſque permittentibus, pœna irrogatur, niſi &c. 44. n. 23. 24. 25. Et pag. 80. n. 4.

INCORRIGIBILIUM expulſioni quot & quales vnaquaque in Provincia Fratres deputentur ex Sacr. Congregationis Decreto anni 1625. Pag. 9. n. 1. (*Vide ad finem huius Libri, fol.* 60)

IN-

INDIARUM Occidentalium Provincias concernentes Conſtitutiones. 76. *à num.* 1. *vſque ad* 4. & pag. 110. *à num.* 20. *vſque ad* 27.

INDUMENTA Fratrum. Vide infr. *Veſtimenta.*

INFIRMORUM debitæ curationi vbi Conventus eleemoſynæ non ſufficiant, quid agere Guardiani debeant. 43. n. 20.

INSTITUTIONES Officiorum à Prælatis Ordinis, aut Provinciarum expeditæ, *ad eorum vſque beneplacitum* durare intelliguntur, licèt eiuſmodi clauſula non appoatur. Et qualiter earumdem Apoſtolica corroboratio intelligenda. 90. n. 16. 17.

L.

LAICI Fratres ad Clericatum tranſire, vel promoveri, nequeunt ſine prævio Capituli Generalis conſenſu, & alijs, ſub pœna tàm promotis, quàm aliter promoventibus. 92. n. 21.

LANIFICIA, ſeu pannorem fabricæ pro Fratrum indumento, in omnibus Provincijs erigenda, ſub pœna privationis Officij Provincialibus, & earum Diffinitorijs, 48. n. 34.

Lanificia à Prælatis Generalibus, & eorum Viſitatoribus, qualiter inviſenda, & ſuper quibus recognoſcenda. 48. n. 31.

Lanificia vbi erigi non poterunt (de quo tamen certificari Generales debebunt) quid agendum? 49. num. 36. 37.

LECTORIBUS Theologiæ ex Provinciæ inſtitutione extra Clauſtra legentibus, eiuſmodi lectio ad Iubilationem computanda, dummodo &c. 5. n. 11.

Lectores Theologiæ ab eiuſmodi Lectoratu liberè per Diffinitorium amoveri ſine cauſa poſſunt, vtpote qui ius continuandi non habeant; (*non obſtante Toletani Statuto* 1651. *iam abrogato, nec Romano* 1651. *hic declarato*) & illud prætendentium pœnæ. 89. n. 14.

Lector Theologiæ tertius, vbi permittitur, à ſolo Generali Prælato inſtituendus, ſub aliter factæ Inſtitutionis nullitate. 105. n. 5.

Lector Theologiæ quartus in vtriuſque Familiæ Studijs extinguitur; ſublata ſuper hoc à Prælatis Generalibus diſpenſandi facultate. 90. n. 15.

Lectoribus Artium abſque oppoſitione litteraria inſtitutis nec lectio computatur, nec in Theologiæ Lectores abſque eiuſmodi prævia oppoſitione inſtituendi. 20. n. 25.

LEGATORUM quorumcumque perpetuorum capitalia, ſortiſve principalis directum dominium, renunciari mandantur; eorumque proventus ac fructus merè eleemoſynaliter retinendi modus, & forma ſervanda præſcribitur. 42. n. 17.

Legata perpetua apud nos retinendi, & habendi, forma ſtabilita, vt ſuprà, ex quinque Sacr. Congregationis proviſionibus, & ex mandato quodam executivo trium ſententiarum conformium, à Tribunali Signaturæ Pontificiæ emanato, corroboratur. Pag. 78. & ſeqq. (*vſque ad pag* 85.)

LIBELLOS anonymos impreſſos temerè, & abſque vlla facultate, Generalibus in Comitijs evulgantes, aut projcientes, qualiter puniendi. 56. n. 58.

LIBRORUM impreſſiones abſque Prælatorum Generalium licentia fieri prohibentur, ſub pœna, remiſſivè. 55. n. 54. (*De huiuſmodi pœna vide in Compilatione, pag.* 143. §. Et ne.) Vide & ſuprà verb. *Impreſſiones.*

LINGUARUM Studia vbi, & qualiter erigenda. 5. n. 1.

Linguarum Salmanticenſe Studium, & Apoſtolicæ ſuper hoc Litteræ,

re-

recipiuntur ; vtque ad proſperius eiuſdem gubernium neceſſaria ſtabiliantur, committitur. 106. n. 9.
LITES ſuper Ordinis. noſtri priuilegijs vel conſeruandis, vel noviter impetrandis. Vide infr. verb. *Privileg.*
LITTERÆ Confraternitatis, aut *Filiationis*, qua maturitate ab Ordinis, & Provinciarum Prælatis elargiendæ. 95. n. 32.
Litteris Patentibus Inſtitutionis Officiorum &c. clauſula *vſque ad beneplacitum* ſuperaddenda, vel appoſita ce nſenda. Et quid, ſi earum Apoſtolica confirmatio obtinebitur? 90. n. 16. 17.
LUDI Sæcularium perſonarum noſtris in Conventibus inhibentur, ſub pœna Guardianis. 13. n. 8. (Vide infr. *Secular.*)

M.

MINISTRO, & Vicario Generalibus iniunctum votum *de non ambiendo Epiſcopalem, & eiuſmodi Dignitates*, ad Commiſſarium, & Vice-Commiſſarium Generales etiã extenditur. 87. n. 6. Et quid, ſi diſpenſationem illius petierint, aut obtinuerint? *Ibid.* eod. num. 6.
MINISTER Provincialis ad Generale Capitulum accedere non valens, excuſationis iuratam atteſtationem eò per Prominiſtrum tranſmittere teneatur. 17. n. 16.
Miniſter Provincialis coram Diffinitorio Provinciæ, & Capituli Præſide, de quibus reddere rationem debeat. 17. n. 17.
Miniſter Provincialis eleemoſynas Provinciæ quaſcumque nondum conſumptas eiuſdem Succeſſori conſignare tenetur, ſub pœnis. 71. n. 8.
Miniſtri Provinciales debita ne contrahant, ſub pœna; niſi &c. *Ibid.* n. 9.
Miniſtro Provinciali, & Cuſtode ad Generale Capitulum profectis, & abſentibus, nihil in Provincia innovandum, niſi aliquot in caſibus hic declaratis. 98. n. 42.
MISSÆ omnes ad Prælati localis intentionem applicandæ: etiam à Provinciæ Patribus, niſi &c. 18. n. 18.
Miſſarum, reductionum (per Provincias hucuſque factarum) generalem ſanationem à Sancta Sede impetrandam, decernitur: & qualiter in futurum eiuſmodi reductiones faciendæ, ſub ſecùs facientium pœna, & factarum nullitate, conſtituitur. 69. n. 1. 2. 3. 4.
Miſſarum Dominicalium Provincijs à Generali Prælato fieri ſolita conceſſio quibus cum cautelis in poſterum fieri debeat; & qualiter applicandæ. 70. n. 5. 6.
Miſſarum Dominicalium conceſſionem, & applicationem, ex falſa neceſſitatis Provinciæ relatione Miniſter Provincialis ac Diffinitorium extorquentes, officio privandi. 70. n. 6.
Miſſæ Dominicales aliter ac ſtatuitur applicatæ, pro Benefactoribus omninò applicantur. 71. n. 7.
Miſſarum Dominicalium applicatio qualiter à Provinciali Miniſtro fieri debeat, earumdem ſtipendia non inveniente. 17. n. 17.
Miſſas Religioſo particulari pro libris minimè commendandas eſſe, ſtatuitur, ſub pœna. 95. n. 31.
MISSIONARIORUM Collegijs, & eorum erectioni Brevia Apoſtolica Innocentij XI. conſulentia, recipiuntur, & aliqua in eiſdem addenda, ac moderanda, Sacr. Congregationi de Propaganda proponi deberi, decernitur. 13. n. 9. (*Huiuſmodi moderationes, & additiones vide infr. Pagin.* 30. *& ſeqq.*)
Miſſionariorum Collegiorum erectionis intuitu, Fratribus ea iniungitur, ac ſtrictiſsimè reintimatur obedientia, quam *ex vi Regulæ, & abſque*

R   *vlla*

Digitized by Google

vlla (*) *eiuſdem diſpenſatione* Miniſtro Generali præſtare tenentur; ſub pœnis. 14. n. 10.

Miſsionarijs Fratribus quænam inhibeantur, & ſub actuum legitimorum, & excommunicationis *latæ ſententiæ* pœna interdicantur. 14. n. 11.

Miſsionarios erga Fratres ex Seminarijs expulſos Apoſtolica Decreta ſervanda, proponuntur. 111. num. 23. Et quid circa Miſsionarios Indiarum. *Ibid.* §. *Et, ſi Religioſus.*

MONIALIBUS Ordinis, vltra Conſtitutiones de ann. 1639. quænam aliæ Apoſtolicæ ſervandæ iniunguntur. 25. n. 41.

N.

NATIONALIA Statuta, ſive Nationum (*velut Hiſpanicæ, Gallicæ, Germano-Belgicæ, & Indicæ.*) Quære in littera H. G. & I.

NECESSARIA omnia Fratribus, tàm ſanis, quàm ægrotantibus, Guardiani miniſtrare tenentur. Et quid, vbi Conventus eleemoſynæ non ſuffecerint? 43. n. 19. 20.

NECESSITATIBUS Fratrum ſubveniendis quaſnam communes proviſiones habere Guardiani debeant. 44. n. 21.

Neceſsitatibus Fratrum fuiſſe omninò proviſum, per iuratas atteſtationes ab eiſdem Fratribus, & Syndico ſubſcriptas Guardiani coram Capituli Præſide, & Diffinitorio, conſtare faciant, ſub pœnis. 44. n. 22.

NOVITII, ante profeſsionem Declarationes Regulæ Pontificias coram Communitate memoriter, & compendioſè recitent, ſub officij privatione Guardianis. 37. n. 3.

Novitiorum ex illegitimè natis receptio Miniſtris Provincialibus inhibetur, ſub officij privatione, niſi &c. 91. n. 20.

NUMERUS Fratrum vnoquoque in Conventu præfigendus, & vltra quàm commodè ſuſtentari valeat non augendus. 43. n. 18.

O.

OFFICIA Sanctorum ac Beatorum Tertij Ordinis, eodem apud nos ritu celebranda quo noſtra apud Tertiarios; dummodo &c. 29. n. 48.

OFFICIALIS Curiæ Romanæ, reſpectivè, circa indebitas expenſas in Beatificationis, aut Canonizationis cauſis evitandas, ſuper earumdem cauſarum Procuratoribus invigilare debet, ſub onere conſcientiæ. 19. n. 23.

Officialium Curiæ Romanæ ex noſtra Familia aſſumptorum ordinaria in Fratres eiuſdem Familiæ forenſes iuriſdictio ex Apoſtolica, & Ordinis facultate. 19. n. 23.

Officialium Curiæ Romanæ electio ab vtriuſque ipſorum Familiæ Vocalibus, reſpectivè, fieri in Capitulo Generali debet; & vſque ad ſubſequens Capitulum Generale durant. 60. n. 69.

Officialibus Curiæ ſi à Generali Capitulo committitur, & imponitur, vt aliquid ab Apoſtolica Sede ſupplicent impetrandum, id (quantum ex ſe eſt) intra annum exequi debent, ſub pœna. 100. n. 46.

OFFICIUM DIVINUM, iuxta novum Breviarium Franciſcanum, ab omnibus Ordinis Fratribus, & Monialibus, vniformiter perſolvendum. 51. n. 41. Et pag. 101. n. 49.

ORATIONIS mentalis obligationi ſatisfieri non poteſt per Proceſsiones intra Clauſtra, neque per Stationis SS. Sacramenti recitationem, aliaſve eiuſmodi devotiones, ſub privationis Officij pœna Guardianis. 86. n. 1.

Ora-

Orationis mentalis exercitio, & aſſiſtentia, nec Lectores, aut alij quicumque Fratres commendi. Et quid ſuper hoc Guardianis iniungatur. 86. *Ibid.*
ORATIONES vocales poſt Laudes, Veſperas, & Completorium recitandæ, renovantur: & quando omitti debeant, declaratur. 107. n. 10.
ORNAMENTA, & Vaſa Divino cultui deſervientia, alijs commodare, Prælatis Ordinis noſtri interdicitur, ſub Officij privatione, niſi &c. 34. §. *Sacra.* (*Vide & pag.* 13. *num.* 8.)

P.

PANNORUM Fabricæ pro Fratrum veſtimento. Vide ſupr. in verb. *Laniſicia.*
Panni pro Fratrum induitione qualitas, color, & vniformitas præſcribitur. 12. n. 5.
Panni eiuſmodi qualitas, groſſities, & color, iterùm ſtabilitur. Pag. 47. num. 30. 31 & 35.
PATENTES Litteræ Inſtitutionis Officiorum. Vide ſupr. *Litteræ.*
PATRIS Dignioris Provinciæ ſuffragio nullum inferri præiudicium per votum Patrum Ordinis, & Familiæ propria in ipſorum Provincia, declaratur. 108. n. 12.
PATRONI Ordinis defuncti vxori; vel Patronæ Ordinis defunctæ marito, è vita decedentibus, ſuffragia per Ordinem decernuntur. Pag. 62. n. 75. Pag. 6. n. 12.
PAUPERTATIS obſervantiam qualiter, & intra quod tempus pet Conventus, & eorum archivia, Miniſtri Provinciales per ſe, vel Commiſſarios, inquirere debeant, 38. (*à nu.* 5 *m. vſque ad* 15. *& ſatietatem.*)
PERNOCTATIO Sæcularium noſtris in Conventibus inhibita, ſub pœna Guardianis. 13. n. 8. (*Vide & in verb.* Sæcular.)
Pernoctationes eiuſmodi ſæcularium perſonarum apud nos, vltra triduum, Guardiani permittentes, officio privandi. 33. §. *Sacra.* (*Vide infr. verb. Sæcular.*
PRACTICÆ Criminalis P. Fr. Ludovici de Ameno, vſus pro vtraque Familia commendatur. 61. n. 73. (cautè tamen in rebus obedientiam concernentibus adhibenda. 101. n. 48.)
PRAEDICATORES Regum quibus præmiſsis conditionibus, ad eiuſmodi muneris privilegia intra Ordinem admittendi: & eorumdem inter ſe præcedentia. 12. n. 6.
Prædicatoribus Generalibus quænam, & quibus itidem cum condionibus privilegia decernantur. 105. n. 6.
Prædicatores qualiter applicare, & cum cæteris Conventuum incorporare debeant concionum eleemoſynas, ſub pœna. 13. n. 8.
PRAEDICATORUM Dominicanus Ordo. Vide in Litter. D.
PRAESIDENTIS in capite inſtitutio, ob Guardianatus vacantiam, Commiſſario Provinciæ Viſitatori competit, poſt captam tamen Officij ſui poſſeſsionem. 59. n. 68.
PRIVILEGIORUM perſonalium abrogatoriæ Vrbani VIII. & Clementis X. Conſtitutiones renovari deſiderantur. 100. n. 44.
Privilegiorum Ordini noſtro indultorum Compendium fieri debere, proponitur, & commẽdatur. 103. n. 54.
Privilegiorum Ordinis vel tuendorum, vel eidem noviter impetrandorum cauſa, lites, aut prætenſionem moventes abſque Generalium, Provincialium, vel Cuſtodialium Superiorum (quibus id competit) licentia in ſcriptis, ſexennali actuum legitimorum privatione puniendi. 102. n. 53.
PROCESSU priùs iuridicè non confecto, & reo ſufficienter audito, nec activæ vel paſsivæ vocis privatio, nec gravis alia pœna, vel punitio Fratribus

bus irroganda ; ſub Officij privatione aliter irrogantibus impoſita. 105. numer. 3.

PROCURATOR Generalis Ordinis. Vide ſupr. *Officiales Curiæ*.

Procuratorem Sæcularem pro Provinciæ, aut particulari negotio in Romana Curia adhibentes, vel conſtituentes,qualiter puniendi. 88. n.10.

Procuratoribus cauſarum Beatificationum, aut Canonizationum, Romæ exiſtentibus,quænam ſub Officij privatione, & alijs pœnis, obſervanda decernantur. 53. (*à num.* 48. *vſque ad* 53.

Procuratores ad Romanam Curiam pro negotijs vel totum Ordinem,vel Familiam, aut Provinciam concernentibus, nullatenùs mittendi. 60. n.70. (*Vide in Compilatione, pag.*400. §.Conceſſa.)

PROMINISTRI ad Generale Capitulum ob Provincialium impedimentum electi, iuratam atteſtationem de eorumdem Provincialium excuſatione legitima ſecum adducere teneantur,ſub pœna. 17. n. 16.

Prominiſtro ad Generale Capitulum electo, ſi Provincialis Miniſtri impedimentum ceſſet, vel iter aliàs arripere velit; ius, & electio Prominiſtri non tenet, niſi is Provinciæ limites iam fuerit egreſſus. 59. n. 67.

Prominiſter eligi, iuxta Conſtitutiones, & mitti poteſt à Provinciali Miniſtro,in Generale Capitulum proficiſci nequeunte, etiamſi cuſtos iter ad illud iam arripuerit. 98. n. 42.

Prominiſtris, & Cuſtodibus Indiarum quænam præcedentia debeatur, tàm in Matritenſi Conventu, quàm alibi. 78. n. 4.

Prominiſtris Indiarum, qui in Generali ſunt Capitulo ſuffragati, quænam,& qualiter privilegia competant. 112. n. 24.

PROVINCIARUM particularia nonnulla ſtatuta &c, quare ſub titulis Nationum, ad quas eiuſmodi Provinciæ ſpectare dignoſcuntur,vt *Gallicæ,Hiſpanicæ &c.*)

Provinciarum noviter erigendarum prærequiſitæ conditiones aliquot ſtatuuntur ; & in aliter erectas animadverſio. 56. n. 59. & 60.

PULPITUM Quadrageſimale,vel Adventuale prætendentium per ſe Fratrum pœna. Et quid ſuper hoc locorum Guardianis incumbat. 18.n.19.

Q.

QUÆSTUARII Fratres eleemoſynarum pro locis Terræ Sanctæ, finita quæſtuatione, & eius ratione reddita Commiſſarijs,vel Vice-Commiſſarijs;ad proprium Conventum recta via regrediantur, ſub pœna. 65. n. 10.

Quæſtuarij Terræ Sanctæ ad ſolùm Commiſſariorum deſignationem, & ſine ſuorum Provincialium beneplacito,eiuſmodi munus obeuntes, qualiter puniendi. *Ibid.*

Quæſtuarij Terræ Sanctæ ſuas quæſtuandi facultates locorum, ac diſtricti Guardianis exhibeant : in ſæcularium domibus(Conventu deficiente) ſine gravi cauſa ne pernoctent; & vbique ſe exemplariter gerant, alioquin amovẽdi,& puniendi.65.n.11.

Quæſtuarijs eleemoſynarum pro Terra Sancta quales inhibeantur quæſtuationes,niſi in certis caſibus.66.n.12.

R.

RECEPTORES ad benevolos aliquem Fratrem extra Provinciam exiliantes Prælati,officio ſuſpenduntur *eo ipſo*;& contra illos vlteriùs procedendum. 106. n. 8.

RECOLLECTUS Frater à Generali Capitulo is duntaxàt intelligitur, qui filius

Digitized by Google

filius eſt Provinciæ Recollectæ (*quales apud Galliam, Flandriam, Germaniam &c.*) non autem Provinciæ Obſervantis degens in Conventu Recollectionis: & aliter intitulantes puniuntur. 57. n. 61. 62.

RECURSUS ad Ordinis Superiores ab inferiorum gravamine. Vide ſupr. in verb. *Appellatio.*

REDDITUS annui, vel cenſus. Vide ſupr. *Legata.*

REDUCTIONES Miſſarum. Vide in verb. *Miſſæ.*

REGULÆ obſervantiam abſque diſpenſatione, aut privilegio tenendam, Generalia Capitula proteſtantur. 36. n. 1. 2. Pag. 85. n. 1.

Regulæ Declarationes Pontificię à Novitijs compendioſè addiſcantur, & ante profeſſionem coram Communitate memoriter, poſt eandem Regulam, recitentur; ſub pœna Guardianis aliter permittentibus. 37. n. 3.

Regularis Diſcplinæ ſtrictam obſervantiam concernentium Statutorum, articulorumque, confirmationem à S. Sedē obtineri, cōmendatur. 14. n. 12.

RENUNTIATIONEM Prælaturæ Generalis Ordinis, aut Familiæ, facientes poſt ipſorum nominationem, vel præſentationem ad Epiſcopatum &c. Electioni Succeſſoris præſidere nequeunt. 87. n. 8.

S.

SAECULARIUM negotia actitare in Romana Curia eiuſdem Officialibus prohibetur. 88. n. 10.

Sæcularium perſonarum comeſtionem, hoſpitiumque vltra tridui tempus, ac ludus intra Conventus noſtros permittere, Guardianis interdicitur, ſub officij privatione. 34. §. *Sacra.* (*Vide & pag.* 13. *n.* 8.)

SCRIPTA originalia Religioſorum Ordinis qualiter in Archivijs, & Conventuum Bibliothecis perquirenda, & typis excudenda. 20. n. 26.

SCRIPTORIBUS Prælatorum Generalium, eiuſmodi per ſexenniū exercitio laudabiliter incumbentibus, ad eorumdem Generalium Prælatorum arbitrium privilegia decernuntur. 106. n. 7.

SECRETARII Generalis linguarum abrogatoriam Conſtitutionem vt à S. Sede moderari curetur, ſtatuitur. Eius aſſumptio, & privilegia. 58. n. 65. Pag. 100. n. 45.

Secretarius linguarum Generali Prælato Citmontanæ Familiæ aſsiſtere ſemper debet. 100. n. 45.

Secretariorum Generalium inter ſe præcedentia. 97. n. 35.

Secretarij tam Generalium Prælatorum, quàm Provincialium, ac Viſitatorum, iuramentum ante omnia præmittere tenentur. 88. n. 9.

Secretariorum Provinciarum, per triennium eiuſmodi officio functorum, privilegia, Provinciarum earumdem arbitrio reſervantur, dummodo &c. 106. n. 7. (*Vide Statutum Roman.* 1064. *num.* 2. *Et Toletan.* 1673. *num.* 5. *verſic.* Et inhibetur, &c.)

SEMINARIA Collegia Miſsionum. Vide ſupr. in verb. *Miſsionar.*

SIGILLA Provinciarum, quæ poſt Chronologiæ Rmi P. Gonzagæ impreſsionem erectæ fuit, ac nobi impreſſa non reperiuntur, qualiter tranſmittenda; & ea, quæ ibidem impreſsis non reſpondent, reſtauranda. 96 n. 33. 34.

SOCII grati nomine qualis apud nos Frater veniat intelligendus. 5. n. 10.

Socium Donatum ſecum habentium, & cum eo extra Conventum exeuntium pœna. 91. n. 18.

STATUTA Generalia condendi, abrogandi, vel alterandi, forma in poſterum ſervanda præſcribitur. 3. n. 3.

Statutorum Generalium Familiæ noſtræ Cōpilatio. Vide ſupr. *Compilatio.*

STU-

STUDENTIBUS, extra caſus à lege præſcriptos, è Conventu exire non permittendum, niſi &c. 91. n. 19. (*Hæc lex in vocibus aſteriſco notatis* (*) *confuſionem fortaſsè, vel amanuenſium, aut denique typographorum errorem obvoluit.*)

SUBROGATIONIS in iure Ex-Diffinitores cæteri Provinciæ non præceduntur à Cuſtodibus, qui in alterius Familiæ Generali Capitulo fuerunt ſuffragati; ſed conſeſſu tantùm. 97. n. 36.

SUFFRAGIA, ſeu Commemorationes poſt Officium recitandæ. Vide ſupr. *Commemoration.*

SUPPELLECTILIA Divino Officio & cultui deſervientia nullatenùs diſtrahenda, vel foràs commodanda, ſub pœna. 13. n. 8. (*Vide ſupr.* Ornamenta.)

SYNDICATIONIS, vel non ſyndicationis in Prælatos Generales, aut Officiales Curiæ teſtimoniales, eorumdem non expreſsis nominibus, Cuſtodes Generali Capitulo deferentes, ſunt indiſpenſabiliter ſuffragio privandi. 89. n. 13.

SYNDICORUM Terræ Sanctæ Inſtitutio, aut nominatio potiùs, ad ſolum Miniſtrum Generalem ſpectat: in caſu tamen extemporaneo ad Commiſsionis vel Vice-Commiſsionis illius Provinciæ Miniſtrum, cum clauſula *donec Reverendiſsimus provideat.* Pag. 67. n. 16.

T.

TERRÆ Sanctæ Statutorum omnium Compilationem fieri, Generali Ordinis Miniſtro committitur. 116. n. 38.

Terræ Sanctæ Statuta ac Decreta in Generalibus Capitulis edita, niſi aliter exprimatur, ad vtramque pertinere Familiam, declaratur. 68. n. 18.

Terræ Sanctæ Commiſſarij (exceptis Matritenſi, Romano, Viennenſi, & Pariſienſi) *Commiſſariorum Generalium* titulum ſibi vſurpare interdicuntur. 63. n. 3.

Terræ Sanctæ Commiſſarij extra Romanam Curiam degentes Provinciali Miniſtro ſubijciuntur vnà cum ſocijs; & qualiter. 20. n. 24.

Terræ Sanctæ Commiſſariorum duratio eſt ad Miniſtri Generalis inſtituentis beneplacitum. Et quid, ſi Inſtitutionis huiuſmodi Apoſtolica obtinebitur confirmatio? 62. n. 1.

Terræ Sanctę Commiſſarijs vnicus tantùm ſocius, & vnus Tertiarius conceditur: & quid eiuſmodi ſocio inhibeatur? 63. n. 4.

Terræ Sanctæ Commiſſarij, & eorum Socij, Conventus communitates aſſequi tenentur, & à locali Superiore exeundi veniam petere, quæ denegari non debet. 63. n. 5. 6.

Terræ Sanctæ Commiſſarij etſi Generali ſuæ Commiſsionis Prælato immediatè ſubordinentur, localem tamen recognoſcere debent quoad vitã regularem. Eorumdem verò Socij Provincialibus, & Guardianis omninò ſubſunt. 64. n. 7. 8.

Terræ Sanctæ Commiſſarijs omnibus nec fabricas vllas in Hoſpitijs extruere; nec vaſa, lampades, aliave eiuſmodi Hieroſolymam tranſportanda, ex eiuſdem Terræ Sanctæ eleemoſynis emere licet, niſi &c. 68. n. 17.

Terræ Sanctæ Commiſſarij (excepto Matritenſi) ac Vice-Commiſſarij, rationem, & computum in vnoquoque ſemeſtri coram Provinciali, & Diffinitorio Provinciæ, in qua reſident, reddere tenentur: qualiter, & de quibus. Et quid, ſi Provincialis vel Diffinitorium haberi nequeant, 66. n. 13. 14. 15.

Terræ Sanctæ Vice-Commiſſariorum inſtitutio ad Miniſtrum Generalem privativè ſpectat; non ad Commiſſarios,

rios,

Digitized by Google

rios, niſi ex eiuſdem Generalis conceſsione: & tunc non alius inſtituendus intelligatur, niſi quem Provinciæ Diffinitoriũ approbaverit. 65. n. 10.

Terræ Sanctæ Vice-Commiſſarijs (idem de Commiſſarijs) quæſtuarios eleemoſynarum Fratres deſignare prohibetur, niſi accedente Provincialium, quorum eiuſmodi quæſtuarij ſubditi ſunt, beneplacito. 65. n. 10.

Terræ Sanctæ eleemoſynarum Quæſtuarij. Vide ſupr. *Quæſtuar.*

Terræ Sanctæ eleemoſynarum quæſtuationi in partibus vltramarinis Indiarum Orientalium, & Braſiliæ, ac Regno Portugalliæ, qualiter ſit providendum, eiuſmodi Provinciarum Diffinitorijs committitur. 68. n. 19.

Terræ Sanctæ Syndicorum deputatio. Vide ſupr. verb *Syndici.*

TERTIARIORUM cum Habitu incedentes Eremitæ, Hoſpitalarij, & huiuſmodi, eo deſpoliandi, niſi &c. 26. n. 43.

TERTII Ordinis Viſitator qualis Religioſus deſignandus; ac illius erga Tertiarios munus. 26. n. 41.

Tertij Ordinis incrementum, & provectio, qualiter locorum Guardianis commendetur. 26. num. 42.

Tertij Pœnitentium Ordinis Fratres ac Sorores, tàm in proprijs domibus, quàm in Congregationibus, aut Clauſtro degentes, Ordinis noſtri directioni ſubduntur. 26. n. 42.

Tertij Ordinis Sanctorum ac Beatorum Officia eodem apud nos ritu, & ſolemnitate, celebranda, ac ipſe Tertius Ordo noſtrorum Officia concebrat; dummodo &c. 29. n. 48.

TITULO *Recollecti*, *Obſervantis* &c. quiſnam Frater, aut Fratres, atque Conventus appellandi, ſub pœna. 57. n. 61. 62. Et quiſnam *Recollecti* nomine veniat intelligendus. *Ibid.* num. 61.

Titulorum affectata copia in quorumcumque Prælatorum (etiam Generalium) litteris Patentibus reſtringitur, niſi &c & ne aliter intitulentur, præcipitur. 58. n. 63. 64.

V.

VACANTIÆ Officiorum Generalium moderatio, & ad temporis duplum reductio, ab Apoſtolica Sede impetrandæ. 59. n. 66. & pag. 99. n. 43.

VASA, & Ornamenta Divino cultui dicata, aliis haud commodanda, ſub pœna; niſi &c. 34. §. *Sacra.* (*Vide & pag.* 13. *num.* 8.)

VENATIONES à Sæcularibus per Conventuum hortos, aut ſylvas cum ſcopletis, & armis eiuſmodi, fieri prohibentur, ſub Officij privatione Guardianis. 33. §. *Sacra.*

VESTIMENTA Fratrum ex qua panni qualitate, vniformitate, & colore conficienda. 12. n. 5. (*Vide & pag.* 47. *num.* 30. 31. 32.)

Veſtimenta interiùs vel exteriùs abſque neceſsitate, & licentia, vel præter Regulam, eiuſque Declarationes, ac Statuta noſtra, deferentibus, & Guardianis permittentibus, pœnæ reintimantur. 46. n. 28. 29.

Veſtimenta irreligioſè, & aliter, vel ex alia panni qualitate, quàm ſtatuitur, induentium Prælatorum ac ſubditorum pœnæ. 50. n. 38.

VICARII, vel Vice-Commiſſarij Generalis electioni præſidere non poſſunt ij Prælati Generales qui poſt de ſe factam ad Epiſcopatum nominationem, aut præſentationem, Generali Præſulatui renunciaverunt. 87. n. 8.

Vicarij vel Vice-Commiſſarij Generalium electioni quænam viciniores eſſe Provinciæ, & concurrere debere, declarentur, vbi Dignior Pater (cui ſigillum & præſidentia competit) ex aliena Provincia ſit, Miniſtri

verò

Digitized by Google

verò diuturnum domicilium habeat. 107. n. 11.

VICARIUS Provincialis eligi poteſt, vbi poſt Cuſtodis diſceſſum ad Capitulum Generale Miniſter aut Vicarius Provincialis moriatur. Et quid electus agere tunc debeat. 98. n 42.

VICE-COMMISSARIUS Indiarum Hiſpalenſis à Generali Miniſtro inſtituitur, ex tribus à Bœticæ Provincia præſentatis. 21. n. 28.

VICE COMMISSARII Terræ Sanctæ. Vide ſupr. verb. *Terræ Sanct.*

VISITATORES Provinciarum in iiſdem inquirere ſingillatim debenr circa præordinatæ eleemoſynarum omnium Incorporationis obſervantiam. 46 n: 27.

Viſitator Provinciæ nequit in illius Miniſtrum Provincialem eligi. 88. n. 11.

Viſitatori Provinciæ (poſt captam Officij ſui poſſeſsionem) Præſidentes in Capite, ob Guardianatuum vacantiam, inſtituere competit. 59. n. 68.

VISITATOR Tertij Ordinis. Vide infrà litter. T. in verb. *Tertij Ordin.*

VOCALIBUS ad Generale Capitulum ab e tibus, nihil in Provincijs innovandum, niſi certis in caſibus hîc expreſsis. 98. n. 42.

Vocalium, & Congregationis Generalis ſuffragiorum augmentum impetrari deſideratur. 13. n. 7.

VOCE paſsiva nemo privandus, eiusve electio infirmanda, niſi ad præſcriptum Innocentianæ Conſtitutionis, *Sollicitudo &c.* 105. num. 4.

VOTUM *de non ambiendo Epiſcopatum &c.* Miniſtris, & Vicarijs Generalibus iniunctum, ad Commiſſarios, & Vice-Commiſſarios Generales Familiæ etiam extenditur. 87. n. 6.

Votum, ſive Suffragium PP. Ordinis, & Familiæ in propria ipſorum Provincia, Digniotis eiuſdem Provinciæ Patris voto præiudicium non inferre, declaratur. 108. n. 12.

FINIS.

TYPIS OMISSA, VEL COMMISSA.

PAg. 11. lin. 33. perfectori, *lege* perfectiori. Ibid. lin. 12. cogregandis, *lege* congregandis. Pag. 17 lin. 3. protrahit, *lege* protrahi. Pag. 18. lin. 18. teddere, *lege* reddere. Pag. 19. lin. 4 expreditum, *lege* expeditum. Pag. 29. lin. 8. negligentiæs, *lege* negligentiæ. Pag. 33. (in titul.) lin. 4. confirmara, *lege* confirmata. Pag, 37. lin. 28. Generalem, *dic* Generale. Pag. 46. lin. 20. pronuntietur, *lege* pronuntientur. Pag. 51. lin. 3: vtt iuſque, *lege* vtriuſque. Pag. 55. lin. 5. Narions, *lege* Nationis. Ibid. lin. 15. Famillia, *lege* Familia. Pag. 63. lin. 23. quodad, *lege* quoad. Pag. 69. lin. 27. ſuppllcet, *lege* ſupplicet. Pag. 72. lin. 6. anta, *lege* ante. Pag. 74. lin. 14. vatiatas, *lege* vitiatas. Pag. 77. lin. 13. quar, *lege* qua. Pag. 87. lin. vlt. contigat, *lege* contingat. Pag. 92. lin. 19. Paovincialibus, *lege* Provincialibus. Pag. 97. lin. 36. cauſa, *lege* caſu. Pag. 99. lin. 32. eligatu, *lege* eligatur. Pag. 105. lin. 25. inſtituti, *lege* inſtitui. Pag. 109. lin. 31. Viæ Curis, *lege* Viæ Crucis. Pag. 112. lin. 12. patribus, *lege* partibus. Pag. 113. lin. antepen. Gonventum, *lege* Conventum. Pag. 116. lin. 27. interpretur, *lege* interpretetur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BULLÆ

BULLAE, MOTUS PROPRII, ac Brevia, quæ perſæpè in his Conſtitutionibus, & Cōpilatione, citantur; & alia quædam.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Bulla Vnionis Fratrum Minorum, fœlicis memoriæ, Leonis Papæ Decimi.

LEO EPISCOPUS, SERV. SERVOR DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

ITe & vos in vineam, ait homo ille Pater-familias, qui plantaverat vineam mundi, Salvator, atque Redemptor, Dominus noſter Ieſus Chriſtus: qui etiam ſi curam gerat de omnibus, cunctaque dirigat, quæ ipſe fecit; attamen inter cæteras plantationes, quas per ipſum Pater cœleſtis in ſolo plantavit militantis Eccleſiæ, vineam quandam tam ardenti proſecutus eſt amore, vt ſuam velut propriam vbiuis illam appellet: hanc ſiquidem vineam ſic aſsiduis, ſolertibus, ac fidelibus excoluit agricolis; vt alios primo mane, alios hora tertia, ſexta, nona, decima verò, & vndecima, quaſi inceſſanter cultores tranſmiſerit.

Hæc eſt ſacra illa Minorum Fratrum Religio, quæ virentibus cæremoniarum folijs, per viros Apoſtolicos, tanquàm per palmites extenſos à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum, immò aqua ſapientiæ, & ſcientiæ, irrigauit montes, & implevit terram. Hæc eſt Religio ſancta, & immaculata; in qua per ſpeculum ſine macula, Redemptoris contemplatur præſentia; vitæ Chriſti, & Apoſtolorum, inſpicitur forma; per quam priorum Eccleſiæ fundatorum, ante oculos Chriſtianæ plebis, reducitur norma: quæ demùm nihil niſi Divinum, Angelicum omni perfectione refertum, Chriſtoque nihil niſi conforme (vt non immeritò ſua dicatur) repræſentat.

Ad hanc vineam excolendam, primo mane, oriente iam ſole, miſsit ipſe Paterfamilias Angelum illum aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſignum Dei viui, Bea-

Angelus ab ortu ſolis Sanctus Franciſcus.

Digitized by Google

Beatum Franciſcum; qui comitantibus mirè ſanctitatis viris huius iaceret fundamenta. His ſucceſſerunt viri Religioſi; qui, duce B. Bonaventura, muros huius vineæ, iam vtrique ruinam minantes, hora tertia, Trinitatis ſanctæ virtute, & adiutorio, reparaverunt. Poſt hos, veluti hora ſexta, prodiderunt ſpiritum ferventes fratres nonnulli; qui à Sacro Viennenſi Concilio, tamquam à Deo miſsi, & confortati, eneruatam pœnè diſciplinæ cenſuram, ad ſua principia revocarunt. Hora verò nona, moriente domino ſuo, ingruentibus in dies malis, & ſcandaloſis huius vineæ agricolis, ſuſcitavit ſpiritum adoleſcentis, paucorum videlicèt Fratrum, qui ſignifero Nominis Ieſu, Bernardino ductore, & præſide, Sacri Concilij Conſtantienſis freti præſidijs, languentem, imò pœnè mortuum, per orbem vniverſum, Ordinem vivificarunt. Noviſsimè verò diebus iſtis, quaſi hora vltima, apparuerunt viri aliqui zelantes pro domo Iſrael, ſucciderunt lucos, & demoliti ſunt delubra; ac vbi abundabat peccatum, adiuvante Domino, curaverunt per introductam reformationis normam, vt ſuperabundaret & gratia. Sed veluti inter parabolicos, & Evangelicos illos villicolas, quia noviſsimi æquabantur prioribus, murmur ſurrexit non parvum; ſic, acclamantibus Regibus, Principibus, Communitatibus, & Populis, graves lites, & iurgia, ac diſſenſiones, occaſione ſuperioratuum, & præfectionis graduum, inter aliquos huius Religionis profeſſores, per totum mundum magis ac magis augeri dietim, accepimus.

S. Bonaventura Ordinem reparauit.

In Viennenſi Concilio reformatur Religio.

S. Bernardinus Dux reformatorũ.

Querela Principũ.

Quare, Nos, cuius zelus ab ætate tenera, ardenti devotione efferbuit ad huius Ordinis profeſſores, & Ordinem ipſum totum; nuc verò ex communi cura procurationis, & paſtoralis regiminis, quam immeriti ſuſtinemus, ad componendas huiuſmodi agricolarum lites, & ſedandas murmurationes, illius Evangelici procuratoris more, tanto provocamur ardentiùs, quanto frequentiùs, intenta mente, recolimus fructus vberes, quos ex eorum exemplari vita, & ſalubri doctrina, vniverſali Eccleſiæ continuè cernimus proveni-

ni-

Digitized by Google

nire. Nec minùs continuis Principum Chriſtianorum, præſertim chariſsimorum in Chriſto filiorum noſtror. Maximiliani Imperatoris electi, & Franciſci Chriſtianiſsimi Francorum, ac Caroli Catholici Hiſpaniarum, Henrici VIII. Angliæ, & Emmanuelis Portugalliæ, Algarbiorum, & Ludovici Vngariæ, & Bohemiæ, ac Sigiſmundi Poloniæ, necnon Criſtierni Daciæ, Regum Illuſtrium necnon nonnullorum Principum aliorum, Comittum, Populorum, & communitatum, pijs provocamur ſupplicationibus, & precibus, quibus pro pacandis huiuſmodi diviſionibus, in Ordine Divi Franciſci exortis, non ceſſant vſque hodie apud nos poſtulare. Deputatis igitur à nobis in ſecreto noſtro Conſiſtorio aliquibus ex Vener. Fratribus noſtris, Sactæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus; cauſas, & ſeminaria huiuſmodi iurgiorum, & diviſionum diligēter perquirere, ac de remedijs opportunis, pro ſedandis præfatis litibus, pertractare, commiſimus, & iniunximus: qui longo maturę diſcuſsionis examine diligentiſsimè, ac fideliſsimè iuſſa complentes, relatione per ipſos nobis facta, necnon penſatis per nos acutiùs, quæ per ipſos pro huiuſmodi concordia tractata, & examinata fuerunt; habita etiam ſuper ijs in dicto Conſiſtorio noſtro cum eiſdem, ac cum reliquis eiuſdem Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, matura deliberatione, & eorum vnanimi conſilio; præfato Ordini, modo infraſcripto, iudicamus providendum.

Imperator, Reges, & Principes.

Quia in primis compertum habemus, pręlatorum diverſitatem, quorundam perpetuitatem, cæterorum verò fratrum vitam non reformatam, huiuſmodi litibus, & diviſionibus, plurimum cauſæ præbuiſſe; ea propter volumus, & ordinamus, prout in dicta Regula Beati Franciſci continentur, vnum Miniſtrum Generalem totius Ordinis de cætero omnibus, & ſingulis fratribus eiuſdem Ordinis, cum plenaria poteſtate, quæ ex Regula ſibi competit, præfici, cui omnes, & ſinguli prædicti Fratres in omnibus, quæ non ſunt contra Deum, animam ſuam, & Regulam, fir-

Miniſter vnus generalis in toto ordine conſtituitur.

Miniſter Generał per ſex annos duret. miter teneantur obedire: qui quidem Miniſter Generalis per ſex annos, ad plus, Generalatus fungatur officio.

Infra quem terminum, ſi aliquo tempore appareret vniverſitati Miniſtrorum Provincialium, & Cuſtodum, prædictum Miniſtrum Generalem non eſſe ſufficientem ad ſervitium, & communem vtilitatem fratrum, teneantur prædicti fratres, in nomine Domini, alium ſibi eligere.

Quibus quidem ſex annis, vt præfertur, expletis, ipſo facto ſit abſolutus à Generalatus officio, & pro tali ab omnibus habeatur.

Electio verò ſucceſſoris fieri debeat à Miniſtris Provincialibus, & Cuſtodibus reformatis, tam Ciſmontanis, quàm Vltramontanis, in Capitulo Generali dicti Ordinis in feſto Pentecoſtes, in loco quem Miniſter Generalis cum Capitulo Generali proximè præcedenti, duxerit aſsignandum: ad quod Capitulum omnes Miniſtri, & Cuſtodes, ſivè vocales, tam Ciſmontani, quàm Vltramontani, accedere teneantur.

Miniſtri, & Cuſt. teneātur ire ad Capit. Generale.

Et ne caput à ſuis membris difforme appareat, volumus, & etiam ordinamus, quòd nullus frater poſsit eligi in Miniſtrum Generalem, niſi vitam ducat reformatam, & pro reformato à Communitate habeatur. In præfata verò electione Miniſtri Generalis, nullus penitus vocem habeat, niſi reformatus, & pro reformato à Congregatione Reformatorum habeatur: quòd ſi in futuro quicquam in contrarium attentatum fuerit, irritum pene, & inane habeatur. Quòd verò ad electionem futuri Min. Gen. in proximo feſto Pentecoſtes, in Conventu de Aracœli de Vrbe, iuxta aliam noſtram ordinationem in litteris in forma Brevis contentam celebrandam: Statuimus, omnes Miniſtros, & Cuſtodes reformatos, ac Vicarios, & Diſcretos Fratrum de Obſervantia, ſeu Familia, dictam electionem celebrare debere. Et vt præfata electio Miniſtri Generalis, quæ ſecundum prædictam Regulam à Miniſtris Provincialibus, & Cuſto-

Generalis debet eligi de reformatis, & à reform.

Vicarij Provinciales inſtituuntur, Miniſtri.

di-

dibus fieri debet, liberè ſecundum intentionem eiuſdem Regulæ, & abſque quovis ſcrupulo celebretur; declaramus, omnes Provinciales Vicarios Fratrum de Familia, ſeu Obſervantia, veros Miniſtros eſſe, ipſoſque ad effectum electionis huiuſmodi in Miniſtros ordinamus, & inſtituimus: Diſcretos etiam ipſorum, ſimiliter declaramus eſſe Cuſtodes.

Quod verò ad alios Fratres Reformatos; volumus, quòd in Provincijs, in quibus Miniſtri pro tunc non ſunt reformati, nec pro reformatis habiti, ſub quibus ſunt aliqui Conventus Reformati, duo fratres electi à præfatis Conventibus Reformatis, ſecundum aliarum litterarum noſtrarum tenorem ſub forma Brevis, voces Miniſtrorum non Reformatorum, quantum ad præfatas Provicias, pro hac vice dumtaxat, ſuppelant. Fratribus verò de Congregatione fratris Amadei, de Clarenis, de Sancto Evangelio, ſeu caputio, pro ſingulis Provincijs in quibus ſunt Conventus, vltra ſuorum Vicariorum voces, duas voces pro hac ſolùm vice concedimus: quam quidem electionem, à præfatis fratribus de huiuſmodi Generali Miniſtro faciendam, canonicam (ſecundum Minorum fratrum regulam, ac formam à Beato Franciſco in regula traditam) eſſe diffinimus, & etiam declaramus. Et vt in Ordine ipſo, quantum cum Deo fieri poteſt, pax conſervetur, & charitas peramplius inter Ciſmontanos, & Vltramontanos Fratres eiuſdem Ordinis nutriatur: Ordinamus, quòd ſi Min. Gen. (vt præfertur) per ſex annos de Ciſmontanis fratribus electus fuerit, ſequentibus ſex annis de Vltramontanis fratribus eligi debeat; quem modum, alternatis vicibus, in perpetuum volumus ab ipſis fratribus obſervari. Verùm quia conſpicimus, ipſum Ordinem per vniverſam Chriſtianitatem mirum in modum dilatatum, & ne ob huiuſmodi amplitudinem debito paſtoralis regiminis careat beneficio; decernimus, quòd ſi Miniſter Generalis de Ciſmontanis electus fuerit, inſtituat in partibus Vltramontanis vnum Generalem Commiſſarium, ab eiſdem Vltramontanis fratribus eli-

Generalis ſex annis ſit Ciſmōt. & ſex alijs Vltramōt.

Commiſſar.Gener. eligendus.

eligendum; cui Miniſter Generalis ſuper præfatos fratres Vltramontanos vices ſuas committat, prout Capitulo Generali expedire videbitur. Ita tamen quòd Commiſſarius præfato Miniſtro Generali omnino ſubijciatur, vt cęteri dicti Ordinis Prçlati ſubijciuntur,ac illi per omnia, ſecundùm regulam,obedire teneatur. Dum verò Miniſter Generalis fuerit ex Vltramontanis fratribus electus; tunc pariter Commiſſarium Generalem Ciſmontanum inſtituere debeat, pari modo, quo de Vltramontano Comiſſario ſuperiùs dictum, & ſtatutum eſt. Qui quidem Commiſſarius Generalis per triennium ſolum Generalis Commiſsionis fungetur officio. Quo triennio elapſo, nouus Commiſſarius, per Miniſtrum Generalem in Capitulo Generali, vt ſuprà, eligendus, ſecundum quòd Vltramontanis, vel Ciſmontanis de Commiſſario fuerit prouidendum, inſtitui debeat. Miniſter verò generalis in partibus, in quibus, ſuis ſex annis fuerit, & alias partes ſe conferre voluerit, pro tempore, quo abſens fuerit, Commiſſarium loco ſui, de conſilio,& aſſenſu, Diffinitorum Capituli Generalis huiuſmodi,dumtaxat, relinquere poſsit. Et in partibus, quibus, dictis ſex annis non erit Commiſſarius Generalis, tenebitur Miniſter Generalis primo triennio dictorum ſex annorum celebrare vnum Capitulum Generalem,ad quod conuenient vocales illarum partium,à quibus aſſumptus fuerit; & ſimiliter aliud Capitulum in partibus à quibus aſſumptus non fuerit, per ſe, vel per ſuum Commiſſarium, ad quod omnes vocales dictarum partium accedere teneantur, celebrare habebit; aut ſuper hoc fiat quod Generalis Miniſter, cum Capitulo Generali, iudicauerit faciendum. Porrò quantum ad Miniſtr. Prouinc. in Prouincijs, in quibus Miniſtri pro nunc non ſunt reformati, ſeu pro verè reformatis non habentur; Declaramus, ordinamus, & decernimus, Vicarios fratrum de Obſeruancia, ſeu Familia, illarum Prouinciarum reſpectiuè, ex nunc, & in perpetuum, veros & indubitatos earumdem Prouinciarum eſſe Miniſtros: illoſque de cætero, nomine Mi-

Quando Generalis tranſit Vltramontes inſtruat Cōmiſſarium.

Alia Congregat. Generalis facienda.

Miniſtri Prouinciales inſtituuntu.

Miniſtrorum debere appellari; quibus omnes, & ſingulos fratres, necnon domos, & loca eorumdem, in dictis Provincijs (vt præfertur) conſiſtentes, plenariè ſubmittimus: ac Generali, & alijs Provincialibus Miniſtris, authoritatem, & poteſtatem, antè Generali, & alijs Provincialibus Vicarijs de familia nuncupatis, attributam, & conceſſam, perpetuò concedimus, ac conceſſam, & atributam eſſe, decernimus. Mandantes præfatis fratribus, etiam Regulam Beati Franciſci purè, & ſimpliciter obſervantibus, vt dictis Miniſtris, ſic per Nos declaratis, & ordinatis, vt veris illarum Provinciarum Miniſtris, ſecundùm Regulam per omnia obediant. Denique, ne ex Miniſtrorum Provincialium perpetuitate Ordinem ipſum in ruinam iterum collabi contigat; Volumus, & ordinamus, præfatos Provinciales Miniſtros, vltra triennium in ſuis non poſſe continuari officijs; quo triennio elapſo, pro abſolutis ab eficio à cunctis fratribus habeantur. Poterunt tamen infra dictum triennium à ſuis Capitulis Provincialibus, quæ ſecundùm Regulam, & conſuetudinem celebrabuntur, ſi minus vtiles inuenti fuerint, ab officijs Provincialibus abſolvi; & idem iudicium de Cuſtodibus per omnia habeatur. Nullus verò in Miniſtrum Provincialem, aut Cuſtodem, eligi, aut in ipſorum electione vocem habere poterit, niſi vitam ducat reformatam, & à communitate Reformatorum illius Prouinciæ, cui præficiendus eſt, pro tali habeatur. Quidquid autem in contrarium attentatum fuerit, ipſo facto irritum ſit, & inane. Præterea, quia de reformatis, ac purè, & ſimpliciter Regulam Beati Franciſci huiuſmodi obſervantibus, ſæpiùs in præcedentibus, & ſequentibus mentio habetur; Volumus, & declaramus, ſub nomine Reformatorum, ac purè, & ſimpliciter Regulam Beati Franciſci huiuſmodi obſervantium, comprehendi omnes, & ſingulos infraſcriptos; videlicèt, Obſervantes tam de Familia, quàm Reformatos ſub Miniſtris, ac Fratris Amadæi de Coletanis, Clarenis, de Sancto Evangelio, ſeu de Capucio, ac Diſcalciatos nuncupatos, aut alios ſimiles quocunque

Miniſtri Provin. ad triennium durent.

Miniſtri eligantur de reform.

Qui intelliguntur nomine reformatorum.

Amadei, Clareni, &c. vniuntur.

quę alio nomine nuncupentur, & regulam ipſam Beati Franciſci purè, & ſimpliciter obſervant: ex quibus omnibus ſupradictis vnum corpus inſimul facientes, eoſdem ad invicem perpetuò vnimus. Itaque de cætero, omiſſa diverſitate nominum prædictorum, Fratres Minores Sancti Franciſci Regularis Obſervantiæ, vel ſimul, vel diſiunctivè, nuncupentur, & nuncupari poſsint, & debeant: omneſque, & ſingulos, vt præfertur, vnitos, Generali Miniſtro prædicto, et Provincialibus Miniſtris, & Cuſtodibus, in quorum Provincijs, & Cuſtodijs, reſpectivè morantur, in omnibus, & per omnia ſecundùm Regulam ſubijci debeant. Conventuales verò ſecundùm privilegia viuentes quomodo, eiſdem MiniſtrisGenerali, & Provincialibus ſubijci, & obedire debeant, per alias noſtras deſuper edendas litteras declarabimus. Cæterùm, vt diſſenſionum, ſcandalorum, & partialitatum, fomes penitùs ab ipſo Ordine tollatur; præcipimus firmiter, & mandamus, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ipſo facto incurrendæ, à qua nullus præterquàm in mortis atriculo, niſi à Nobis, aut à Sede Apoſtolica poſsit abſolvi; ne aliquis frater Ordinis Sancti Franciſci, appellet alium fratrem eiuſdem Ordinis malitiosè, irriſoriè, ſeu improperiosè privilegiatum, Coletanum, Bulliſtam, Amadeiſtam, Clarenum, de Evangelio, ſeu de Caputio, Bigotum, aut alio quovis nomine, etiam de novo reperto, ſeu fortè in futurum, occaſione priorum diviſionum ipſius Ordinis, vel huius noſtræ Sanctæ Inſtitutionis, & vnionis, Spiritus Sancti gratia compoſitæ, à quocunque imponendo, ſeu alio quovis irriſorio, iniurioſo, ſeu improperioſo nomine, aut quod pro improperioſo à patientibus habetur, necnon omnibus, tam clericis, quàm laicis, ne fratres huiuſmodi, aut eorum fautores, præfatis nominibus irriſoriè, ſeu malitiosè appellet: ſed omnes fratres ipſius Ordinis, Fratres Minores (vt præfertur) ſeu Sancti Franciſci, à ſe ipſis, & omnibus alijs nominentur. Item ſtatuimus, quòd de cætero nullus frater reformatus poſſit per quemcumque Prælatum Ordinis, & Mini-

Conventual. ſecundum privilegia viventes.

Bulliſta, Amadeiſta Clarenus vocetur nullus.

Iniurioſum verbum nõ dicatur.

Omnes fratres Minores nominentur.

niſtrum Generalem mitti ad morandum ad aliquem Conventum non reformatum, aut pro reformato non habitum, excepto quòd ſi Capitulis Provincialibus videretur minus malum, aliquem frater licentiare ad nondum reformatos, quàm ipſum cùm reformatis retinere; tali caſu poſsint Prælati mittere fratrem, ſeu fratres reformatos, ad nondum reformatos: Inhibentes ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, omnibus, & ſingulis Conventualium ſecundum privilegia viventium, Prælatis, ac Fratribus, ne aliquem ex præfatis reformatis (niſi modo prædicto) recipere audeant. Similiter & dictis reformatis fratribus, ſub eadem pœna, ne ab obedientia ſuorum Miniſtrorum vllatenus, quàm modo prædicto recedant. Et ne ex novarum ſectarum in dicto Ordine forſan introductione fienda, Ordinem iterum in rixas devenire oporteat: volumus, & in virtute ſactæ obedientiæ firmiter præcipimus, & mandamus, quòd de cætero nullæ novæ ſectæ, vel reformationes in dicto Ordine introducantur, aut fiant, abſque Miniſtri Generalis, aut Provincialium Miniſtrorum reformatorum in ſuis Provincijs reſpectivè expreſſo aſſenſu. Ita tamen quòd dictæ reformationes ipſi Miniſtro Generali, & Provincialibus reformatis per omnia iuxta regulam ſubijciantur, vt ſupra expreſſum eſt de alijs reformatis. Qua propter omnes domos, loca, & eremitoria, quæ Fratres de Obſervantia, ſeu Familia, ſeu alij reformati, ſub Miniſtris, quocumque nomine appellati fuerint, hactenus tenuerunt, & poſſederunt, ipſi Miniſtro Generali, & Provincialibus Miniſtris reformatis, & per nos ſic inſtitutis, & declaratis in ſuis Provincijs, reſpectivè, perpetuò ſubijcimus, & incorporamus. Volentes, loca ipſa per ipſos Miniſtros, ac eorum ſucceſſores reformatos, perpetuo teneri, & poſſideri, & regi, & gubernari. Quaſcunque lites deſuper exortas coram quibuſcumque iudicibus ordinarijs, vel delegatis, etiam S. R. E. Cardinalibus, & dicti Ordinis Protectore, aut Sacri Palatij noſtri Auditoribus, ſive Commiſſarijs Apoſtolicis, tam in Ro-

Novæ ſectæ non introducantur.

Omnes reformæ ſubijciantur Miniſtr.

Lites extinguuntur.

mana Curia, quàm extra eandem; & tam inter Prælatos, quàm etiam inter Subditos, in quibuſcumque ſtatu, vel inſtantia, tam ſuper poſſeſſorio, quàm petitorio, ſeu & ſpolio, ſi quomodolibet prætendi poſſit, deſuper pendẽtes, etſi huiuſmodi loca de obedientia, & de Capitulis Fratrum Conventualium dicti Ordinis priùs fuiſſent: ad nos advocamus penitus, & extinguimus; ſilentium perpetuum partibus imponentes: ſententias quoque, & proceſſus, per quoſcunque iudices in eis habitos, & latas, ac inde ſecuta quæcunque (etiamſi lites ipſæ ratione locorum, fratrum, & bonorum, ſive inde receptorum, aut cuiuſcumque alterius rei occaſione, vel cauſa motæ fuiſſent) caſſamus, & annullamus. Et nihilominus dictis Fratribus Conventualibus, necnon quibuſvis iudicibus, ac alijs quibuſcunque, ne quicquam contra huiuſmodi noſtram declarationem, inſtitutionem, innovationem, vnionem, & incorporationem, in iudicio, vel extra, attentare, procurare, iudicare, pronunciare, etſi eis per nos commiſſum exiſtat, ſeu infuturum committatur, præſumant; ſub pœna excommunicationis latæ ſententię, ac privationis beneficiorum quę obtinent, ac etiam inhabilitationis ad alia in poſterum obtinenda, eo ipſo incurrenda, inhibemus, præcipimus, & mandamus. Demùm, vt ſecundùm exigentiam locorum, perſonarum, & morum, cuncta, quæ conducere videbuntur pro manutenentia reformationis per totam Chriſtianitatem in dicto Ordine iam Divina gratia introductę, iuſtè, providè, & diſcretè, valeant ſtatui, & ordinari; Volumus, Capitulum Generaliſsimum, proximè celebrandum, teneri deputare ex probatioribus, doctioribus, ac magis expertis fratribus nonnullos ex diverſis regionibus aſſumptos, qui omnia, & ſingula, quæ pro manutenentia reformationis, & vera Regulæ obſervantia, ac huius noſtrę Conſtitutionis debita executione, accõmoda iudicaverint, in vnum recolligant, approbanda per totum Capitulum, vel maiorem partem eiuſdem; ac tandem per nos Apoſtolicæ confirmationis patroci-

Obedientia.

Pro manutenẽtia refor. fiant ordinationes.

nio

ſtio munienda. Et nihilominus moderno, & pro tempore exiſtenti, Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, necnon vniverſis Archiepiſcopis, & Eccleſiarum Prælatis, ac quibuſcunque in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis perſonis, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs ipſi, & eorum ſinguli, præſentes noſtras litteras, & in eis contenta quęcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Generalis, ac Provincialium Miniſtrorum Reformatorum, ſeu alicuius eorum ſuper hoc requiſiti fuerint, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſsis efficacis defenſionis pręſidio aſsiſtentes, faciant, eos omnibus, & ſingulis prædictis pacificè frui, & gaudere non permittentes eos de ſuper per quoſcunque quavis auctoritate fungentes, quomodolibet indebitè moleſtari; contradictiones per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris remedia, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis, appellatione poſtpoſita, compeſcentes. Non obſtan. quibuſcumque litteris Apoſt. & indultis, & in Sac. Concilij Conſtantien. dictæ Religionis Fratribus, Familijs, Congregationibus, denominationibus, aut alicui eorum, ſive illarum auctoribus, & inſtitutionibus, Conventualibus, ſive Reformatis, aut de Familia Fratribus, ſub quibuſvis verborum formis, ſolemnitatibus, & clauſulis fortioribus, & inſolitis, conceſsis, ſeu forſitan infuturum concedendis, etiamſi tales forent, quòd de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, expreſſa, individua, ac de verbo ad verbum mentio eſſet habenda; quibus quoad præmiſſa expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Cæterùm, quia difficile foret, has noſtras præſentes litteras ad quælibet loca, vbi opus fuerit, deferre; Volumus, & auctoritate Apoſtolica decernimus, quòd tranſumptis earundem, manu Notarij publici ſignatis, & alicuius Prælati Eccleſiaſtici ſigillo munitis, ea prorſus fides in iudicio, & extra, adhibeatur, quæ adhiberetur, ſi præſentes originales litteræ exhibitæ, vel oſtenſæ, forent. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ inſtitutionis,

nis,diffinitionis, ſubmiſsionis,conceſsionis,ordinationis, declarationis, vnionis, ſtatuti, ſubiectionis, incorporationis, advocationis,impoſitionis,caſſationis,extinctionis, inhibitionis, ac mandati, derogationis,voluntatis, decreti, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo, IIII. Kalen. Iunij, Pontificatus noſtri anno quinto. *Bembus. Tho. de Bivis.*

BVLLA SANCTISSIMI D. N. D. PIJ QVINTI. De modo ſervando in Electionibus Prælatorum Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia.

PIVS PAPA QVINTVS
Ad perpetuam rei memoriam.

PASTORALIS Officij nobis divinitus iniuncti aſsidua ſolicitudo nos admonet, vt omni cura, & vigilantia ad ea ſemper intendamus, per quæ omnes perſonę regulares, ſub ſuavi Religionis iugo, Altiſsimo famulantes in regularium, ac ſalutarium inſtitutorum obſervatione, non modò conſerventur, ſed ad illa obſervanda modis, & rationibus congruentibus, admoneantur, & impellantur. Conſiderantes autem, quàm vberes fructus Ordo Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia,qui in humilitate,& paciencia potiſsimùm fundatus exiſtit, hactenus in agro Domini attulerit, & in dies magis, cooperante eo, à quo bona cuncta procedunt, afferre non ceſſet, nonnulla ordinanda, & à Fratribus prædictis obſervanda cenſuimus,per quæ,Deo omnipotente auctore,dictus Ordo,per noſtræ providenciæ miniſterium,fœlicia in Domino ſuſcipere poſsit incrementa. Motu igitur proprio,non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitio-

tionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, maturaque deliberatione noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuò valitura ſanctione ſtatuimus, & ordinamus: Quòd illi fratres eiuſdem Ordinis, poſthac, in Generalem Miniſtrum, & reliquos ſuperiores, ſolùm eligantur, qui regulam ipſius B. P. Seraphici benè obſervare, & qui in choro, victu, veſtitu, quantùm officij neceſsitas concefferit, cum alijs ſe conformare ſoleant, ac debeant: ſuper quo Barchinonenſes Conſtitutiones, harum ſerie innovamus, omneſque tam ſuperiorum quorumcunque, quàm Diffinitorum, Cuſtodum, & Diſcretorum electiones, per vota ſecreta fiant, iuxta Sacri Concilij Tridentini decreta, aliter electiones factæ pro tempore, nullæ, & penitus irritę ſint, & inanes; electique pœnas in dictis decretis contentas, incurrant eo ipſo. Quòdque Miniſter Generalis, Commiſſarius, vel Procurator Generales, & Provinciales in eo Capitulo, quo abſolvi debent, Diffinitores non ſint, neque vocem habeant, ſed facta ſucceſſoris electione, diſcedant, vt ſi quis eo accuſare velit, liberè agat. Quòd Pronvincialium Miniſtrorum electio, liberè per vota ſecreta, vt ſuprà, fiat, ita vt Commiſſarius Generalis, vel qui electioni præſederit, ſi formam prædictam tranſgredi, ſeu electores, quò minùs liberè eligant, quovis modo impedire convictus fuerit; officio privatus exiſtat. Qui verò in electionibus omnibus, vel ante eas per ſex menſes pro ſe, vel pro alio ſubornaverit, excommunicationis ſententiam, ipſo facto incurrat, à qua, niſi à Romano Pontifice, pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo, abſolvi non poſsit; ac voce activa, & paſsiva perpetuò careat. Subornatus, vel alius etiam pro quo ſubornatio fiet, qui ſubornantem non detulerit, eandem pœnam incurrere cenſeatur. Qui autem ad officium obtinendum quorumvis favorem extra Religionem procuraverit, vltra prædictas pœnas, per menſem carceri mancipetur. Quòd officium Generalis Miniſtri octo annos duret; Commiſſarij, & Procuratoris Generalis, & Pro

Prælati quales debeant eligi.

Electiones ſecretæ fiant.

Subornantium pœn.

Pœna procurâtis dignitatem medio ſæcularium.

yin-

Digitized by Google

vincialis quatuor; ipſique ſemel officio functi,ad idem eligi non poſsint, niſi poſt ſexdecim annos, nec Miniſter Generalis in Commiſſarium, vel Procuratorem Generales,nec Commiſſarius Generalis in Miniſtrum, ſeu Procuratorem Generales,nec Procurator Generalis in Miniſtrum, vel Commiſſarium Generales, niſi poſt dictos ſexdecim annos, vt munus ſibi iniunctum cum maiori fructu exercere valeant: poſsit tamen Miniſter Provincialis in alia Provincia Provincialis eſſe. Et Capitulum, quod dicitur intermedium,poſt quatuor annos ab electione Generalis celebrari debeat.QuòdGeneralis Miniſter habeat duosDiſcretos ſecum, vnũ ex qualibet Familia,quorum conſilio vti debeat in gravioribus, ſintque immediatè ſubditi Miniſtro Generali, ac in Generali, & Provincialibus Capitulis habeant vocem, & præcedant omnes alios tam in loco, quàm in voce, niſi illos dumtaxat, qui Miniſtri Generalis munus obierint; vnaquæque autem Familia ſuum eligat poſt electionem Miniſtri Generalis, & Diffinitorum. Si moriantur, aut occupentur à nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente, occupatione longa, aut ab ipſo Generali Miniſtro legitimè priventur; alium, ſeu alios eligat Miniſter Generalis, præcedente voto Provincialium eiuſdem Familiæ; eorumque officium cum ipſo Miniſtro Generali expiret, tametſi in Capitulis Generalibus officio Diſcretorum huiuſmodi functi vocem habere poſsint. Quòd Generalis Miniſter duos Secretarios habeat, alterum videlicèt ex altera Familia,quo cum negotia cuiuslibet Familiæ expediat, eiſque arbitrio ſuo vti poſsit. Quòd Sacræ Theologiæ Lector, qui quatuor curſus abſolverit, activa, & paſsiva voce vtatur in Provinciali Capitulo. Quòd Miniſter Generalis, Commiſſarius, Provinciales, & alij Viſitatores, & domi, & foris ita parcè, & modeſtè in expenſis ſe gerant, vt ſanctę paupertatis memores, tam Conventus relevare,quàm proximos ædificare procurent: Qui tamen hoc non obſervabit, ſi Generalis fuerit, à Diffinitoribus Capituli Generalis, reliqui à Superiori-

bus

Generalis ſit octennalis, Provinciales ſint quadriennales.

Vacatio ab officijs.

Generalis habeat duos Diſcretos.

Et totidem ſecret.

Lectores quadrúplici curſu completo vocem in Capitulis habeant.

Digitized by Google

bus condignè puniantur. Poſtremò, quòd in Novitij recipiendis fiat inquiſitio de moribus, & vita eorum, iuxta Regulam eiuſdem Beati Fräciſci,quæ ait,diligenter examinent eos de Fide Catholica, & de Eccleſiaſticis Sacramentis, &c. Et fiat inquiſitio de progenitorum ſuorum defectu. Volentes, quòd ijs, qui ex Mahumetanorum, vel Iudæorum genere deſcendunt, cùm poſt ſuſceptum ab eis Sacrum baptiſma, Græci, & Iudæi diſtinctio eſſe non debeat, nullatenus defectus generis huiuſmodi, quò minùs in Ordinem prædictum recipiantur, & ad conſequendas in dicto Ordine dignitates, & gradus, & officia Religionis, vel cuipiam alteri, nocere poſsit, vel debeat. Et quoad deſcendentes ex hæreticis, videlicèt converſis, pariter minimè circa præmiſſa quicquam obſtet: quoad verò illos, qui ex hæreticis damnatis, & non converſis, vel quorum ſtatuæ combuſtæ fuerunt, originem ducunt per lineam paternam vſque ad ſecundam generationem, per lineam autem maternam, vſque ad primam, tantùm in præmiſsis obeſſe decernimus: & idem ſervetur in fratribus,qui ad Sacros,etiam Presbyteratus,ordines admittuntur. Non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis, & quibuſvis dicti Ordinis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis Ordini, & Superioribus huiuſmodi, per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam Nos,& Sedẽ Apoſtolicam,etiã motu,ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus,ac cũ quibuſvis etiam derogatoriarũ derogatorijs,alijſq;fortioribus,efficacioribus & inſolitis clauſulis,irritantibuſque, & alijs decretis, in genere,vel in ſpecie quomodolibet conceſsis, confirmatis, & ſæpiùs innovatis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, eorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæ-

Quæ nationes prohibentur ad dignitates obtinendas

te-

teriſque contrarijs quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die vigeſima octava Maij, M.D.LXXI. Pontificatus noſtri auno ſexto. *Caſ. Glorierius.*

MODIFICATIO, ET DECLARATIO BVLLÆ Pij V. de modo ſervando in electione Prælatorum Ordinis per S. D.N. Gregorium Decimum tertium facta.

GREGORIVS PAPA XIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

CONSVEVIT Romanus Pontifex, cui vniverſi Chriſti fideles, curæ ſunt, de Religioni adſcriptis viris, vt in regularis obſervantiæ candore ijdem conſerventur, ſpecialem cogitationem ſuſcipere; quòd ſi aliqua per prædeſſores ſuos ad eum finem ſtatuta ſunt, quæ, experientia docente, minimè expedire cognoſcit; declarationibus, alijſque rationibus, non deſinit proſpicere. Accepimus nuper, fel. rec. Pium Papam V. prædeceſſorem noſtrum, per ſuas in forma Brevis litteras, quarum ſeriem præſentibus pro expreſsis habemus, circa Ordinem Fratrum Minorum de Obſervantia, ſalubriter in via Domini dirigendum, inter alia de Miniſtro Generali, Commiſſario, & Procuratore, etiam Generalibus, & Provincialibus, vt eo in Capitulo, quo abſolvi debent, Diffinitores non eſſent, neque vocem haberent, ſtatuiſſe. Nos eam prædeſſoris ordinationem nonnullis de cauſis, quę rationi maximè conſonæ ſunt, adducti; ad eum actum coarctamus, dum in officio, quod geſſerunt, ſucceſſor eligitur. Dictarum verò litterarum partem, quæ antedictæ proxima eſt, in qua cavetur, vt ijdem omnes Miniſter Generalis, & alij prædicti, facta ſucceſsionis electione, diſcedant, nos ita declaramus, vt ſtatim facta renunciatione officij, diſcedere debeant, vt ſi qui eos accuſare velint, durante tempore Syndicatus, liberè id facere poſsint; eo autem finito, iuxta ſeriem dicti Ordinis Generalium Statutorum, in Diffinitorio,

Qui in elect. ſucceſſoris votum non habet.

Quando abſentaré ſe debent.

re-

recipiantur. Ac dum per eaſdem litteras præcipiebatur, quòd Provincialium Miniſtrorum electio liberè per vota ſecreta fieret, itaut Commiſſarius Generalis, vel qui electioni prę ſideret, ſi formam prædictam tranſgredi, ſeu electores, quominùs liberè eligerent, quovis modo impedire convictus fuiſſet; officio privatus exiſteret: qui verò in electionibus omnibus, vel ante eas per ſex menſes pro ſe, vel pro alio ſubornaſſet, excommunicationis ſententiam, à qua non niſi per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, præter quàm in mortis articulo abſolvi poſſet, & voce activa, & paſsiva perpetuò careret, facultatem, quoad caſus prædictos, Romano Pontifici dumtaxat per dictum prædeceſſorem reſervatam, etiam Miniſtro, & Commiſſario Generalibus, quando de ipſis non agitur, in omnes eventus prædictos impartimur. Quod autem de ſubornato, & eo, pro quo ſubornatio fieret, qui ſubornantem non detuliſſet, vt eandem excommunicationis pœnam incurreret, per dictum prędeceſſorem ſtatutum fuit, penitus abolemus. Et quod diſponebatur de officio generalis Miniſtri, quod per octo annos duraret; Commiſſarij verò, ac Procuratoris Generalis, necnon Provincialis per quatuor, ipſique ſemel officio functi, ad idem eligi non poſſent, niſi per ſexdecim annos; Nos ad ſtatutorum generalium dicti Ordinis ſeriem, & formã reducimus; quibus dicitur expreſsè, quòd officia ſemel exercentes, ab eis, quæ geſſerunt, per duplum temporis vacare debent, ita vt duæ electiones celebrentur, antequam ad eadem officia iterum eligantur. Corrigimus etiam literarum prædictarum eam partem, in qua ſtatuitur, quòd nec Commiſſarius Generalis in Miniſtrum, ſeu Procuratorem Generales, nec Procurator Generalis in Miniſtrum, vel Commiſſarium Generales, nec Miniſter Generalis in Procuratorem, vel Commiſſarium Generales, niſi poſt dictos ſexdecim annos eligi poſsint; dantes, & concedentes eis, ad quos ſpectat, facultatem Commiſſarium Generalem in Miniſtrum, ſeu Procuratorem Generales, & è converſo etiam immediatè

A ſubornatione poteſt Prælatus abſolvere.

Quamdiu ab officijs vacandum.

Quomodo Prælatus ad aliã Prælaturam eligi poteſt.

 poſt-

poſtquàm aliquo ex dictis officijs functi fuerint, etiam lapſu temporis prædicto non expectato, pro tempore eligendi. Præterea ex eiſdem literis quod de duobus Diſcretis, quorum conſilio Generalis Miniſter vti deberet, mandatum fuerat, cùm expertum ſit, dictos Diſcretos habere, nequaquàm Ordini prædicto expedire. Quodque de Sacræ Theologiæ lectore, qui quatuor curſus abſolviſſet, vt activa, & paſsiva voce in Provinciali Capitulo vteretur, in eiſdem ſtatuebatur, tollimus. Decernentes de novo, quòd quoad illos, qui ex Mahumetanorum, Iudæorum, vel hæreticorum damnatorum deſcendunt origine, ſervetur quod piæ memor. Paulus Papa IV. prædeceſſor noſter per ſuas in forma Brevis litteras, ſub dat. videlicèt vigeſima quarta Aprili, M.D L.IX. Pontificatus ſui anno quarto, ſtatuit. Non obſtantibus litteris Prædeceſſoris noſtri prædictis in partibus per Nos aliàs declaratis, & reformatis, quas in reliquis firmas eſſe volumus; cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ, apud Sanctum Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die octava Septembris, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio: Pontificatus noſtri anno ſecundo. *Caſ. Glorierius.*

Diſcreti generales amoveantur.

Quid de Iudæis Religioſis factis.

DEROGATIO MODIFICATIONIS PRÆCEdentis Bullæ, declaratio eiuſdem, & ampliatio ab eodem S. D. N. Gregorio Papa XIII. facta.

GREGORIVS PAPA XIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

CONSVEVIT Romanus Pontifex, cui vniverſi fideles curæ ſunt, de religioſis, vt in regularis obſervantiæ candore ijdem conſerventur, ſpecialem cogitationem ſuſcipere. Quòd ſi aliqua à ſe, vel ſuis Prędeceſſoribus ad eum finem ſtatuta ſint, experientia docente, minimè expedire cognoſcit, declarationibus, alijſque rationibus non deſinit proſpicere. Itaque, licèt Pontificatus noſtri initio quaſdam litteras in forma Brevis ſanctę mem. Pij Papæ V. Prędeceſſoris noſtri, de modo in electionibus prælatorum Ordinis Fratr. Minor.

de

de Obſervantia ſervando emanatas, ad aliquorum di-
cti Ordinis prælatorum inſtantiam, per alias ſimiles no-
ſtras litteras, Pontificatus noſtri anno ſecundo, die
octava Septembris datas, moderaverimus, declaraveri-
muſque, atque in quibuſdam revocauerimus; tamen
procedente tempore ipſa experientia docuit, nonnulla
aliter, quæ in dicti Prædeceſſoris noſtri litteris ſtatuta,
& decreta erant, & per Nos mutata, declarata, vel re-
vocata, in priſtinum reſtitui debere, vel illa in con-
venientiorem dicto Ordini modum reformare, & de-
clarare expedire, necnon aliqua ad obſervantiæ regu-
laris in dicto Ordine conſervationem ſpectantia de
novo ſtatuere: Cùm igitur inter cætera dictus Præde-
ceſſor noſter ſtatuerit, quòd Miniſter Generalis, Com-
miſſarius, & Procurator Generales, necnon Romanæ
Curiæ Commiſſarius, & Provinciales Miniſtri in eo
Capitulo, in quo à ſuis officijs abſolvi debent, Diffini-
tores non ſint, neque vocem habeant, ſed facta ſucceſ-
ſoris electione diſcedant, vt ſi quis eos accuſari velit,
liberè agat: Nos eam Prædeceſſoris ordinationem ad
eum actum coarctavimus, dum in officio quod geſſe-
runt ſucceſſor eligitur. Dictarum verò litterarum par-
tem, quæ antedictæ proxima eſt, in qua cavetur, vt ij-
dem omnes Miniſter Generalis, & alij prædicti, facta
ſucceſſoris electione diſcedant, Nos ita declaravimus,
vt ſtatim facta officij renunciatione diſcedere debeant,
vt ſi qui eos accuſare velint, durante tempore ſyndica-
tus, liberè id facere poſsint: eo autem finito iuxta ſe-
riem dicti Ordinis generalium ſtatutorum in Diffini-
torio recipiantur. Ad tollendam autem omnem ambi-
guitatem, & difficultatem, quæ ſuper iſtis noſtris, vel
Prædeceſſoris noſtri verbis oriri inter Fratres prædi-
ctos poſſent, ita vt ſequitur, quid circa prædicta ſervari
velimus, expreſsiùs declaramus; volentes, omnes præ-
dictos, ſcilicet Generalem Miniſtrum, Commiſſarium,
& Procuratorem generales, vel Commiſſarium Curiæ,
non debere admitti in Diffinitorio Capituli generalis,
in quo à ſuis oficijs abſolvuntur, neque in eo loco vo-
cem habere, dũ is actus agitur, in quo ſyndicatus ſui ra-

 tio-

tionem reddere tenentur. Sic, quòd Miniſter generalis, facta officij renunciatione, antequam ſucceſſor eligatur, diſcedat ex Diffinitorio, vt eo abſente liberè agere poſsint contra eum, ſiqui ex Provincijs accuſare eum velint, & vllas habeant adverſus eum querelas; quo actu finito, in omnibus alijs actibus, & electionibus, & Diffinitorijs adeſſe poſsit, & vocem habere, in quibus ſecundùm generalia ordinis prædicti ſtatuta adeſſe, & vocem habere poſsit. Idem de Commiſſario generali, reſpectivè, ſervetur; ſic quòd Commiſſarius generalis poſt redditam ſyndicatus ſui rationem in alijs actibus, & electionibus vocem habere poſsit, in quibus ſecundùm ſtatuta generalia vocem habere Commiſſarij Generales hactenus potuere. Provinciales quoque Miniſtri poſt redditam ſyndicatus ſui rationem, poſsint, & debeant in Diffinitorio admitti, & vocem in reliquis actibus Capituli Provincialis, electionibuſque, habere. Idem de Procuratore Generali, Commiſſarioque Curiæ obſervetur reſpectu Capituli generalis; quòd ſcilicet ſint de Diffinitorio, vocemque in omnibus actibus, & electionibus Capituli generalis habeant, præterquam dum is actus agitur, in quo ſyndicatus ſui rationem reddere tenentur. Neque enim æquum cenſemus, vt ijs qui negotiorum Ordinis habent experientiam, & notitiam, excluſis, per ſolos Generalem, & Diffinitores novos, rerum Religionis non ita gnaros, aut expertos, atque opus eſſet, de illis pronuncietur, ſtatuatur, & diffiniatur. Declarantes etiam, non eſſe mentis noſtræ, aut voluntatis; generalem Miniſtrum, aut Commiſſarium generalem Ordinis, conceſſa illis per ſtatuta generalia voce, privare, aut Capituli Generalis Diffinitorio excludere, niſi tum, dum de particulari vniuſcuiuſque eorum accuſatione, & correctione agitur, & deliberatur. Eam autem partem litterarum noſtrarum (qua dicimus, corrigimus etiam litterarum prædictarum eam partem, in qua ſtatuitur, quòd nec Commiſſarius generalis in Miniſtrum, ſeu Procuratorem generales, nec Procurator generalis in Miniſtrum, vel Commiſſarium gene-

Quomodo Prælati in electione ſucceſſo. ũ habeãt votum.

ra-

Digitized by Google

rales, nec Procurator generalis in Miniſtrum, vel Commiſſarium generales, nec Miniſter generalis in Procuratorem, vel Commiſſarium generales, niſi poſt ſexdecim annos eligi poſsint) dantes, & concedentes eis ad quos ſpectat, facultatem Comiſſarium generalem in Miniſtrum, ſeu Procuratorem generales, & è converſo, etiam immediatè, poſtquam aliquo ex dictis officijs functi fuerint, etiam lapſu temporis prædicto non expectato, pro tempore eligendi; pariter mutandum decrevimus: vt omnino iuxta Prędeceſſoris noſtri decretum, illi qui Miniſtri fuerint, Commiſſarij, aut Procuratores generales, vel Curiæ Comiſſarij, non poſsint, niſi poſt ſexdecim à ſua ab officijs prędictis abſolutionis finitos annos, in generales Miniſtros, Commiſſarioſve eligi, aut aſſumi, quatenus dum in officijs prędictis fuerint, ablata illis omni ambitiones occaſione, totos ſe ad ea, quę ſuarum partiũ eſſe dignoſcuntur, ſincerè diligenterque agenda convertant, & cedant, omni ambitus cogitatione abiecta. Miniſtri autem Provinciales per duplum temporis officij Miniſteriatus, poſtquam abſoluti à tali officio fuerint, in Miniſtros Provinciales reeligi poſsint. In reliquis litteras noſtras prędictas firmas eſſe volumus, atque in ſuo permanere robore. Ad ea autem, quæ in prædictis prædeceſſoris noſtri litteris contra recurrentes ad ſæcularium, & aliquarum extra dictum Ordinem perſonarum favores, ad aliquod officium in Ordine habendum ſtatuta ſunt, aliquid addendum cenſuimus. Nam dum aliquæ extra dictum Ordinem perſonæ pro aliquo fratre officium quodpiam, vel per ſeipſos, vel per nuncios ſuos, aut litteras petebant, negare dicti fratres conſuevere, ſe vllo modo dictas perſonas ad prædicta ſollicitaſſe: idem quoque dictæ perſonæ facere ſolitæ erant negantes, ſe à dictis fuiſſe fratribus ſollicitatas ad tale pro eis faciendum officium: ſicque ad eorum correctionem, qui contra dictam prædeceſſoris noſtri ordinationem faciebant, procedi nullomodo poterat. Vndè, vt huic malo obviam convenienti catur remedio, ſtatuimus, & de-

Innovatio.

Miniſt. & Commiſſarius generales Curiæ procurator ad quæ officia eligi nõ poſsint, niſi ſexdecim annorum criculo trã ſacto.

Miniſtri provinciales quanto tempore ab eodem officio vacare debent.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

cernimus, quòd is frater, pro quo ſecularis aliquis cuiuſcumque gradus, aut conditionis fuerit, & quæcunque alia, extra dictum Ordinem, perſona rogaverit, & petierit, verbo, litteriſve, aut nuncijs, ſeu aliàs quomodocunque per ſe, vel alios, vt aliquod illi officium in Ordine prædicto detur, ipſo facto activa, paſsivaque voce privatus ſit, ad omniaque Ordinis officia inhabilis habeatur (niſi legitimè conſtiterit, aliquem ex malitia rogatores huiuſmodi ſubornaſſe, vt illi pro quo rogarent, aut ſcriberent, occaſione huius noſtri ſtatuti, nocerēt, & præiudicarēt) vt pro eo, quòd amicos ſuos extra Ordinem fratres prædicti ſolicitare conſueverant ad aliquod in Ordine officium eorum favore aſſequendum, maiori vtantur de cætero diligentia ad eos hortandos, & rogandos, ne vllum pro ipſis officium petant, aut ad aliquod pro illis habendum officium, ſuum interponant favorem. Non obſtantibus præmiſsis, necnon omnibus illis, quæ in litteris prædictis conceſſum fuit non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die vigeſima nona Aprilis, M. D. L X X I X. Pontificatus noſtri anno ſeptimo. *Cæſ. Glorierius.*

Innovatio. Quam graviter puniatur qui favorem extra ordin. attentarit.

BVLLA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI D. PAPÆ PIJ QVINTI, ſuper clauſura, & reformatione quarumcunque Monialium.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.
Ad perpetuam rei memoriam.

CIRCA Paſtoralis officij Nobis, meritis imparibus, deſuper commiſsi, curam, quantum Nobis ex alto permittitur, invigilantes aſsiduè ad ea, per quæ ſingulis erroribus, & exceſsibus obviatur, ac perſonis quibuslibet, præſertim fœminei ſexus, virginitatem ſuam Altiſsimo voventibus, ſub Religionis iugo Chriſto Salvatori in caſtitatis holocauſto famulari affectantibus, à ſemita iuſtitiæ, & honeſtatis declinanti-

tibus, ne quicquam in eis reperiatur incongruum, quod inRegularis ponat honeſtitatis gloria maculam, & Divinam meritò poſsit offendere Maieſtatem, opportunè ſuccurritur;libenter intendimus:ac in his noſtrę vigilantię partes propenſiùs impartimur, prout in Domino ſalubriter expedire conſpicimus. Hac igitur perpetuò valitura Conſtitutione,in hęrentes etiã Conſtitutioni fel.rec. Bonifacij Papæ Octavi,Prędeceſſoris noſtri,quę incipit *Periculoſo*,& decretisConcilij Tridẽtini ſuper clauſuraMonialium editis,auctoritate Apoſtolica,tenore præſentium ſtatuimus, atque perpetuò decernimus,vniverſas,& ſingulas Moniales pręſentes, atque futuras (cuiuſcunque Religionis, Ordinis, vel Militiarum, etiam Hieroſolymitanarum, ſint, quæ, vel iam receptæ ſint, vel in poſterum in quibuſuis Monaſterijs, ſive domibus recipientur, & tacitè, vel expreſsè Religionem profeſſæ, etiamſi converſæ, aut quocunque alio nòmine appellentur, etiamſi ex inſtitutis, vel fundationibus earum Regulæ ad clauſuram non teneantur,nec vnquàm in earum Monaſterijs,ſeu domibus fuerit) debere de cetero permãere ſub clauſura, iuxta formam dictæ Conſtitutionis fel. recor. Bonifacij Papæ Octavi, Prędeceſſoris noſtri, quæ incipit:*Periculoſo*, in Sacro Concilio Tridentino approbatam, & innovatam, quam Nos autoritate pręfata etiam approbamus,& innovamus; in omnibus,& per omnia, ac illã diſtrictè obſervari mandamus. Quòd ſi aliquæ Moniales forſan reperiantur, quæ conſuetudine, ac etiam immemorabili inſtituto, vel fundatione Regulæ ſuę fretę, animo obſtinato, huic clauſuræ reſiſtant, aut quoquomodo reluctentur, Ordinarij, vnà cum Superioribus earum, omnibus iuris, & facti remedijs compellant eaſdem, tamquàm rebelles, & incorrigibiles, ad pręcisè ſubeundum dictam clauſuram, & perpetuo obſervandum. Mulieres quoque, quæ Tertiariæ, ſeu de Pœnitentia dicuntur, cuiuſcunque fuerint Ordinis in congregatione viventes, ſi & ipſæ profeſſæ fuerint, ita vt ſolemne votum emiſerint; ad clauſuram pręcisè (vt premittitur) & ipſe teneantur:

Clauſura perpetuo ſervanda.

Clauſura ſervare nolentes cogantur.

Tertiariæ quom.clauſuram ſervare teneantur.

quòd

quòd ſi votum ſolemne non emiſerint, Ordinarij vnà cum Superioribus earum, hortentur, & perſuadere ſtudeant, vt illud emittant, & profiteantur; ac poſt emiſsionem,& profeſsionem, eidem clauſurę ſe ſubijciant: quòd ſi recuſaverint,& aliquæ ex eis inventæ fuerint ſcandalosè vivere, ſeveriſsimè puniantur. Cęteris autem omnibus, ſic abſque emiſsione profeſsionis, & clauſurę, vivere omninò volentibus, interdicimus, & perpetuò prohibemus, ne infuturum vllam aliam prorsùs in ſuum Ordinem, Religionem, Congregationemve, recipiant. Quòd ſi contra huiuſmodi hanc noſtram prohibitionem,& decretum, aliquas reciperint,eas ad ſic vivendum omninò inhabiles reddimus, ac illarum quaslibet profeſsiones, & receptiones irritas decernimus, & nullas, prout etiam præſenti decréto, irritas facimus, & annullamus, Porrò, ne Moniales, vel Tertiarię prędictæ, propter hanc clauſuram detrimentum, aut incommodum aliquod, in earum neceſsitatibus (maximè in pertinentibus ad illarum victum) patiantur, ſed vt eis opportunè conſulatur; auctoritate Apoſtolica pręfata ſtatuimus,decernimus, pręcipimus, atque mandamus Ordinarijs, & Superioribus earum,vt curent colligi fidelium eleemoſynas per Converſas, quę non ſunt profeſſę, vel, ſi profeſſę fuerint, tamen ætatis annorum quadraginta, & in domibus contiguis, extra tamen Monaſterium, degāt, & non ingrediantur clauſuram aliarum Monialium,niſi in caſibus ex earum Conſtitutionibus permiſsis, & de earum domibus exire non poſsint pro huiuſmodi eleemoſynis colligendis,niſi de licentia Ordinarij, vel earum Superiorum. Et vt de cętero nullę alię Converſę profeſſę recipi ampliùs, etiam de conſenſu ſuorum Superiorum, vel Prælatorum, poſsint: quòd ſi adverſus hanc noſtram prohibitionem receptę fuerit, illarum receptio nulla, irrita, & inanis ſit; prout ex nunc nullam irritam facimus, & annullamus. Quòd ſi prædicto modo neceſsitatibus Monialium, & mulierum Tertiariarum prędictarum, ſuccurri ſufficienter non poterit; mandamus ipſis Or-

Converſæ per eleem. egreſſę extra clauſuram morētur.

Monialis pro converſo amplius non recipiatur.

di-

dinarijs, & Superioribus earum, vt ipſi provideant de alijs perſonis pijs, & Deo devotis, quæ fidelium eleemoſynas colligant; vel aliàs eo meliori, & commodiori modo, quo fieri poterit, etiam ex opere manuum ipſarum Monialium, & mulierum prędictarum, arbitrio Ordinariorum, & Superiorum earumdem, & prout eis congruentiùs expedire videbitur, provideatur, & ſuccurratur. Et, ne propter Monialium numerum exceſsivum, clauſuræ obſervatio violetur, inhærentes etiam ſimiliter diſpoſitioni dictæ Conſtitutionis Bonifacij, & Concilij Tridentini decreto, Monialibus prædictis, & illarum Superioribus, & Ordinarijs, diſtrictè inhibendo præcipimus, & mandamus, ne plures in earum Monaſterijs recipiant, & admittant, ſive recipi, & admitti permittant, quàm quæ ex proprijs redditibus ipſorum Monaſteriorum, vel conſuetis eleemoſynis, commodè ſuſtentari poſsint. Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ, ſub obteſtatione Divini Iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, vniverſis venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, quatenùs in civitatibus, & Diœceſibus proprijs pręsētes noſtras litteras publicari faciant, ac in Monaſterijs Monialium ſibi ordinario iure ſubiectis (in his verò, quæ ad Romanam mediatè ſpectant Eccleſiam, Sedis Apoſtolicæ auctoritate, vnà cum Superioribus eorundem Monaſteriorum) clauſuram, vt præmittitur, quàm primùm poterit, ſervari procurent: Contra dictores, atque rebelles, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato adhuc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſæcularis. Ac, vt hoc tam ſalutare decretum faciliùs obſervetur, omnes Principes ſęculares, & alios Dominos, & Magiſtratus temporales rogamus, requerimus, & obſecramus, per viſcera miſericordiæ Domini Noſtri Ieſu-Chriſti, eiſdem in remiſsionem peccatorum iniungentes, quòd in præmiſsis omnibus eiſdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & alijs Monialium Superioribus, aſsiſtant, ac ſuum fa-

Numerus pro redditum ratione ſtatuatur.

Prælati circa clauſuram invigilent.

vorem, & auxilium præſtent; ac impedientes pœnis etiam temporalibus afficiant. Non obſtantibus premiſsis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, etiam per Sedem Apoſtolicam approbatis, & confirmatis, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, etiam in fundatione, & inſtitutione, eiſdem Monaſterijs, vel Domibus, & Monialibus ſub quibuſcunque verborum formis, & clauſulis irritantibus, & alijs decretis quibuslibet, conceſsis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua (non autem per clauſulas generales idem importantes) mentio, ſeu quævis alia expreſsio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum insererentur, pro ſufficienter expreſsis habentes, quoad effectum validitatis noſtræ Conſtitutionis tantùm, derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Aut ſi aliquid communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, aut ſuſpendi non poſsit per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem: per hoc autem in Monaſterijs exemptis Ordinarij locorum, quoad alia, nullam ſibi credant iuriſdictionem, vel poteſtatem aliquatenùs eis attributam. Volumus autem, quòd præſentes litteræ ad valuas Baſilicæ Beati Petri Apoſtolorum Principis, & in Cancellaria noſtra, ac acie campi Floræ publicentur, & inter Conſtitutiones extravagantes perpetuò valituras conſcribantur. Et quia difficile foret preſentes ad ſingula quęcumque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quòd earum tranſumptis, etiam impreſsis, manu alicuius Notarij ſubſcriptis, ac ſigilo alicuius Prelati munitis, eadem prorſus fides vbicunque adhibeatur, quę præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam

nam noſtræ approbationis, innovationis, ſtatuti, decreti, mandati, interdicti, prohibitionis, annullationis, pręcipti, inhibitionis, requiſitionis, obſecrationis, iniunctionis, derogationis, declarationis, & voluntatis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, quarto Kalendas Iunij. Pontificatus noſtri anno primo. *Caſ. Glorierius.* — *H. Cumyn.*

CONSTITVTIO REVOCATORIA STATUtorum Fratrum Minorum de Obſervantia, ſuper perpetuitate Diffinitorum, & Patrum dicti Ordinis.

CLEMENS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

SERAPHICVM Ordinem à Beato Franciſco Confeſſore in Militante Eccleſia ſpiritu humilitatis inſtitutum, & tot ſanctorum virorum, qui eius veſtigia ſecuti ſunt, meritis auctum, priſtinæ illius diſciplinæ, quantum cum Domino poſſumus, reſtituere cupientes, ea quæ ipſi Ordini pernicioſa eſſe cognoſcimus, pro noſtri Paſtoralis officij debito de medio tollenda eſſe cenſemus, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire. Cùm itaque (ſicut accepimus) ex quadam conſtitutione aliàs edita in Congregatione generali Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum S. Franciſci, Neapoli, anno 1590. habita (qua decretum fuit, quòd Provinciales Miniſtri actuales, & qui aliàs Miniſteriatus officio functi ſunt, aut generales Procuratores Ordinis, aut in Romana Curia Commiſſarij, aut Patres Ordinis, ſeu Terræ Sanctæ Guardiani, aut per tres annos continuos à Secretis Miniſtri, aut Commiſſarij Generalis fuerint, in omnibus Capitulis, & Congregationibus in Diffini-

torio votum conſultivum, & deciſivum; in electionibus autem quibuſcumque, etiam electivum, in ſua quiſque Provincia tanquàm perpetuò Diſcreti, Vocales, & Diffinitores perpetui, habeant, ſicùt ij etiam, qui Generales Miniſtri, & Commiſſarij item Generales, fuerunt, in omnibus Capitulis, & Congregationibus generalibus, reſpectivè, in Diffinitorio, & electionibus quibuſcumque ſimile votum conſultivum, deciſivum, & electivum habent) nonnulli dicti Ordinis Religioſi, ob huiuſmodi dignitatum, ſeu munerum perpetuitatem, ſive dictæ, aut aliarum quarumcumque ordinationum eiuſdem Ordinis, aut quorumcumque privilegiorum Apoſtolicorum in genere, vel in ſpecie conceſſorum, vigore conceſſam, aut competentem; ſanctæ illius humilitatis obliti, ſpiritu ſuperbiæ inflentur; alij verò eorumdem munerum, & dignitatum cupiditate, ob earum diuturnitatem, magis incendantur: Nos pro noſtra Paſtorali ſollicitudine prædictis malis, ne ad Ordinis perniciem redundent, occurrere cupientes; Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tam prædictam Conſtitutionem in dicta Congregatione generali Neapolitana editam, quàm alias quaſcunque ſingulas ordinationes, & ſtatuta in quibuſvis Capitulis, aut Congregationibus Generalibus, aut Provincialibus, ſeu aliàs quomodolibet edita, quàm quæcunque privilegia Apoſtolica in genere, vel in ſpecie quibuſvis eiuſdem Ordinis Fratribus tam in Italia, quàm extra Italiam, in quibuſvis mundi partibus conceſſa, & emanata, quibus in dicto Ordine perpetuitas dignitatum, officiorum, aut munerum quorumcumque conceditur, vel permittitur (quarum, & quorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro expreſsis haberi volumus) auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuò revocamus, annullamus, & abrogamus, nulliuſque roboris, & momenti deinceps in perpetuum fore, & eſſe; ac eos omnes, & ſingulos, qui vigore dictæ conſtitutionis, & aliarum dictæ Religionis conſtitutionum, hu-

Abrogat officiá perpetua Patrum.

huiuſmodi Diffinitoris, aut Patris, aut alterius cuiuſvis muneris perpetui dignitate, aut officio fuguntur, ea dignitate, & munere, & officiò abſolutos ex nunc eſſe, & fore, nec illis vlteriùs vti, fungi, quinimò in quibuſvis Capitulis, aut Congregationibus, vel dictis Provincialibus quarumcumq; Provinciarũ eiuſdẽ Ordinis primò celebrandis, in Miniſtros, aut Diffinitores, vel Officiales prædictos, hac vice eligi nullo modo poſſe, volumus, decernimus, & declaramus.

Et nihilominus harum ſerie perpetuò ſtatuimus, & ordinamus, vt votum conſultivum, diffinitivum, deciſivum, & electivum ad officia Ordinis, in Capitulis videlicèt, & Congregationibus, aut ſupradictis generalibus vbicunque locorum pro tempore celebrandis, Miniſter Generalis, aut Diffinitores Generales actuales pro tempore, in Provincialibus verò quarumcumque Provinciarum eiuſdem Ordinis, eius reſpectivè Provincialis, & quatuor Diffinitores actuales, habere poſsint; peractoque tempore Miniſteriatus Provincialis, tam ipſi Miniſtri Provinciales, quàm Diffinitores Provinciales actuales ſuo functi ſint officio, illique abſoluti exiſtant eo ipſo, nec vlteriùs Diffinitoris, aut Patris nomen, aut privilegium, quiſquam retinere, illiſque frui poſsit; nec de cætero ſimiles Conſtitutiones, aut ſtatuta in dicto Ordine, aut in quacunque illius Provincia, vel Conventu, quovis modo fieri vllo tempore poſsint. Irritum nihilominùs, & inane decernentes quicquid ſecùs ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus, quatenùs opus ſit, regula noſtra de non tollendo iure quæſito, & alijs Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & prædictis, & quibuſvis alijs eiuſdem Ordinis, & quarumcunque illius Provinciarum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Ordini, eiuſque Superioribus, & fratribus quibuſcunque, ſub quibuſvis tenoribus, formis, & clauſulis, conceſsis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum tenores

Miniſter, & Diffinitores actuales tantum habeãt votum in Capitulis, & Congreg.

res præſententibus pro expreſsis habentes, hac vice dumtaxàt ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſsis, manu alicuius Notarij publici, aut Secretarij ipſius Ordinis, ſubſcriptis, & ſigillo dicti Ordinis, aút alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſticá conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud, adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die decima Aprilis, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo: Pontificatus noſtri anno nono. Locus † annuli Piſcatoris. *M. Veſtrius Barbianus.*

ABROGATIO PATRVM PERPETVORVM Provinciarum totius Ordinis S. Franciſci de Obſervantia, ac Diſcalceatorum Hiſpaniarum, & Indiarum.

GREGORIVS PAPA XV.
Ad perpetuam rei memoriam.

MILITANTIS Eccleſiæ regimini, meritis licèt imparibus, Divina diſpoſitione præſidentes, in his, per quæ Chriſti fidelium ſub ſuavi Religionis iugo Altiſsimo famulantium proſpero, fœliciquе ſtatui conſulitur, Paſtoralis officij noſtri partes libenter interponimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Cùm itaque, ſicut accepimus, multi Ordinis Fratrum Sancti Franciſci de Obſervantia, ac etiam Hiſpaniarum, & Indiarum, Diſcalceatorum, reſpectivè, nuncupati, profeſſores, in numerum Patrum perpetuorum ſuarum Provinciarum relati fuerint, & varia exinde inconvenientia, atque graviſsima incommoda evenerint. Nos inconvenientibus, & incommodis huiuſmodi, quantùm Nobis ex alto conceditur, obviare, proſperoque eorumdem Fratrum regimini, & directioni, conſulere volentes: Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, conceſsiones Patrum perpetuorum Fratribus

præ-

prædictis hactenus quomodolibet factas, Apoſtolica authoritate tenore præſentium perpetuo abrogamus, eiſdemque Fratribus in numerum Patrum perpetuorum (vt præfertur) relatis; omnem vocem activam in Diffinitorio, ac Provincialibus Capitulis, adimimus. Permittimus tamen Miniſtris Provincialibus officio functis, in recognitionem laborum ſuorum, vt in Diffinitorio ſolius Capituli, in quo tunc eorum munus expleverint, tantummodò vocem habeant. Reliqui verò Fratres prædicti, qui olim Miniſtri Provinciales extiterunt, locum ſolummodò, ac præcedentiam conſequantur, nulloque alio privilegio, vel favore gaudeant, prout in Italiæ Provincijs ſervatur. Inſuper quòd Fratres præmemorati, qui Miniſtri Provincialis, Cuſtodis, ac Diffinitoris officio functi ſunt, nullo modo poſsint reeligi, niſi ſexennio tranſacto. Irritumque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari, decernimus, & declaramus. Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis, & privationis officij pœnis, ipſo facto incurrendis, dilectis filijs eorundem Fratrum Miniſtro, & Vicario Generalibus, reſpectivè, vt ſtatim receptis præſentibus litteris, illis pareant, & obediant; deque illis Miniſtros Provinciales, & Fratres in numerum Patrum perpetuorum (vt præfertur) relatos, certiores faciant; ac Miniſtri Provinciales, & Patres perpetui huiuſmodi, omnia, & ſingula in eiſdem litteris contenta, ſub eiſdem pœnis, vti præfertur incurrendis, adimpleant. Non obſtantibus præmiſsis, & quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſsis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum omnium tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſsis habentes (illis aliàs in ſuo robore pemanſuris) hac vice dumtaxàt ſpecialiter, & expreſsè, derogamus; cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die vige-

Ex Miniſter immediatus in recognit. laborum habeat vocem in Capitulo.

Patres Deffinitorij, debent vacare per ſexēn. antequā reeligantur.

Digitized by Google

geſima ſecunda menſis Februarij anni 1621. Pontificatus noſtri anno ſecundo. *S. Cardin. S. Suſann.*

ABROGATIO OMNIVM PRIVILEGIORVM perſonalium Fratribus Minorum Regularis Obſervantiæ Seraphici Patris N. S. Franciſci conceſſorum.

VRBANVS PAPA OCTAVVS,
Ad perpetuam rei memoriam.

INTER cæteras Apoſtolicæ ſervitutis curas, quibus circa vniverſalis Eccleſiæ regimen, humilitati noſtri à Domino commiſſum, aſsiduè premimur, ea Nos non parum ſollicitos habet, vt perſonæ Regulares Divini numinis obſequijs ſub ſuavi Religionis iugo mancipatæ, iuxta regularia earum inſtituta ſalubriter regantur: & propterea, ſi quæ fœlici earum ſtatui obeſſe, aut in aliquo obſervantiæ regularis earum, & diſciplinæ detrimentum vergere cognoſcimus, ea, quantum Nobis ex alto conceditur, removemus, & prohibemus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Cùm itaque, ſicut accepimus, in Ordine Fratrum Minorum S. Franciſci regularis Obſervantiæ, introductus fuerit abuſus, vt paſsim à Superioribus Patres privilegiati efficiantur, ex quo magnum relaxationi oſtium aperitur, & graviſsimum paupertati, & humilitati, quas dictus Ordo profitetur, nocumentum infertur; & propterea vnanimi Vocalium in Generali dicti Ordinis Capitulo, nuper celebrato, congregatorum voto, abuſum huiuſmodi, auctoritate noſtra, tolli deſideratum fuerit. Nos, qui regularem diſciplinam vbique vigere, & omnem illius relaxationi viam præcludi, ſummopere cupimus; de opportuno remedio, quantum cum Domino poſſumus, providere volentes; Motu proprio, ac ex certa ſcientia, maturaque deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & quæcunque privilegia perſonalia, quomodocumque nuncupata, quibuſvis dicti Ordinis Fratribus cuiuſcunque dignitatis, qualitatis, &

& conditionis exiſtant Chariſsimorum in Chriſto filiorum noſtrorum Regis Romanorum, in Imperatorem electi, ac aliorum Regum Prædicatoribus, & Confeſſarijs, dumtaxàt exceptis) quocumque titulo, prætextu, cauſa, & occaſione, & ad cuiuſvis inſtantiam, & ſupplicationibus, tam à Nobis, & Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, quàm etiam à dilecto filio noſtro Franciſco S. Laurentij in Damaſo Diacono, Cardinali Barberino nuncupato, noſtro ſecundum carnem ex fratre germano nepote, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protectore, alijſque eiuſdem Ordinis Protectoribus, à quibuslibet Ordinis huiuſmodi Superioribus hactenus quoquomodo contra, & præter regularia Ordinis prædicti inſtituta, & Apoſtolicas Conſtitutiones, conceſſa; harum ſerie perpetuò revocamus, annullamus cesſamus, abrogamus, & abolemus; illaque perpetuò revocata, caſſata, abrogata, & abolita, iuribuſque, & effectu vacua eſſe, & fore, neminique vllatenus ſuffragari, neque de cætero à quoquam concedi poſſe. Sicque per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores vbique iudicari, & diffiniri debere: irritumque & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari, decernimus. Mandantes proptereà in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub pœna excommunicationis, privationiſque ſuorum officiorum, vociſque activæ, & paſsivę pœnis, eo ipſo incurrendis, dilectis filijs Miniſtro, ac Vicario, ſeu Commiſſario Generalibus, & Miniſtris Provincialibus, alijſque dicti Ordinis Superioribus, vt quàm primùm præſentes noſtræ litteræ ad eorum notitiam pervenerint, omnes, & ſingulos Patres, & Fratres Ordinis huiuſmodi ſimilia privilegia habentes, illis eo ipſo privatos, & ſpoliatos eſſe declarent; nec quemquam illis vti ſinant, vel permittant; inobedientes quomodolibet, & rebelles, opportunis iuris, & facti remedijs, iuxta regularia eiuſdem Ordinis ſtatuta, Apoſtolica auctoritate confirmata, omni quacunque appellatione, reclamatione, & recurſu, re-

motis, compeſcendo. Non obſtantibus præmiſsis, ac quibuſvis litteris Apoſtolicis ſuper conceſsione, ſeu confirmatione, aut conceſsione privilegiorum huiuſmodi emanatis, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis, etiam motu, & ſcientia, ac poteſtatis plenitudine. ſimilibus, in genere, vel in ſpecie, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſsis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, individua, ac de verbo ad verbum (non autem per clauſulas generales idem importantes) mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſsis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſarum effectum ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem vt præſentium tranſumptis, etiam impreſsis, manu alicuius Notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus adhibeatur fides, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris, die 23. Iulij 1639. Pontificatus noſtri anno decimo ſexto. *M. A. Maraldus.*

QVOD DVO FRATRES GERMANI INTERESſe non poſsint in eodem Diffinitorio.

VRBANVS PAPA OCTAVVS,
Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi nobis nuper fecit dilectus Filius Didacus de Cea, Commiſſarius Generalis Curiæ Fratrum Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia, quòd iuxta regularia eorum inſtituta, Apoſtolica auctoritate confirmata, vt factionibus obvietur, & aliàs pro bono gubernio Diffinitorijs eorundem Fratrum Italiæ, quibus quatuor dumtaxàt Diffinitores, Cuſtos,

&

& Provincialis interſunt, duo intereſſe non poſſunt qui ſint fratres germani. Cùm autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, in Divini cultus, & religionis augumentum maximè ceſſurum ſit, ſi idem in eorundem Fratrum Diffinitorijs Regnorum Hiſpaniarum obſervetur. Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, vt ſuper præmiſsis opportunè providere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur. Nos igitur dicti Didaci Cõmiſſarij Generalis votis, quantum cum Domino poſſumus, annuere, illumque ſpecialibus favoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxàt conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes; huiuſmodi ſupplicationibus inclinati: Quòd etiam eorumdem Fratrum Diffinitorijs Regnorum Hiſpaniarum duo intereſſe non poſſint, qui ſint fratres germani, idque, quemadmodum in Diffinitorijs Italiæ, omninò obſervari debeat, ſub indignationis noſtræ, & cenſuris Eccleſiaſticis, necnon privationis vocis activæ, & paſſivæ pœnis ipſo facto per contrafacientes incurrendis, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium ſtatuimus, ac præcipimus, & mandamus. Decernentes nihilominùs irritum, & inane, quicquid ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſsis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dicti Ordinis, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris, die decima ſeptima Novembris, milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo quarto: Pontificatus noſtri anno duodecimo. *M.A. Maraldus.*

Quòd

QVOD SI CONTINGAT MINISTRVM PROvincialem primo ſui officij anno vacare, fiat electio ſucceſſoris, cum quo debeant continuare triennium alij Provinciæ Superiores, atque Officiales, qui cum primo Miniſtro fuerant electi conſtituitur.

VRBANVS PAPA OCTAVVS, Ad perpetuam rei memoriam.

CReditvm humilitati noſtræ, meritis licet inſufficientibus, per ineffabilem Divinæ Sapientiæ providentiam Apoſtolicæ ſervitutis officium iugiter nos admonet, vt Chriſti fidelium ſub ſuavi Religionis iugo, Divini Numinis obſequijs famulantium fœlici ſtatui, atque directioni, quantum cum Domino poſſumus, opportunè conſulamus. Hinc eſt, quòd nos ſupplicationibus dilecti filij Bernardini de Senis, Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia Miniſtri Generalis, nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati: Quòd de cætero perpetuis futuris temporibus, ſi vllum dicti Ordinis Miniſtrum Provincialem primo ſui officij anno ab hac vita decedere, ſive idem officium ex quavis cauſa vacare, ſeu ceſſare contigerit, Miniſter Provincialis tunc recens electus, ſeu deputatus, vnà cum alijs eiuſdem Provinciç Superioribus, atque officialibus in ſuis huiuſmodi officijs, ad trienium continuet, & continuare debeat, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium ſtatuimus, atque ordinamus. Decernentes, præſentes literas ſemper, & perpetuò valituras, firmas, & efficaces exiſtere, ab omnibuſque dicti Ordinis Fratribus inviolabiliter obſervari; ſicque & non aliter per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, vbique iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatio-

ne

ne Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſsis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum omnium tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſsis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxàt ſpecialiter, & expreſsè derogamus; cæteriſque contrariis quibuſcumque. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris die 13. Auguſti 1625. Pontif. noſtri anno tertio. *V. Theatinus.*

CONTRA SVPERIORES ORDINIS MINORVM S. Franciſci de Obſervantia, & Reformatorum, qui fauores extra ſuum Ordinem attendentes, Officia, Dignitates, ac gratias concedunt. Et contra eoſdem Fratres dictos favores conquirentes, &c. Conſtitutio.

VRBANVS PAPA OCTAVVS,
Ad perpetuam rei memoriam.

ADMONEMVR Paſtoralis officij noſtri debito diligentiùs proſpicere, ne Religioſis, qui regularem vitam profeſsi ſeculo renunciarunt, ad dignitates, & officia, per emendicata ſuffragia ambitioſus pateat acceſſus. Quocirca Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, dilectis filijs Miniſtro Generali, Commiſſario Generali, ac Provincialibus, & reliquis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia, & Reformatorum nuncup. Prælatis, nunc, & pro tempore exiſtentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda præcipimus, & mandamus, ne ad inſtantiam, & requiſitionem quarumcumque perſonarum, tam laicarum, quàm Eccleſiaſticarum extra dictum Ordinem conſtitutarum, etiam Cardinalatus honore, & quacunque ſæculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, cuivis prædicti Ordinis Religioſo vllam

gra-

gratiam concedere, vel pœnas aliquas remittere, ſeu gradus, honores, dignitates, officia, & adminiſtrationes, functiones, & Prælaturas eiuſdem Ordinis, concedere audeant. Quinimò dicti Ordinis fratres, & Religioſos, qui contra decreta, hac via & his medijs per conquiſitos favores, & ſuffragia, aliquid ſibi procurauerint, ad talia, & ſimilia, ac etiam maiora in eodem Ordine conſequenda perpetuò inhabiles declaramus. Inſuper dictis Religioſis, & Fratribus eiuſdem Ordinis quibuſcunque ſub eiſdem pœnis præcipimus, & expreſsè interdicimus, vt non ſolùm in præmiſsis omnibus favores huiuſmodi minimè procurare, ſed nec etiam ſpontè oblatos, aut ab eis minimè procuratos recipere, & ſimiliter nec ad hunc effectum munera aliqua prædictis perſonis exhibere audeant, ſeu præſumant. Non obſtan. Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, dictique Ordinis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate roboratis; cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Aut ſi eidem Ordini, & Fratribus prædictis communiter, aut diviſim, ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem quòd præſentium litterarum trãſumptis, etiam impreſſis, manus alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur præſentibus ſi forent exhibitæ, & oſtenſæ. Dat. Romæ apud S.Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris, die 29. Iulij 1639. Pontificatus noſtri anno decimo ſexto. *M. A. Maraldus.*

*** *** *** *** ***

PRO

PRO RESTITVENDO, AC OBSERVANDO IN Ordine Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia, Diſciplinæ Regularis candore, conſtitutio.

VRBANVS PAPA OCTAVVS,
Ad perpetuam rei memoriam.

MILITANTIS Eccleſiæ regimini, meritis licèt imparibus, inſcrutabili Divinæ providentiæ voluntate præſidentes, quid pro fœlici Chriſti fidelium quorumlibet, & præſertim regularium perſonarum, quæ abiectis mundi vanitatibus, Deo ſub ſuavi Religionis iugo ſe totas devoverunt, ſtatui conferat, diligenter proſpicimus, ac quæ ipſis per emiſſorum votorum ſemitas ad perfectionis apicem contendentibus offendiculo eſſe poſſunt, removere ſtudemus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Cùm igitur (ſicut accepimus) in Ordine Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia nuncupatorum ob minùs accuratam aliquorum præceptorum Regulæ eorundem Fratrum obſervantiam, nonnulloſque abuſus, qui in Ordine prædicto contra Apoſtolicarum Conſtitutionum, præcipuè fœl. rec. Clementis Papa VIII. prædeceſſoris noſtri, decretorum pro reformatione Regularium editorum præſcriptum, pacem, mentiique quietem turbari, religionis candorem minui, ac fidelibus non paucorum ſcandalorum occaſionem præberi, contingat. Hinc eſt, quòd Nos, eiuſdem Clementis decretis, dictique Ordinis Statutis per Sedem Apoſtolicam confirmatis inhærendo, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione confirmantes quæ aliàs à Nobis circa Patrum privilegiatorum abrogationem ſub die 23. Iulij anni 1639. ſancita fuere; Patrum ex electione factorum, ſive ij Procuratores, & Commiſſarij Generales Curiæ, ſive Diffinitores Generales Ordinis, ſive Miniſtri Provinciarum, ſive earumdem Cuſtodes, & Diſ-

Tollit quaſdam introductas diſuetudines, & pœnas opponit cõtravenientibus.

Diffinitores (à quibus ob maiorem multitudinem maiora etiam in eiſdem oriuntur incommoda, quoſque vltra numerum in Statutis Ordinis præſcriptum, minimè augeri poſſe ſine diſpenſatione, decernimus) ſive Provincialium gratijs, & privilegijs ex Ordinis conceſſione gaudentes extiterint, vel exiſtant, relicta tantummodò præcedentia, ac antelatione, ac ſocio eiſdem per Ordinis Statuta reſpectivè conceſsis, omnes exemptiones, immunitates, licentias, conſuetudines (quæ potiùs abuſus dici poſſunt) quoquomodo in dicto Ordine obtenta, inducta, intruſaque, in perpetuum caſſamus, tollimus, abolemus, & abrogamus; ac caſſata, ablata, abolita, & abrogata eſſe, & cenſeri debere, cuicumque in poſterum tales exemptiones, & privilegia concedendi facultate penitùs interdicta, ſub privationis vocis activæ, necnon excommnnicationis latę ſententiæ ipſo facto incurrendis pœnis, decernimus, & ordinamus. Declarantes, ex officijs, quibus functi fuerint, nullum alium in ipſis remanſiſſe, vel remanere, aut eos prætendere poſſe ius, arbitrium, ſuperintendentiam, intelligentiam, vel quocunque alio nomine nuncupetur præeminentiam in Provincijs, Conventibus, Fratrum collocationibus, alijſque diſpoſitionibus; itaut liberum omninò ſit Provincialibus, & Diffinitoribus, nullo ad prædictos Patres habito reſpectu, de Conventibus diſponere, Guardianos inſtituere, Fratres collocare, aliaque exequi, ſicuti communi Provinciarum bono viderint expedire. Necnon Ordinis huiuſmodi apud Nos, & Sedem Apoſtolicam, Cardinali Protectori, Miniſtro, ac Commiſſario Generalibus pro tempore exiſtentibus, contravenientes Provinciales, & Guardianos taliter electos, obtentis officis, eorum arbitrio, privandi: Patres verò pręfatos, qui præteritorum officiorum per eos obtentorum prętextu aliquid contra præſentis Conſtitutionis tenorem moliri, innovare, vel attentare præſumpſerint, ad maiorem tranquillitatem, & pacem, eorumdem Protectoris, & Generalium arbitrio, etiam (ſi opus fuerit) in alienas Provincias transferendi, & tranſmittendi, facultatem con-

Dat facultatem Superioribus liberè exercendi munus ſuum.

cc-

cedimus, & impartimur. Ne autem in dicto Ordine recipiendi pro concionibus pecuniarias eleemoſynas, deque illis ad Concionatorum arbitrium diſponendi, nevè nimius equitandi abuſus vlteriùs invaleſcant, graviſſimiſque Regulæ Beati Franciſci voto, & præcepto paſsim contra veniatur; omnibus, & ſingulis prędicti Ordinis Concionatoribus, vltra pœnas in proprietarios per eiuſdem Ordinis ſtatuta fulminatas, in virtute ſanctæ Obedientię, & ſub privatione officiorum, quę obtinent, ac perpetua inhabilitate ad quęcunque officia gradus, & dignitates in poſterum, ipſo facto incurrendis, pręcipimus, & mandamus, vt de prędictis eleemoſynis per ſe nullo modo diſponant, nec eas ab offerentium manibus in ſuas recipiant, vel in Procuratoris, ſive alterius cuiuslibet deponi faciant; ſed eaſdem integras Superiori Provinciarum ſignificent, qui de illis iuxta Regulę pręſcriptum diſponat: quibus etiam pœnis eo ipſo ſubijcimus omnes eiuſdem Ordinis Fratres, qui ſine manifeſtà, vera, gravique neceſsitate, aut infirmitate, & abſque licentia Provincialis, vel (in caſu vrgenti) Superioris localis, de conſilio, & iudicio trium Diſcretorum Conventus, ſcriptis obtenta, equitare auſi fuerint: eaſdem pœnas ſolis Miniſtro, & Commiſſario generalibus aliquando, & ex rationabili cauſa, remittendi facultate relicta. Quos, cum Provincialibus, Provinciarum Commiſſarijs, & ad vrgentiora negotia deſtinatis, paternè monemus, vt in caſu vrgenti, ac per regulam permiſſo, memores ſint paupertatis, humilitatis, & patientię Chriſti Domini Salvatoris noſtri, ad cuius vitæ exemplum Beatus Franciſcus, & converſationem inſtituit, & Ordinem ſuum fundavit; vilioribus, deſpectiſque iumentis contenti ſint, & comitatu qui ſæculares divites decet, relicto, maiori qua fieri poterit modeſtia gradiantur; exemploque cęteros præeuntes, ſciant in conceſsis tantum caſibus equitandi licentiam indulgere; ſuper quo Superiorum omnium ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, conſcientiam oneramus: concedentes Provincialibus, & Provinciarum

Mandat quòd Prædicatores eleemoſynas pro prædicationis munere acquiſitas, integras Superiori Provinciali ſignificent, & pœnas apponit.

Dat normam equitandi.

Commiſſarijs, vt vno, eoque humili iumento pro ſe tantùm, non autem pro ſocijs, in neceſsitatis articulo vti poſsint: aliàs, ſi contrafecerint, ſuis officijs eo ipſo deſtituti remaneant. Ad hæc, vt prædicti Clementis Octavi, prędeceſſoris noſtri, decreta inviolabiliter obſerventur, omnes Fratres præcipuè nominatos Ordinis, & Provinciarum Patres legitimè non impeditos, ad Chori ſervitium, & ad faciendam hebdomadam, aliaſque Eccleſiaſticas functiones, ad veſtitum, & cellarum ſuppellectilem eorum ſtatui convenientes, ad communem menſam cum eiſdem pane, vino, obſonio, nihil cuiquam ſingularitatis conceſſo, ad egreſſum de Conventibus cum licentia, & ſocio, qualibet vice à Superioribus obtinendis, benedictioniſque receptione poſt regreſſum, ad cubitum ſingulorum in ſingulis lectis, ad Orationis Mentalis ſtudium, à qua nullus, cuiuſcunque conditionis exiſtat, exemptus cenſeatur; ad ſilentij cuſtodiam, ad culparum Capitula, ad virtutum exercitium, ad collocutiones, & ſermones ſingulis ſaltèm hebdomadis de regulari diſciplina, ſpiritualique profectu tractantes, teneri volumus, & obligamus, nedum ſub pœnis in ijſdem decretis contentis, verùm etiam ſub privatione officiorum, & perpetua inhabilitate in poſterum ipſo facto incurrendis, Guardianis, Provincialibus, & Generalibus reſpectivè, qui ſine legitima cauſa prædictorum traſgreſsionem permiſerint, & notabiliter negligentes, ac tranſgreſſores, non legitimè impeditos, voce activa, & paſsiva non privaverint, & in poſterum ad alia non inhabilitaverint, prout Nos hac noſtra Conſtitutione (quàm in ſola Ciſmontana Familia valere, ſtatimque poſt eiuſdem notitiam à prædictis Superioribus, ſub fulminatis pœnis, in quolibet Conventu pro fœlici executione publicari, ac in Statutis Ordinis inſeri, & cum illis bis ſaltèm in anno publicè in Communitate Fratrum legi, ſub deſtitutione ipſo facto Superiorum localium negligentium, volumus) privamus, & inhabilitamus, ac tanquam candoris Ordinis obſcuratores, diſciplinęque Regularis relaxatores, privatos eſſe

Obſervari mandat Conſtit. Clement. VIII. pœnas apponit mādat etiam publicari.

vo-

volumus, & declaramus. Sicque in præmiſsis omnibus, & ſingulis inviolabiliter obſervari, & per quoſcunque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, iudicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Concilijs vniverſalibus, Provincialibuſque, & ſynodalibus edictis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, dictique Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Ordini, illiuſque Superioribus, & Fratribus, ac quibuſvis alijs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſsis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſsio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſsis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad effectum præmiſſorum ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, quòd præſentium tranſumptis, etiam impreſsis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus vbique fides in iudicio, & extra, adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die prima Iunij M. DC. XXXX. Pontificatus noſtri anno decimo ſeptimo. *M. A. Maraldus.*

Decretum irritans.

Contrarijs derogat.

CONCESSIO INDVLGENTIÆ PLENARIÆ quibuſcumque Fratribus Ordinis Minorum S. Franciſci, exercitijs ſpiritualibus per octiduum vacantibus.

ALEXANDER, PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

CVM, ſicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius Michael Angelus à Sambuca, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci Miniſter Generalis, in Capitulo Generali eiuſdem Ordinis noviſsimè Toleti celebrato inter alia decretum fuerit, vt ſeceſſus, & ſpiritualia mortificationis, & orationis mentalis exercitia in omnibus Provincijs Ciſmontanæ Familiæ Ordinis prædicti reaſſumantur, & illis Fratres earumdem Provinciarum aliquoties ſingulis annis vacent: Nos, qui probè novimus quantoperè conducant exercitia huiuſmodi dirigendis in viam Domini, & confirmandis in illa Chriſti fidelium mentibus; devotionem Fratrum memorati Ordinis, qui de ſuorum Superiorum licentia operi adeò pio, & ſalutari vacaverint, cæleſtium Eccleſiæ theſaurorum elargitione magis imitari volentes; de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate, confiſi; omnibus, & ſingulis prædicti Ordinis Fratribus, tam Clericis, quàm Laicis, ſeu converſis, qui in domibus Regularibus Provinciarum prædictarum de ſuorum Superiorum licentia exercitia prædicta per octidui ſpacium quandocumque peregerint, & interea temporis verè pœnitentes, & confeſsi, ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint; quoties id egerint, plenariam omnium ſuorum peccatorum Indulgentiàm, & remiſsionem, miſericorditer in Domino concedimus: Præſentibus in perpetuum valituris. Volumus autem quòd ſi pro impetratione, præſentatione, admiſsione, ſeu publicatione præſentium aliquid, vel minimum, detur, aut ſpontè oblatum recipiatur; eędem pręſentes nullę ſint eo ipſo: quòdque earundem præſentium tranſumptis, etiam impreſsis,

ma-

manu Notarij publici, vel Secretarij dicti Ordinis ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, vel Miniſtri Generalis prædicti Ordinis, munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſę. Datum Romæ, apud S. Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris, die 11. Iunij M.DC.LIX. Pontificatus noſtri anno quinto. *G. Gualterius.*

BREUE SANCTISSIMI D. PAULI IV. In quo diſponitur, vt in toto Ordine S.P.N.S.Franciſci nullus Frater in officio Generalatus, Commiſſariatus, aut Vicariatus Generalis, Provincialatus, Diffinitoriatus, & Guardianatus continuetur, ſed tantùm quibuſdam interſtitijs ſervatis, de quibus in Brevi.

PAVLVS PAPA QVARTVS,
Ad perpetuam rei memoriam.

VIAM ambitioſæ cupiditatis, quæ ex continuatione officiorum quamdam Superioritatem, & iuriſdictionem, in Religionum Ordinibus tribuentium, paulatim, diabolo inſtigante, in animos hominum Religioſorum ſerpit religioni deditis, & præſertim Fratribus Ordinis Sancti Franciſci, qui in paupertate, & humilitate obſequium Deo præſtant, mundoque mortui dicuntur, præcludere cupientes; Motu proprio, & ex certa ſcientia, auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, & ordinamus, vt de cætero in toto Ordine Religionis Sancti Franciſci, in eligendis eorum Miniſtris Generalibus, Commiſſarijs Generalibus, Provincialibus Miniſtris, Guardianis, & alijs Officialibus dicti Ordinis, perpetuò ſervetur, quòd nullus qui fuerit Miniſter Generalis eiuſdem Ordinis, poſt finitum eius officium Generalatus, imò infra ſex annos proximos, à die finiti officij Generalatus prædicti deputandos; aut officij Commiſſarij Generalis eiuſdem Ordinis; & ſimiliter nullus, qui Vicariatus Generalis dicti Ordinis officium, vltra vnum annum exercuit,

intra tres annos primos à die finiti officij Vicariatus Generalis computandos, ad prædictum officium Commiſſarij Generalis eiuſdem Ordinis, ſub pœnis infraſcriptis, quomodolibet, & quovis colore, & prætextu, eligi, aſſumi, recipi, & admitti poſsit. Et ſimiliter Provinciales Miniſtri, qui per triennium eliguntur, peracto eorum triennio, infra ſex annos à die finiti triennij ſupradicti computandos, ad officium Provincialium Miniſtrorum, ſub eiſdem infraſcriptis pœnis, quomodolibet, & ſubquovis colore, & prætextu, eligi, aſſumi, recipi, & admitti non poſsint. Item Diffinitores Capitulorum, tam Provincialium, quàm etiam intermediorum, in Guardianos alicuius loci eiuſdem Ordinis, ſed tantummodò in Vicarios dictorum locorum, vel Confeſſores Monialium, durante eorum officio Diffinitoris, ſub eiſdem infraſcriptis pœnis, quomodolibet, & ſubquovis quæſito colore, & prætextu, eligi, aſſumi, recipi, & admitti, non poſſint. Quique in Commiſſarij Generalis officium, ſi priùs fuerit Miniſter Generalis, infra ſex annos à die finiti officij Miniſtri Generalis; & ſi Vicariatus Generalis officium vltra vnum annum exercuerit, infra tres annos à die finiti officij Vicariatus Generalis, vt præfertur; & qui ſimiliter eorum qui Miniſtri Provinciales fuerint, in officium Provincialium Miniſtrorum infra ſex annos à die peracti trienni, vt præmittitur; & qui ſimiliter ex Diffinitoribus Provincialium, ſeu intermediorum Capitulorum, in Guardianos alicuius loci eiuſdem Ordinis, durante dicto officio Diffinitorum, contra huiuſmodi mandata noſtra electus, aſſumptus, receptus, & admiſſus, electi, aſſumpti, recepti, & admiſsi, reſpectivè, fuerit, & fuerint in futurum; electio, aſſumptio, receptio, & admiſsio in Generalem, Commiſſarium Generalem, Provinciales Miniſtros, & Guardianos, reſpectivè, contra præmiſſa, de facto facta, nullius ſit roboris, vel momenti, nullamque adminiſtrationem ſic contra huiuſmodi mandata noſtra electis, aſſumptis, receptis, & admiſsis tribuant; illique ſic contra præmiſſa electi, aſſumpti, recepti, &

ad-

admiſsi, nihil in dictis officijs adminiſtrare valeant, ſed omnia per eos de facto geſta, & adminiſtrata, viribus careant, nullamque obtineant roboris firmitatem. Nulliſque fratres dicti Ordinis, etiamſi in aliquo officio dicti Ordinis, & Generalatus exiſterent, etiamſi qui eoſdem ſic contra præmiſſa in Commiſſarium Generalem, Provinciales, & Guardianos elegerint, aſſumpſerint, receperit, & admiſſerint, eiſdem ſic contra præmiſſa electis, aſſumptis, receptis & admiſſis, obedientiam aliquam præſtare, ſed potiùs ab eorum obedientia recedere, & ad eligendos alios loco prædictorum, tanquàm ad officia verè vacantia procedere ſub pœnis infraſcriptis teneantur, & debeant, ipſique, ſic contra præmiſſa, electi, aſſumpti, recepti, & admiſsi, ſi aliquod poſt dictam electionem, aſſumptionem, receptionem, & admiſsionem adminiſtrare, vigore dictæ electionis, aſſumptionis, receptionis, & admiſsionis auſerint, vel præſumpſerint, eo ipſo, pœna excommunicationis latæ ſententiæ, abſque aliqua declaratione, incurrant, ſintque dictis officijs ipſo facto privati, efficianturque perpetuò inhabiles ad illa, & omnia alia officia dicti Ordinis in perpetuum obtinenda, & exercenda. Diſtrictiùs inhibentes Miniſtro Generali, Commiſſario etiam Generali, Provincialibus Miniſtris, Guardianis, Diffinitoribus Capitulorum tam Provincialium, quàm intermediorum, alijſque Fratribus eiuſdem Ordinis Sancti Franciſci, nè aliquem, qui fuerit Generalis Miniſter infra ſex annos, vt ſuprà computandos, & qui Vicariatus Generalis officium, vltra annum exercuerit, infra tres annos ſimiliter, vt ſuprà computandos, in Cõmiſſarium Generalem dicti Ordinis; & qui Provincialis fuerit, infra ſex annos, vt ſuprà etiam computandos, in Provincialem; & qui Diffinitores fuerint in Guardianos alicuius loci dicti Ordinis, durante officio Diffinitorum (vt præfertur) eligere, aſſumere, recipere, & admittere, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, privationiſque omnium officiorum dicti Ordinis, quæ tunc habebunt, pœnis eo ipſo, abſque

alia

alia deſuper facienda declaratione, incurrendis, audeant, vel præſumant; quòdque ſimiles ſententias, cenſuras, & pœnas incurrant omnes fratres dicti Ordinis (etiam qui Miniſtri Generales, Commiſſarij Generales, Provinciales, ſeu in alijs officijs dicti Ordinis extiterint) qui in partibus Vltramontanis eligent, aſſument, recipient, & admittent, ſeu tolerabunt, ſtareque permittent in quibuſcumque locis dictarum partium Guardianos eorumdem locorum vltra triennium, eoſque ſtatim (finito triennio à die eorum ſcientiæ perſeverationis eiuſdem Guardiani in eodem loco) non removebunt, & ad electionem aliorum, loco prædictorum, non procedent; quique obedientiam prædictis Guardianis eiuſdem loci, qui vltra triennium in eodem (*) loco vti Guardiani ſtare non erubuerint, præſtiterint, & ſe ab eorum obedientia non removerint. Atque etiam ij, qui in eiſdem locis in partibus Vltramontanis prædictis (vltra triennium) officium Guardianatus prædicti exercere præſumpſerint. Decernentes ex tunc irritum, & inane ſi ſecùs ſuper ijs à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigeret attentari: & ſic per quoſcumque, quavis auctoritate fulgentes Iudices, & perſonas, ſublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, interpretari, & definiri debere. Non obſtantibus conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dicti Ordinis, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis ſtatutis, & ſimilibus, privilegijs quoque, & indultis, ac litteris Apoſtolicis, eidem Miniſtro Generali, Commiſſario Generali, Provincialibus Miniſtris, Guardianis Capitulorum Diffinitoribus, ac Fratribus præfatis totius Ordinis, aut alijs quibuſcumque, ſub quibuſvis tenoribus, & formis, ac quibuſcumque clauſulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, & decretis, etiam Motu ſimili confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, illorũ prorſus tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro expreſsis habentes (illis aliàs in ſuo robore permanſuris) hac vi-

* Notandum, quòd ex vi verborũ clauſulæ præſẽtis (odioſæ nimirũ, idcóq; proprios intra terminos reſtringenda) Prælaturæ continuatio Guardianis eodem in loco, vbi eam per triennium obieruut, dumtaxàt interdicitur. Alibi verò non item. Neq; etiam vacantiæ temporis quidquam præſcribitur.

cę dumtaxàt,harum ſeriè,ſpecialiter,&expreſsè derogamus,illaque adverſus præmiſſa nullatenus ſuffragari poſſe volumus; cæteriſque contrarijs quibuſcumque; aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim, ab Apoſtolica ſit indultum Sede, quòd interdici,ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ,apud Sanctum Petrum,ſub annulo Piſcatoris, die XXIII. Aprilis M.D LIX. Pontificatus noſtri anno quarto.

BVLLA MARTINI QVARTI, In qua concedit Miniſtro Generali, Provincialibus, ac Cuſtodibus, Ordinis Seraphici P. N. S Franciſci, poteſtatem conſtituendi Syndicos, ac eos revocandi.

MARTINVS EPISCOPVS
Servus Servorum Dei.
Dilectis filijs Generali, & Provincialibus Miniſtris, ac Cuſtodibus univerſis Ordinis Fratrum Minorum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

EXVLTANTES in Domino, quòd ſacri veſtri Ordinis profeſſores in Dei beneplacitis confirmari promptitudinem devotionis, & operis illius ſtudent imitari veſtigia, eiuſque vias cuſtodire, qui deſcendens à Patre luminum,& ſervi formam accipiens, ſe in laudis ſacrificium placabilem hoſtiam immolavit; cogitare inducimur honeſta remedia, quibus dicti Ordinis purè obſervantia in ſui vigore ſervetur, iidemque fratres, qui pro nulla re temporali poſſunt in iudicio experiri (excluſis quibuſdam ſolicitudinibus) liberiùs, & quietiùs Divinis vacent obſequijs, & offerentium, donantium, aut in vltima voluntate relinquentium Ordini prædicto, vel Fratribus eiuſdem Ordinis,aliquid propter Deum,pia intentio non fraudetur,ſicque Nos ſolicitudini,qua prædictus Ordo pro ſuis neceſsitatibus, quoties ingrueret neceſsitas, vel

vtilitas ſuaderet, recurrere ad Romanam Eccleſiam cogeretur, ad quam omnium rerum mobilium, & immobilium, quibus fratres vti poſſunt, ius, proprietas, & dominium (nullo medio) ſpectat, penſata incommoditate, vel difficultate potius, quæ per hoc ingeri poſſet Fratribus ſupradictis; benignè indulgentes: Volenteſque hæredum, & executorum negligentijs obviare, vt Fratres ſecundùm modos licitos, & congruos, ipſi Ordini relictis ſibi in teſtamentis eleemoſynis non fraudentur; ac ſperantes, quòd his, qui pro ſtatu proſpero dicti Ordinis agenda fuerint, per vos eò ſalubriùs, & vtiliùs conſuletur, quo maiori fueritis in hac parte auctoritate muniti: Diſcretioni veſtræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, perſonas ſpeciales, quæ non ſint de ipſo Ordine, nominandi pro locorum indigentia ſingulorum (quas perſonas per vos taliter nominatas, in his adminiſtrationem legitimam, & generalem gerere, & ipſos veros, & legitimos adminiſtratores, œconomos, ſyndicos, & actores eſſe, de plenitudine poteſtatis, pręſentium auctoritate, conſtituendo decernimus) qui res ipſas, & rerum prędictarum pretium; & dictas eleemoſynas, nomine dictæ Eccleſiæ recipiant per eoſdem in Fratrum ipſorum vtilitates (prout eis licet ex Regula, vel ex declaratione Regulæ) convertenda: ſicut &, quando à te, fili Generali, vel ſingulis alijs veſtrum, in Provincia, vel Cuſtodia, ſibi decreta ab eiſdem Fratribus de aſſenſu veſtro extiterint requiſiti, vt eædem perſonę petendi, exigendi, recipiendi, alienandi, prædictaq; tranſigendi, quàm & paciſcendi, conveniendi, compromittendi, remittendi, refutandi, quitationem faciendi, agendi, defendendi, ac in animas eorum de calumnia, & veritate dicenda, iurandi, & cuiuslibet alterius iuramentum præſtandi, cum illis, & contra illos, qui huiuſmodi res mobiles, & immobiles, aut pretium earum, vel relictas eleemoſynas Fratribus in teſtamento, occuparent, vel violenter auferrent, ſive qui contra voluntatem Fratrum quomodolibet retinerent; & generaliter in omnibus cauſis, pro re-

rebus, & locis huiuſmodi ad ipſam Eccleſiam ſpectantibus, ipſorum fratrum vſibus conceſsis; necnon pro immunitatibus libertatibus, & iuribus, ac privilegijs eorumdem, ſine cuiuslibet ſatisdationis, & cautionis onere, plenam, & generalem, & liberam habeant, auctoritate Apoſtolica, in iudicio, & extra iudicium poteſtatem; revocandique perſonas eaſdem, & earum quamlibet, & alias eis ſubrogandi, vel nominandi, per ſupradictum modum nominationis, quoties opportunum fuerit, qui eamdem in prædictis, vel ſimilem habeant poteſtatem; plenam, & liberam concedimus, auctoritate præſentium, facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Datum apud Vrbem veterem. quinto decimo Kalendas Februarij, anno Dñi. M.CC.LXXXIII. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

PROHIBITIO APPELLANDI PER RELIGIOSOS Ordinis S. Franciſci de Obſervantia, à Prælatis eiuſdem Ordinis ad Tribunalia ſæcularia; permiſsioque habendi recurſum ad Miniſtrum Generalem, vel Protectorem, aut Romanum Pontificem: ac prohibitio reſiſtendi Commiſſarijs quibuſcumque delegatis eiuſdem Miniſtri Generalis.

GREGORIVS PAPA XIII.
Ad futuram rei memoriam.

QVONIAM noſtro paſtorali potiſsimùm incumbit officio, vt ea quæ auſu temerario ab Eccleſiaſticis, præſentim Regularibus, perſonis plerumque attentantur, quantum Nobis ex alto conceditur, opportunis remedijs compeſcamus, & removeamus: Id circò, cùm, referente dilecto filio Fratre Chriſtophoro de Capite-Fontium, Fratrum Minorum de Obſervantia Ordinis S. Franciſci Generali Miniſtro, non ſine animi noſtri moleſtia, nuper intellexerimus, nonnunquam quoſdam Religioſos, & Religioſas Ordinis ſui huiuſmodi, Dei timore poſtpoſito, & ſuæ profeſsionis immemores, vt in eorum malefactis, & inobedientia ſe diutiùs confoveant, ab ijs, quę per Prælatos eiuſdem Ordinis, etiam Guardianos, ſive Provinciales, vel Commiſſarios ab ipſo Generali Miniſtro pro tempore de-

deputatos, acta ſunt, & decreta, ad Tribunalia ſæcularia appellare, & ad ea temerè confugere, non verentur: Auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium præcipimus, & inhibemus, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna (à quà non niſi à Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquàm in mortis articulo, abſolvi poſsint) nec non privationis perpetuæ officiorum, per eos obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia quæcumque dicti Ordinis officia exercenda; ac vocis, tam activæ, quàm paſsivæ, eo ipſo incurrendis pœnis; nè quis Provincialis, aut alius cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis, Ordinis huiuſmodi Religioſus, aut Religioſa, ad ipſa tribunalia ſæcularia quovis prætextu, aut quæſito colore (vt præfertur) appellare, vel illa propterea quoquomodo adire audeant, vel præſumant; ſed ſi ſe à Prælatis ſuis gravari prætendent, ad Generalem Miniſtrum ipſius Ordinis, ſeu illius Protectorem, aut Vice-Protectorem in Romana Curia, vel ad Nos, ſive Romanum Pontificem ſucceſſorem noſtrum, ſupremum in Eccleſia Dei Iudicem, ſicut antiquitùs ſemper conſuetum fuit, recurſum habeāt; vnde illis brevi manu iuſtitia miniſtrabitur. Declarantes nihilominus, non modò eorundem Religioſos, & Religioſas contrafacientes in dictas pœnas incidere, verùm etiam eorum quomolibet directè, vel indirectè fautores, & conſultores, illas quoque incurrere. Præterea, ſub pœnis prædictis prohibemus, ne quis Provincialis, aut Guardianus, vel cuiuſcumque alterius gradus Religioſus, aut Religioſa eiuſdem Ordinis, ab ipſo Miniſtro Generali miſſis, pro viſitandis Provincijs, Commiſſarijs reſiſtere, nec eis ſe opponere, aut contradicere, ſeu ſe rebellem exhibere, ipſos, quacumque de cauſa, vel quæſito colore, non recipiendo, audeat, neque debeat. Volentes, eundem Miniſtrum Generalem, quotieſcumque ſibi expedire videbitur, quos voluerit Commiſſarios ad quaſcumque ſui Ordinis, vtriuſque Familiæ, Provincias (quibuſvis conſuetudinibus, ac ſtatutis per quaſlibet perſonas in contrarium factis, non obſtantibus) liberè mittere poſsit. Inſuper, quia, vt etiam accipimus, aliquando nonnulli Miniſtri ex viſitatis Provincijs per Commiſſarios ad hoc ab ipſo Generali

Mi-

Digitized by Google

Miniſtro deputatos, quæ à dictis Commiſſarijs rectè, & ſalubriter geſta, & ordinata fuerunt, reſcindere, mutare, aut contemnere ſolent; ſub omnibus, & ſingulis pœnis ſupradictis, expreſsè prohibemus, ne quiſquam ab eiſdem Cōmiſſarijs facta, & ordinata mutare, alterare, aut prævertere ſine expreſſa licentia, & permiſsione ipſius Generalis Miniſtri (qui ſolus ea mutare valeat) vllo modo præſumant. Decernentes irritum, & inane quidquid ſecùs ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia robboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſsis, & confirmatis: Quibus omnibus, eorum tenores præſentibus, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, pro ſufficienter expreſsis habentes (illis aliàs in ſuo robore permanſuris) hac vice duntaxat ad effectum præſentium, ſpecialiter, & expreſsè derogamus; cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die octava menſis Aprilis M.D.LXXV. Pontificatus noſtri anno tertio.

BREUE SANCTISSIMI D.N. SIXTI PAP. QVINTI, in quo, quòd omnes Abbatiſſæ ſint triennales, & quòd electiones fiant per vota ſecreta conſtituendo determinat.

SIXTUS PAPA QUINTUS.
Ad perpetuam rei memoriam.

ET communis curæ paſtoralis officij Nobis, licèt immeritis, Diuinitùs iniuncti, & peculiaris noſtra deuotio, quam gerimus erga B. Franciſcum, eiuſque familiam vniverſam, in quam iam pridem à teneris annis adſcribi voluimus; ac adeò Fratrum eiuſdem Ordinis Minorum, qui de Obſervantia dicuntur, pietas, & Eccleſiæ Dei vtilis, & fructuoſa opera, quam aſsiduè præſtant, iure optimo Nos inducunt, vt ea, quæ pro ipſorum Religioſorum bono regimine ſalubriter ſtatuta fuiſſe dicuntur, libenter, noſtra authoritate interpoſita, roboremus. Cùm itaque in

Ca-

intra tres annos primos à die finiti officij Vicariatus Generalis computandos, ad prædictum officium Commiſſarij Generalis eiuſdem Ordinis, ſub pœnis infraſcriptis, quomodolibet, & quovis colore, & prætextu, eligi, aſſumi, recipi, & admitti poſsit. Et ſimiliter Provinciales Miniſtri, qui per triennium eliguntur, peracto eorum triennio, infra ſex annos à die finiti triennij ſupradicti computandos, ad officium Provincialium Miniſtrorum, ſub eiſdem infraſcriptis pœnis, quomodolibet, & ſubquovis colore, & prætextu, eligi, aſſumi, recipi, & admitti non poſsint. Item Diffinitores Capitulorum, tam Provincialium, quàm etiam intermediorum, in Guardianos alicuius loci eiuſdem Ordinis, ſed tantummodò in Vicarios dictorum locorum, vel Confeſſores Monialium, durante eorum officio Diffinitoris, ſub eiſdem infraſcriptis pœnis, quomodolibet, & ſubquovis quæſito colore, & prætextu, eligi, aſſumi, recipi, & admitti, non poſſint. Quique in Commiſſarij Generalis officium, ſi priùs fuerit Miniſter Generalis, infra ſex annos à die finiti officij Miniſtri Generalis; & ſi Vicariatus Generalis officium vltra vnum annum exercuerit, infra tres annos à die finiti officij Vicariatus Generalis, vt præfertur; & qui ſimiliter eorum qui Miniſtri Provinciales fuerint, in officium Provincialium Miniſtrorum infra ſex annos à die peracti trienni, vt præmittitur; & qui ſimiliter ex Diffinitoribus Provincialium, ſeu intermediorum Capitulorum, in Guardianos alicuius loci eiuſdem Ordinis, durante dicto officio Diffinitorum, contra huiuſmodi mandata noſtra electus, aſſumptus, receptus, & admiſſus, electi, aſſumpti, recepti, & admiſsi, reſpectivè, fuerit, & fuerint in futurum; electio, aſſumptio, receptio, & admiſsio in Generalem, Commiſſarium Generalem, Provinciales Miniſtros, & Guardianos, reſpectivè, contra præmiſſa, de facto facta, nullius ſit roboris, vel momenti, nullamque adminiſtrationem ſic contra huiuſmodi mandata noſtra electis, aſſumptis, receptis, & admiſsis tribuant; illique ſic contra præmiſſa electi, aſſumpti, recepti, &

ad-

admiſsi, nihil in dictis officijs adminiſtrare valeant, ſed omnia per eos de facto geſta, & adminiſtrata, viribus careant, nullamque obtineant roboris firmitatem. Nulliſque fratres dicti Ordinis, etiamſi in aliquo officio dicti Ordinis, & Generalatus exiſterent, etiamſi qui eoſdem ſic contra præmiſſa in Commiſſarium Generalem, Provinciales, & Guardianos elegerint, aſſumpſerint, receperit, & admiſerint, eiſdem ſic contra præmiſſa electis, aſſumptis, receptis & admiſſis, obedientiam aliquam præſtare, ſed potiùs ab eorum obedientia recedere, & ad eligendos alios loco prædictorum, tanquàm ad officia verè vacantia procedere ſub pœnis infraſcriptis teneantur, & debeant, ipſique, ſic contra præmiſſa, electi, aſſumpti, recepti, & admiſsi, ſi aliquod poſt dictam electionem, aſſumptionem, receptionem, & admiſsionem adminiſtrare, vigere dictæ electionis, aſſumptionis, receptionis, & admiſsionis auſerint, vel præſumpſerint, eo ipſo, pœna excommunicationis latæ ſententiæ, abſque aliqua declaratione, incurrant, ſintque dictis officijs ipſo facto privati, efficianturque perpetuò inhabiles ad illa, & omnia alia officia dicti Ordinis in perpetuum obtinenda, & exercenda. Diſtrictiùs inhibentes Miniſtro Generali, Commiſſario etiam Generali, Provincialibus Miniſtris, Guardianis, Diffinitoribus Capitulorum tam Provincialium, quàm intermediorum, alijſque Fratribus eiuſdem Ordinis Sancti Franciſci, nè aliquem, qui fuerit Generalis Miniſter infra ſex annos, vt ſuprà computandos, & qui Vicariatus Generalis officium, vltra annum exercuerit, infra tres annos ſimiliter, vt ſuprà computandos, in Cōmiſſarium Generalem dicti Ordinis; & qui Provincialis fuerit, infra ſex annos, vt ſuprà etiam computandos, in Provincialem; & qui Diffinitores fuerint in Guardianos alicuius loci dicti Ordinis, durante officio Diffinitorum (vt præfertur) eligere, aſſumere, recipere, & admittere, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, privationiſque omnium officiorum dicti Ordinis, quæ tunc habebunt, pœnis eo ipſo, abſque

alia

alia deſuper facienda declaratione, incurrendis, audeant, vel præſumant; quòdque ſimiles ſententias, cenſuras, & pœnas incurrant omnes fratres dicti Ordinis (etiam qui Miniſtri Generales, Commiſſarij Generales, Provinciales, ſeu in alijs officijs dicti Ordinis extiterint) qui in partibus Vltramontanis eligent, aſſument, recipient, & admittent, ſeu tolerabunt, ſtareque permittent in quibuſcumque locis dictarum partium Guardianos eorumdem locorum vltra triennium, eoſque ſtatim (finito triennio à die eorum ſcientiæ perſeverationis eiuſdem Guardiani in eodem loco) non removebunt, & ad electionem aliorum, loco prædictorum, non procedent; quique obedientiam prædictis Guardianis eiuſdem loci, qui vltra triennium in eodem (*) loco vti Guardiani ſtare non erubuerint, præſtiterint, & ſe ab eorum obedientia non removerint. Atque etiam ij, qui in eiſdem locis in partibus Vltramontanis prædictis (vltra triennium) officium Guardianatus prædicti exercere præſumpſerint. Decernentes ex tunc irritum, & inane ſi ſecùs ſuper ijs à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigeret attentari: & ſic per quoſcumque, quavis auctoritate fulgentes Iudices, & perſonas, ſublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, interpretari, & definiri debere. Non obſtantibus conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dicti Ordinis, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis ſtatutis, & ſimilibus, privilegijs quoque, & indultis, ac litteris Apoſtolicis, eidem Miniſtro Generali, Commiſſario Generali, Provincialibus Miniſtris, Guardianis Capitulorum Diffinitoribus, ac Fratribus præfatis totius Ordinis, aut alijs quibuſcumque, ſub quibuſvis tenoribus, & formis, ac quibuſcumque clauſulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, & decretis, etiam Motu ſimili confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, illorũ prorſus tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro expreſſis habentes (illis aliàs in ſuo robore permanſuris) hac vi-

* Notandum, quòd ex vi verborũ clauſulæ præſẽtis (odioſæ nimirũ, ideòq; proprios intra terminos reſtringenda) Prælaturæ continuatio Guardianis eodem in loco, vbi eam per triennium obieruut, dumtaxàt interdicitur. Alibi verò non item. Neq; etiam vacanti temporis quidquam præſcribitur.

ce

ce dumtaxàt, harum feriè, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, illaque adverſus præmiſſa nullatenus ſuffragari poſſe volumus; cæteriſque contrarijs quibuſcumque; aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim, ab Apoſtolica ſit indultum Sede, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die XXIII. Aprilis M.D LIX. Pontificatus noſtri anno quarto.

BVLLA MARTINI QVARTI, In qua concedit Miniſtro Generali, Provincialibus, ac Cuſtodibus, Ordinis Seraphici P. N. S Franciſci, poteſtatem conſtituendi Syndicos, ac eos revocandi.

MARTINVS EPISCOPVS
Servus Servorum Dei.
Dilectis filijs Generali, & Provincialibus Miniſtris, ac Cuſtodibus univerſis Ordinis Fratrum Minorum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

EXVLTANTES in Domino, quòd ſacri veſtri Ordinis profeſſores in Dei beneplacitis confirmari promptitudinem devotionis, & operis illius ſtudent imitari veſtigia, eiuſque vias cuſtodire, qui deſcendens à Patre luminum, & ſervi formam accipiens, ſe in laudis ſacrificium placabilem hoſtiam immolavit; cogitare inducimur honeſta remedia, quibus dicti Ordinis purè obſervantia in ſui vigore ſervetur, iidemque fratres, qui pro nulla re temporali poſſunt in iudicio experiri (excluſis quibuſdam ſolicitudinibus) liberiùs, & quietiùs Divinis vacent obſequijs, & offerentium, donantium, aut in vltima voluntate relinquentium Ordini prædicto, vel Fratribus eiuſdem Ordinis, aliquid propter Deum, pia intentio non fraudetur, ſicque Nos ſolicitudini, qua prædictus Ordo pro ſuis neceſsitatibus, quoties ingrueret neceſsitas, vel

vtilitas ſuaderet, recurrere ad Romanam Eccleſiam cogeretur, ad quam omnium rerum mobilium, & immobilium, quibus fratres vti poſſunt; ius, proprietas, & dominium (nullo medio) ſpectat; penſata incommoditate, vel difficultate potiùs, quæ per hoc ingeri poſſet Fratribus ſupradictis; benignè indulgentes: Volenteſque hæredum, & executorum negligentijs obuiare, vt Fratres ſecundùm modos licitos, & congruos, ipſi Ordini relictis ſibi in teſtamentis eleemoſynis non fraudentur; ac ſperantes, quòd his, qui pro ſtatu proſpero dicti Ordinis agenda fuerint; per vos eò ſalubriùs, & vtiliùs conſuletur, quo maiori fueritis in hac parte auctoritate munitis Diſcretioni veſtræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, perſonas ſpeciales, quæ non ſint de ipſo Ordine, nominandi pro locorum indigentia ſingulorum (quas perſonas per vos taliter nominatas, in his adminiſtrationem legitimam, & generalem gerere, & ipſos veros, & legitimos adminiſtratores, œconomos, ſyndicos, & actores eſſe, de plenitudine poteſtatis, pręſentium auctoritate, conſtituendo decernimus) qui res ipſas, & rerum prędictarum pretium; & dictas eleemoſynas, nomine dictæ Eccleſiæ recipiant per eoſdem in Fratrum ipſorum vtilitates (prout eis licet ex Regula, vel ex declaratione Regulæ) conuertenda: ſicut &, quando à te, fili Generali, vel ſingulis alijs veſtrum, in Prouincia, vel Cuſtodia, ſibi decreta ab eiſdem Fratribus de aſſenſu veſtro extiterint requiſiti, vt eædem perſonę petendi, exigendi, recipiendi, alienandi, prædictaq; tranſigendi, quàm & paciſcendi, conueniendi, compromittendi; remittendi, refutandi, quitationem faciendi, agendi, defendendi, ac in animas eorum de calumnia, & veritate dicenda, iurandi, & cuiuslibet alterius iuramentum præſtandi, cum illis, & contra illos, qui huiuſmodi res mobiles, & immobiles, aut pretium earum, vel relictas eleemoſynas Fratribus in teſtamento, occuparent, vel violenter auferrent, ſiue qui contra voluntatem Fratrum quomodolibet retinerent; & generaliter in omnibus cauſis, pro re-

rebus,& locis huiuſmodi ad ipſamEccleſiam ſpectantibus, ipſorum fratrum vſibus conceſsis; necnon pro immunitatibus libertatibus, & iuribus, ac privilegijs eorumdem, ſine cuiuslibet ſatisdationis, & cautionis onere, plenam, & generalem, & liberam habeant, auctoritate Apoſtolica, in iudicio, & extra iudicium poteſtatem; revocandique perſonas eaſdem, & earum quamlibet, & alias eis ſubrogandi, vel nominandi, per ſupradictum modum nominationis,quoties opportunum fuerit, qui eamdem in prædictis, vel ſimilem habeant poteſtatem; plenam, & liberam concedimus, auctoritate præſentium, facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat,&c. Datum apud Vrbem veterem. quinto decimo Kalendas Februarij, anno Dñi. M.CC.LXXXIII. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

PROHIBITIO APPELLANDI PER RELIGIOSOS Ordinis S. Franciſci de Obſervantia, à Prælatis eiuſdem Ordinis ad Tribunalia ſæcularia; permiſsioque habendi recurſum ad Miniſtrum Generalem,vel Protectorem, aut Romanum Pontificem: ac prohibitio reſiſtendi Commiſſarijs quibuſcumque delegatis eiuſdem Miniſtri Generalis.

GREGORIVS PAPA XIII.
Ad futuram rei memoriam.

QVONIAM noſtro paſtorali potiſsimùm incumbit officio, vt ea quæ auſu temerario ab Eccleſiaſticis, præſentim Regularibus,perſonis plerumque attentantur, quantum Nobis ex alto conceditur,opportunis remedijs compeſcamus,&removeamus: Id circò, cùm, referente dilecto filio Fratre Chriſtophoro de Capite-Fontium, Fratrum Minorum de Obſervantia Ordinis S. Franciſci Generali Miniſtro,non ſine animi noſtri moleſtia,nuper intellexerimus, nonnunquam quoſdam Religioſos, & Religioſas Ordinis ſui huiuſmodi, Dei timore poſtpoſito, & ſuæ profeſsionis immemores,vt in eorum malefactis,& inobedientia ſe diutiùs confoveant, ab ijs, quę per Prælatos eiuſdem Ordinis,etiam Guardianos,ſive Provinciales, vel Commiſſarios ab ipſo Generali Miniſtro pro tempore de-

deputatos, acta ſunt, & decreta, ad Tribunalia ſæcularia; appellare, & ad ea temerè confugere, non verentur: Auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium præcipimus, & inhibemus, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna (à quà non niſi à Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquàm in mortis articulo, abſolvi poſsint) nec non privationis perpetuæ officiorum, per eos obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia quæcumque dicti Ordinis officia exercenda, ac vocis, tam activæ, quàm paſsivæ, eo ipſo incurrendis pœnis; nè quis Provincialis, aut alius cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis, Ordinis huiuſmodi Religioſus, aut Religioſa, ad ipſa tribunalia ſæcularia quovis prætextu, aut quæſito colore (vt præfertur) appellare, vel illa propterea quoquomodo adire audeant, vel præſumant; ſed ſi ſe à Prælatis ſuis gravari prætendent, ad Generalem Miniſtrum ipſius Ordinis, ſeu illius Protectorem, aut Vice-Protectorem in Romana Curia, vel ad Nos, ſive Romanum Pontificem ſucceſſorem noſtrum, ſupremum in Eccleſia Dei Iudicem, ſicut antiquitùs ſemper conſuetum fuit, recurſum habeãt; vnde illis brevi manu iuſtitia miniſtrabitur. Declarantes nihilominus, non modò eorundem Religioſos, & Religioſas contrafacientes in dictas pœnas incidere, verùm etiam eorum quomolibet directè, vel indirectè fautores, & conſultores, illas quoque incurrere. Præterea, ſub pœnis prædictis prohibemus, ne quis Provincialis, aut Guardianus, vel cuiuſcumque alterius gradus Religioſus, aut Religioſa eiuſdem Ordinis, ab ipſo Miniſtro Generali miſſis, pro viſitandis Provincijs, Commiſſarijs reſiſtere, nec eis ſe opponere, aut contradicere, ſeu ſe rebellem exhibere, ipſos, quacumque de cauſa, vel quæſito colore, non recipiendo, audeat, neque debeat. Volentes, eundem Miniſtrum Generalem, quotieſcumque ſibi expedire videbitur, quos voluerit Commiſſarios ad quaſcumque ſui Ordinis, vtriuſque Familiæ, Provincias (quibuſvis conſuetudinibus, ac ſtatutis per quaſlibet perſonas in contrarium factis, non obſtantibus) liberè mittere poſsit. Inſuper, quia, vt etiam accipimus, aliquando nonnulli Miniſtri ex viſitatis Provincijs per Commiſſarios ad hoc ab ipſo Generali Mi-

Miniſtro deputatos, quæ à dictis Commiſſarijs rectè,& ſalubriter geſta,& ordinata fuerunt,reſcindere, mutare, aut contemnere ſolent; ſub omnibus,& ſingulis pœnis ſupradictis, expreſsè prohibemus, ne quiſquam ab eiſdem Cōmiſſarijs facta,& ordinata mutare, alterare,aut prævertere ſine expreſſa licentia, & permiſsione ipſius Generalis Miniſtri (qui ſolus ea mutare valeat) vllo modo præſumant. Decernentes irritam, & inane quidquid ſecùs ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus,& Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegijs quoque, indultis,& litteris Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſsis, & confirmatis: Quibus omnibus, eorum tenores præſentibus, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, pro ſufficienter expreſsis habentes (illis aliàs in ſuo robore permanſuris) hac vice duntaxat ad effectum præſentium, ſpecialiter, & expreſsè derogamus; cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die octava menſis Aprilis M.D.LXXV. Pontificatus noſtri anno tertio.

BREVE SANCTISSIMI D.N. SIXTI PAP. QVINTI, in quo, quòd omnes Abbatiſſæ ſint triennales,& quòd electiones fiant per vota ſecreta conſtituendo determinat.

SIXTVS PAPA QVINTVS.
Ad perpetuam rei memoriam.

ET communis curæ paſtoralis officij Nobis, licèt immeritis, Divinitùs iniuncti, & peculiaris noſtra devotio, quam gerimus erga B. Franciſcum, eiuſque familiam vniverſam, in quam iam pridem à teneris annis adſcribi voluimus; ac adeò Fratrum eiuſdem Ordinis Minorum, qui de Obſervantia dicuntur, pietas, & Eccleſiæ Dei vtilis,& fructuoſa opera, quam aſsiduè præſtant, iure optimo Nos inducunt,vt ea, quæ pro ipſorum Religioſorum bono regimine ſalubriter ſtatuta fuiſſe dicuntur, libenter, noſtra authoritate interpoſita, roboremus. Cùm itaque in

Ca-

Capitulo Generali dictorum Fratrum Ordinis Minorum de Obſeruantia nuncupatorum, in hac alma Vrbe in Domo B.Mariæ de Aracœli nuper celebrato, iidem profeſſores dicti Ordinis(de vniuerſi Chriſtiani Orbis partibus, & Prouincijs,conuocatis omnibus ijs,qui huiuſmodi Capitulo potuerunt, voluerunt, & debuerunt intereſſe) inſimul legitimè congregati, præſidente in eo authoritate noſtra, dilecto filio noſtro Ferdinando,S.Mariæ in via lata Diacono Cardinali, de Medicis nuncupato,eiuſdemque Ordinis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam, Protectore; nonnulla ſpiritualem profectum, & quietem, ac proſperum incrementum eiuſdem Ordinis, non modò quoad Fratres, ſed etiam quoad Moniales S.Claræ,vel etiam alterius ordinis, quę ſub ipſorum cura,& regimine degunt, matura deliberatione præhabita,ſtatuerint,&ordinauerint, prout in Tabula eiuſdē Capituli Generalis,ſiue alijs ſcripturis deſuper confectis, pleniùs continetur. Nos ſtatuta, & ordinationes eiuſmodi, ac, prout illa concernunt, omnia, & quæcumque in ſcripturis illis contenta (quorum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, quatenùs licita, & honeſta ſunt, & ſacris Canonibus, & præſertim Concilij Tridentini Decretis, non aduerſantur; ac dummodò Abbatiſſæ, (*) vel aliæ Præfectæ quorumcumque Monaſteriorum Monialium,ipſorum Fratrum curæ commiſſarum, ad ſummum triennales ſint, & ſuis officijs elapſo triennio perfunctæ in quibuſuis Prouincijs non per biennium tantùm, iuxta decretum in Generali Capitulo Pariſienſi eiuſdem Ordinis editum, ſed ſaltèm per triennium integrum à die finiti ſui officij adminiſtrationis numerandum, nullum Abbatiſſatus, ſeu præfecturę Monaſteriorum, aut aliud officium,nec aliam poteſtatem,neque authoritatem in eis obtinere, & exercere poſſint, aut debeant: necnon omnes electiones Superiorum, aut officialium, per ipſos faciendæ, ſemper fiant per ſchedulas obſignatas, ita vt ſuffragia,ſeu vota, ac ipſorum eligentium nomina, omninò ſint ſecreta, & occulta, & nunquam publicentur; ac, peracto ſcrutinio, ſchedulę, & omnia huiuſmodi ſcripta, coram omnibus vocalibus illicò comburantur.) eadem authoritate Apoſtolica tenore pręſentium perpetuò approbamus, & confirmamus; illis perpetuæ, & inuiolabilis fir-

(*) Abbatiſſæ, completo triennalis Officij ſui tempore, vacare debent per triennium ab Abbatiſſatu, vel quocũque alio nomine nuncupata Monaſterij Præfectura, ſeu Superioritate.

firmitatis robur adijcimus, eaque præſentis ſcripti patrocinio communimùs; necnon omnes, & quoſcumque iuris, & facti(etiam ſubſtantiales)defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem; ſupplemus; & quidquid in illis continetur, de novo, quatenùs opus ſit, per præſentes ſtatuimus, & ordinamus, atque illa eadem ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat,& ſpectabit in futurum,perpetuò, & inviolabiliter, obſervari præcipimus. Decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obſtan. dicti Ordinis Minorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia alia roboratis, ſtatutis,& conſuetudinibus, privilegijſque, indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Ordini, illiuſque Superioribus, Provincijs, Domibus, Collegijs, Monaſterijs, Conventibus, ac perſonis ſingularibus vtriuſque ſexus, quomodolibet conceſsis,approbatis,& innovatis. Quibus omnibus, illorum tenores pro plenè, & ſufficienter expreſsis habentes (illis aliàs in ſuo robore permanſuris) hac vice, & ad effectum præſentium dumtaxàt,ſpecialiter,& expreſsè derogamus;cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die XXIX. menſis Iul. M. D. LXXXVII. Pontif. noſtri anno tertio.

DECRETVM SACR. CONGREGATIONIS Epiſcoporum, & Regularium negotijs præpoſitæ, quod circa Appellationes, earumdemque tam proponendi, quàm proſequendi modum, auctoritate SS.D.Clementis PP. VIII. pridem emanavit. (*Habetur apud Genuen. c.* 88. *Quarant. in Summar. verb. Archiep. author. Paulin. P.Regular. de app.cap.*4. *Piaſeg. p.*2. *Prax. Epiſcop. cap.*4. *n.*101. *& apud Aloyſium Riccium, Prax. Appellation. deciſione* 504.)

AD tollendas ambiguitates, & controverſias iuriſdictionales, quæ inter *Appellationum*,& *prioris inſtantiæ* Iudices, non ſine Partium diſpendio, curſuſque iuſtitiæ impedimento, & ſæpè cum ſcandalo oriuntur; Sacra Congregatio Epiſcoporum, &c. Facta prius relatione S.D.N.Clementi

VIII.

VIII. ac de Sanctitatis ſuæ mandato viuæ vocis oraculo deſuper habito, in hunc, qui ſequitur, modum ab omnibus, ad quos ſpectat, in poſterum fieri, ac ſervari debere, mandavit, & mandat.

I. Metropolitani, Archiepiſcopi, Primates, aut Patriarchæ, Suffraganeos, eorumque Subditos, non iudicent, niſi in caſibus à iure expreſsis.

II. Item, nec alij Superiores, etiam Nuncii, vel Legati de latere ſpecificam facultatem maiorem non habentes, cauſas in Curijs Ordinariorum, vel aliorum inferiorum iudicum, pendentes, ad ſe advocent, niſi per viam legitimæ appellationis ad ipſorum tribunalia deferantur: tuncque appellantes ab inferiorum iuriſdictionibus, quoad alias cauſas, eximere non poſsint.

III. Appellationes nunquàm recipiantur, niſi per publica documenta (quæ realiter exhibeantur) priùs conſtiterit, appellationem à ſententia diffinitiva, vel habente vim diffinitivæ, aut à gravamine quod per diffinitivam ſententiam reparari non poſsit, in caſibus à iure non prohibitis, per legitimam perſonam, & intra debita tempora, fuiſſe interpoſitam, ac proſequutam.

IV. Nec, dum cauſæ coram inferioribus Iudicibus pendent, ante diffinitivam ſententiam, vel vim diffinitivæ habentem, de gravamine illato ſuperiores cognoſcere valeant, licèt citra præiudicium curſus cauſarum ſe id facere conteſtentur: nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut ſimpliciter mandare, vt ipſis copia Proceſſus tranſmittatur.

V. Inhibitiones poſt appellationem, ſicut præmittitur, receptam non concedantur, niſi cum inſcriptione (*) tenoris ſententiæ, aut Decreti diffinitivi, aut vim diffinitivi habentis, vel damnum per diffinitivam irreparabile continentis: aliàs Inhibitiones, & Proceſſus, & indè ſequuta quæcumque, ſint ipſo Iure nulla; eiſque impunè non parere liceat.

* Fortè inſertione legendum.

VI. Si appellans afferat, Sententiam, aut appellationis exemplum culpa Iudicis, vel actuarij, haberi non poſſe; non ideò recipienda erit appellatio, aut aliqua inhibitio concedenda; ſed eis tantùm, ad quos ſpectat, iniungi poterit, vt actorum exemplum authenticum appellanti

in-

Digitized by Google

intra brevem aliquem competentem terminum tradatur.

VII. Caveat tamen Iudex *à quo*, ne, ſi verè appellatum fuerit in caſu appellabili, interim aliquid in præiudicium appellantis attentet. Et, ſi per actum publicum, aut per teſtium depoſitionem, conſtiterit, acta denegari appellanti; tunc in mandato tradendi acta poſsit Iudex appellationis adijcere, ne interim aliquid novi contra appellantem attentetur.

VIII. Ab exequutione decretorum Sacr. Concilij Tridentini appellationes à Metropolitanis non recipiantur, nec ſi Epiſcopi (virtute eiuſd. S. Concilij) procedant vti Sedis Apoſtolicæ delegati in cauſis, quæ ſub eorum iuriſdictione ordinaria non comprehenduntur; ſalva tamen in hoc caſu Legatorum, & Nunciorum Apoſtolicorum authoritate.

IX. In cauſis viſitationis Ordinariorum, aut correctionis morum, quoad effectum devolutivum tantùm appellationes admittantur, niſi de gravamine per diffinitivam irreparabili agatur; vel cùm Viſitator, citata parte, & adhibita cauſæ cognitione, iudicialiter procedit: tunc enim appellationi locus erit, etiam quoad effectum ſuſpenſivum.

X. Cùm à gravamine, quod per diffinitivam reparari nequit (*) appellatur; non, niſi viſis actis ex quibus evidēter appareat de gravamine, appellatio admittatur; aut Inhibitio, vel Proviſio aliqua concedatur.

(*) (*Vt in debitæ carcerationis, vel torturæ, aut excommunicationis, etiam comminatæ.*)

XI. Cauſa appellationis pendente, appellans in eodem, quo reperitur, carcere permanebit, quoad Iudex, *ad quem* appellatum eſt, viſis actis, & cauſa cognita, aliter decreverit: & tunc, ſi à Iudicis *ad quem* decreto vim diffinitivæ habente fuerit appellatū, nihil mādare, aut pro ſui decreti executione attentare poterit, donec per Iudicem ſuperiorem aliud fuerit ordinatū.

XII. Acta originalia Proceſſuum primæ inſtantiæ ad Iudicem appellationis Notarius mittere non cogatur, niſi probabilis aliqua falſitatis cauſa, & ſuſpicio incidat, quæ iudicialiter obijciatur: & tunc, terminata cauſa, remittenda ſunt ad Ordinarium, vt in ſuo archivio conſerventur.

XIII. Cenſura Eccleſiaſtica in appellantem prolata relaxari, aut nulla declarari, per Iudicem appellationis non poſsit, niſi auditis Partibus, & cauſa cognita: tuncque, ſi conſtiterit, eam iuſtam eſſe, ad iudicem, qui excommunicavit, appellans remittendus eſt, vt ab ipſo (iuxta Sacr. Canones) beneficium abſolutionis, ſi humiliter petierit, debitamque emendationem

SSSSSSSS præ-

præſtiterit, obtineat. Si verò iniuſtam eſſe, clarè appareat; Superior abſolutionem impendat. Si dubitetur; honeſtius eſt, vt ad excommunicatorem, intra brevem aliquem competentem terminum eidem præfigendum, abſolvendus remittatur; licèt etiam Superior hoc caſu id ipſum per ſe præſtare iure poſsit.

XIV. Abſolutio ad cautelam non, niſi Parte citata, & viſis actis (quum dubitatur de nullitate excommunicationis ab homine prolatæ, vel à iure, ſi occurrat dubium facti, vel probabile dubium Iuris) concedenda erit; tuncque ad tempus breve, cum reincidentia, & præſtita per excommunicatum cautione de ſtando Iuri, & parendo mandatis Eccleſiæ, tantùm: &, ſi iuxta formam à Iure præſcriptam, apparebit, quem ob manifeſtam offenſam excommunicatum fuiſſe; debitam etiam ſatisfactionem præſtare, & (ſi ob contumaciam manifeſtam) cavere de Iudicio ſiſti coram excommunicatore, quis tenebitur, priùs quàm ad cautelam abſolvatur.

XV. A ſententia, etiam diffinitiva, contra verum contumacem prolata, appellatio non recipiatur; nec Inhibitio, aut alia quævis Proviſio, quandiu appellans in huiuſmodi vera contumacia perſtiterit, concedatur. — Romæ, in Sacr. Congregatione, die tertia decima Octobr. ann. milleſimi ſexcenteſimi. — *Alexand. Card. Florent.* — *Hieronym. Acutius, Secretarius.*

VLtra ſuperiùs, ex eiuſdem Sacr. Congregationis Decreto, præmiſſa, circa eandem appellationum materiam notari poteſt vtiliter; appellationem non eſſe concedendam in notorio manifeſto ex ipſa facti evidentia; vt ſi quis fuerit confeſſus, & convictus, nec confeſsio fuerit excuſata; (c. *Cùm ſpeciali*, § *Porrò, de appell.*) vel ſiquis ſe obligavit apud Acta Iudicis, vel ſi conſtet ex confeſsione alterius. Servat quoque Romanæ Curiæ ſtylus vſitatus, vt in parvi momenti rebus appellationi minimè deferatur. *Veſtr. lib. 7. cap. 4. num. 16.*

Notandum item, quòd in appellatione à diffinitiva, vel diffinitivæ vim habente, nulla cauſa eſt exprimenda, quia Ius ipſum concedit appellare. In appellatione verò ab interlocutoria neceſſariò cauſa exprimi debet; aliter eſſet appellatio nulla. Cauſa autem exprimitur, vt Iudex cauſa conſiderata poſsit, ſi velit, revocare ſententiam: poteſt enim revocare In-

terloquutoriam, à qua appellatur. *Cap. Cùm ceſſante, extra, de appellationib.*

Appellans inſuper, ſi intra decem dies (à prolatione ſententiæ, vbi præſens eſt; vbi verò inculpabiliter abeſt, ab eiuſdem ſibi notificatæ, die computandos. (*l. Ab eodem. C. quomod. & quand. Ind. l. 1. §. fin. ff. de app. Tabie. verb. appell. num. 3.*) non appellat in ſcripto, appellatio deſerta cenſetur; (*Marant. 6. p. de app. n 202.*) niſi gravamen eſſet permanens, & habens cauſam continuam, vt carceratio; vel niſi iuſta excuſaretur ignorantia. Alius autem terminus dierum triginta ad petendum apoſtolos, non appellanti, ſed Iudici conceſſus eſt à Iure, vt interim deliberare poſſit, an appellationi deferre debeat: illo tamen durante, debet appellans petere apoſtolos tèr, vel vnico contextu dicere; Peto inſtanter, inſtantiùs, inſtantiſsimè. (*Clem. Quamvis, de appell.*) Et non niſi ab interloquutoria ſunt petendi: à diffinitiva enim ipſum defert appellationi, c. *Biduum 11. q. 6. Veſtr. lib. 7. c. 3. n. 26.*

Tempus proſequendæ appellationis annus eſt præfinitus à Iure, & ex cauſa biennium. (c. *Cùm ſit Romana*, c. *Perſonas, de appell.*) Poteſt tamen Iudex *à quo* præfigere breviorem terminum appellanti, intra quem appellationem ſuam proſequatur, & doceat de proſequutione: (c. *Ad aures, eod. tit.*) non tamen aſsignare poteſt terminum, intra quem appellatio finiatur; (*)eſſet enim legem imponere Superiori. c. *Ex inſinua. Franch. in* c. *Perſonas, eod. tit.*

(*) Hoc eſt iuxta receptã gloſ. in c. *Cùm ſit Romana*, de appellat.

DECRETVM, ET APOSTOLICA CONSTITVTIO Sanctiſsimi Domini noſtri Vrbani Papæ VIII. de Regularibus à Sanctæ Inquiſitionis Officio iudicialiter ſententiatis.

IN GENERALI Congregatione S. R. & vniverſalis Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coram SS. D. N. D. Vrbano Divina providentia Papa VIII. & Illuſtriſs. DD. S. R. E. Cardinalibus in vniverſa Republica adversùs hæreticam pravitatem Inquiſitoribus Generalibus à S. Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis — SS. D. N. iuſtis de cauſis animum ſuum moventibus, decrevit, & ſtatuit, vt in poſterum Regulares omnes cuiuſvis Ordinis, Religionis, Societatis, & Inſtituti, quibus pro delictis ad S. Inquiſitionis Officium ſpectantibus pœnitentiæ genus aliquod impoſitum fuerit (ſalutaribus pœnitentijs exceptis) eo ipſo ad omnes Religionis ſuæ Gradus, & Officia,

inhabiles cenſeantur: & deinceps, etiamſi pœnitentiæ tempus expleverint, vel gratiam receperint; ad illa tamen promoveri nullatenus poſsint, niſi priùs obtenta à SS. D. N. vel ab hac Sacr. Congregatione, coram Sanctitate ſua habenda, ſpeciali, & expreſſa rehabilitationis gratia. Aliàs promotio quælibet nulla ſit; & PROMOVENTES ipſi privationem ſuorum Officiorum, ac præterea vocis activæ, & paſsivæ, ipſo facto, incurrant: ad quæ reſtitui, niſi ab eodem SS. D. N. vel ab eadem Sacra Congregatione, coram Sanctitate ſua habenda, non poſsint. Præſens autem Decretum omnibus Religionum Superioribus intimari mandavit idem Sanctiſsimus Dñus. Noſter. — Romæ, die prima menſis Octobr. anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi ſexti.

DECRETVM DE EIECTIS, ET EIJCIENDIS ab Ordine incorrigibilibus, authoritate SS. D. N. Innocentij PP. XII. noviſsimè editum, die prima Martij, anno 1693.

INSTANTIBVS Procuratoribus Generalibus Religioſorum Ordinum pro moderatione Decretorum *de apoſtatis, & eiectis*, editorum à Sacr. Congregatione Concilij, & à ſa. mem. Vrbano Papa VIII. anno 1624. cõfirmatorũ (*) vt facilior modus incorrigibiles eijciendi præſcribatur, Sacr. Congregatio (à SS. D. N. Innocentio Papa XII. ſuper præmiſsis particulariter deputata) Eminentiſsimor. S. R. E. Cardinalium Carpinei, Caſanate, Mariſcotti, de Narfolcia, de Lauræa, de Aguirre, & Colloredi; perpenſis eorumdem Procuratorum Generalium votis, ne contortio morbidarum pecudum cæteræ corrumpantur, & remedia hucuſque ad ſanitatem oblata, male affectis officiant, magis quã proſint: maturo examine, & zelo Regularis Diſciplinæ conſervandæ, cenſuit, ſtatuit, &c. authoritate SS. Dñi. noſtri ſibi ſpecialiter attributa, hæc in poſterùm ſervanda decrevit.

(*) *Huiuſmodi Decretor. ſummarium compendioſè fit in Compilationis pagin. 233. & ſeq: Vide etiam poſt eundẽ Cõpil. fol. 9.*

I. Quòd firmis, ac in ſuo robore ſemper manentibus prædictis Decretis *de apoſtatis*, (etiam ſecundum eam partem, vbi agitur de eiectis, & eijciendis) tanquam Sacris Canonibus, & communiori SS. Patrum menti conformibus; quoad *eiectos* eadem ſerventur, quæ in alio ſimili Decreto hac præſenti die emanato *de apoſtatis, & fugitivis*, ſtatuta ſunt, & indulta. Quòdque ad præſcriptam legem ſa. mem. Gregor. IX. (*in c. final. de Regularibus.*) annuatim fugitivi requirantur; & reſpectivè cogantur ad Clauſtra reverti.

II. Quòd annus integer, qui in prædictis Decretis anni 1624. præſ-

præſcribitur in pœnitentia, & ieiunio ad eijciendos incorrigi-biles, ad ſex tantùm menſes continuos in poſterùm coarcte-tur, & reſtringatur.

III. Quòd facultas Generalibus Ordinum de conſilio, & aſ-ſenſu ſex ex gravioribus Religioſis in ſingulis Capitulis, & Congregationibus Generalibus ad cauſas eijciendorum eligen-dis, attributa, extendatur etiam ad quoſcumque Provinciales; qui, electis pariter in Congregationibus Provincialibus ſex gravibus ex propria Provincia Religioſis à Generali confir-mandis, de illorum conſilio, & aſſenſu, cauſas huiuſmodi cognoſcant, & ad effectum eijciendi incorrigibiles ſuæ Provin-ciæ, & eiectionem pronunciandi (accedente approbatione Generalis) definiant; ſalva ſemper Sanctæ Sedis, & Sacr. Cõgre-gationis Concilij, in caſu recurſus, & appellationis, authoritate.

IV. Quod in poſterùm Proceſſus conficiantur iuxta Regulas, Conſtitutiones, Ordinationes, & ſtylum cuiuſque Ordinis, & Religionis, donec aliter fuerit à Sacr. Cõgregatione proviſum.

V. AT QVIA nimia ſine delectu facilitas recipiendi quoſcum-que Religionis ingreſſum petentes, & à Religione forſan alie-nos, duram ſatis tractu temporis neceſsitatem parit eoſdem è clauſtris eijciendi; ne huiuſmodi ſemina, quæ à principio ad fructum faciendum cadunt in terram bonam, paulatim conta-minata inordinatis moribus vſque ad incorrigibilitatem ſue-creſcant in paleas: eadem Sacra Congregatio, annuente San-ctiſs. Dño noſtro, ſub interminatione Divini Iudicij, necnon privationis vocis activæ, & paſſivæ, ac Dignitatum, & Officio-rum obtentorum, cum inhabilitate ad eadem in poſterùm ob-tinenda, quibuſcumque prædictorum Ordinum Superioribus diſtrictè præcipit, & mandat, omnia, & ſingula Decreta ſa. mem. Clementis VIII. regeſtata poſt Decretum ſanct. mem. Vrbani VIII *de apoſtatis, & eiectis* (incip. *Regularis*: *Sanctiſsimus*: & *Nullus*.) vnà cum alijs ſubſequentibus Decretis, Proviſioni-bus, Ordinationibus, &, reſpectivè, Moderationibus, bis in an-no legi, eadem ad vnguem ſervari, pœnas in eiſdem contentas innovari, & Capitibus Ordinum intimari; ne huiuſmodi De-cretorum tranſgreſſores, qui in lege gloriantur, per prævarica-tionem legis Deum inhonorent; & nè militiæ Chriſti adſcrip-ti tam de facili fiant deſertores, ac profugi. Datum Romæ, die 24. Iulij, ann. 1694. *G. Cardinal. Mariſcottus, Pro-Præfect.* — *Loco* ✠ *Sigill.* — *R. Pallavicinus, Sacr. Congregationis Concilij Secretar.*

SVM.

Digitized by Google

SUMMARIUS INDEX,

IN QUO PREINSERTAE SUMMOR. Pontificum Apoſtolicæ Conſtitutiones omnes, ac Decreta, in vnum congeruntur, ac recapitulantur.

I. BVLLA Vnionis Ordinis Fratrum Minorum, fœlicis memoriæ Leonis Papæ Decimi. *Pag.*1.

II. Bulla Sanctiſsimi D.N.D.Pij Quinti, De modo ſervando in Electionibus Prælatorum Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia. *Pag.*12.

III. Modificatio, & declaratio Bullæ Pij V. de modo ſervando in electione Prælatorum Ordinis per S. D. N. Gregorium decimum tertium facta. *Pag.*16.

IV. Derogatio modificationis præcedentis Bullæ, declaratio eiuſdem, & ampliatio ab eodem Sanct. D. N. Gregorio Papa XII.facta. *Pag.*18.

V. Bulla Sanctiſ.D.N.D.Papæ Pij V. ſuper clauſura, & reformatione quarumcunque Monialium. *Pag.*22.

VI. Conſtitutio Revocatoria Statutorum Fratrum Minorum de Obſervantia, ſuper perpetuitate Diffinitorum, & Patrum dicti Ordinis. *Pag.*27.

VII. Abrogatio Patrum perpetuorum Provinciarum totius Ordinis S. Franciſci de Obſervantia, ac Diſcalceatorum Hiſpaniarum, & Indiarum. *Pag.*30.

VIII. Abrogatio omnium Privilegiorum perſonalium Fratribus Minorum Regularis Obſervantiæ Seraphici Patris N.S.Franciſci conceſſorum. *Pag.*32.

IX. Quòd duo Fratres germani intereſſe non poſsint in eodem Diffinitorio. *Pag.*34.

X. Quòd ſi contigat Miniſtrum Provincialem primo ſui officij anno vacare, fiat electio ſucceſſoris, cum quo debeant continuare triennium alii Provinciæ Superiores, atque Officiales, qui cum primo Miniſtro fuerant electi, conſtituitur. *Pag.*36.

XI.

XI. Contra Superiores Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia, & Reformatorum, qui favores extra ſuum Ordinem attendentes, Officia, Dignitates, ac gratias concedunt. Et contra eoſdem Fratres dictos favores conquirentes, &c. *Pag.* 37.

XII. Pro reſtituendo, ac obſervando in Ordine Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia, Diſciplinæ Regularis candore. *Pag.* 39.

XIII. Conceſsio Indulgentiæ plenariæ quibuſcumque Fratribus Ordinis Minorum S. Franciſci, exercitijs ſpiritualibus per octiduum vacantibus. *Pag.* 44.

XIV. Breve Sanctiſsimi D. Pauli IV. In quo diſponitur, vt in toto Ordine S.P.N.S. Franciſci nullus Frater in officio Generalatus, Commiſſariatus, aut Vicariatus Generalis, Provincialatus, Diffinitoriatus, & Guardianatus continuetur, ſed tantùm quibuſdam interſtitijs ſervatis, de quibus in Brevi. *Pag.* 45.

XV. Bulla Martini IV. In qua concedit Miniſtro Generali, Provincialibus, ac Cuſtodibus, Ordinis Seraphici P. N. S. Franciſci, poteſtatem conſtituendi Syndicos, ac eos etiam revocandi. *Pag.* 49.

XVI. Prohibitio appellandi per Religioſos Ordinis S. Franciſci de Obſervantia, à Prælatis eiuſdem Ordinis ad Tribunalia ſæcularia; permiſsioque habendi recurſum ad Miniſtrum Generalem, vel Protectorem, aut Romanum Pontificem: ac prohibitio reſiſtendi Commiſſarijs quibuſcumque delegatis eiuſdem Miniſtri Generalis. *Pag.* 51.

XVII. Breve Sanctiſsimi D.N. Sixti, Papæ V. In quo, quòd omnes Abbatiſæ ſint triennales, & quòd electiones fiant per vota ſecreta, conſtituendo determinat. *Pag.* 53.

XVIII. Decretum Sacr. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, circa Appellationes, earumdemque tàm proponendi, quàm proſequendi modum, auctoritate SS. D. Clementis PP. VIII. *Pag.* 55.

XIX. Decretum, & Apoſtolica Conſtitutio Sanctiſs. Domini N. Vrbani Papæ VIII. de Regularibus à Sanctæ Inquiſitionis Officio iudicialiter ſententiatis, *Pag* 59.

XX. Decretum de eiectis, & eijciendis ab Ordine incorrigibilibus, authoritate SS. D. N. Innocentij PP. XII. noviſsimè editum, die prima menſ. Martij, anni 1693. *Pag.* 60.

TYPIS

Digitized by Google

TYPIS OMISSA, VEL COMMISSA.

PAgina 2. linea 6. ſpiritum, *lege* ſpiritu. Eadem pag. lin. 22. vilicolas, *lege* viticolas. Pag. 4. lin 10. expleti, *lege* expletis Pag. 5. lin. 16. ſuppelant, *lege* ſuppleant. Eadem pag. l. penult. Ganeralem, *lege* Generalem. Pag. 6. l. 33. Provincis, *lege* Provincijs. Pag. 7. lin. ante penult. (*poſt* Amadæi *diſtingue commate* (,) *interpuncto.*) Pag. 8 lin. 20. atriculo, *lege* articulo. Pag. 9. l. 4. frater, *lege* fratrem. Pag. 15. lin. 21. Presbyteratur; *lege* Preſbyteratus. Pag. 16. lin. penult. ſinito, *lege* finito. Pag. 33. lin. primi. (*poſt* exiſtant *interijce parentheſis notulam.* Pag. 48. lin. 30. lteris, *lege* litteris.

FINIS.

MG 2007401

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google